


Ex libris E. Hagemann

1839

3-







J. M: Stock sculps. Lipsiæ. 1765.

A. CORN. CELSI
DE
MEDICINA
LIBRI OCTO

EX FIDE
VETVSTISSIMORVM LIBRORVM
RECENSVIT
INNVMERIS DEPRAVATIONIBVS
PARTIM ALIVNDE PARTIM A
LINDENIO INVECTIS
LIBERAVIT
LECTIONES VARIANTES
ET ANIMADVERSIONES
TVM ALIORVM PROBATISSIMORVM
AVCTORVM
CAESARII, CONSTANTINI,
IOS. SCALIGERI, CASAVBONI,
ALMELOVEENII, MORGAGNI,
TRILLERI
TVM SVAS
NEC NON INDICES COPIOSOS ALIAQVE
ADIECIT
CAR. CHRISTIAN. KRAVSE

LIPSIAE
SVMPTIBVS CASPARI FRITSCH.
MDCCLXVI.

PERILLVSTRI GENEROSISSIMOQVE

VIRO

IOAN. SIGISMVNDO
A PEZOLD

SERENISSIMO SAXONIAE ELECTORI
A CONSILIIS LEGATIONVM INTIMIS
ET MINISTRO RESIDENTI IN AVLA
AVGVSTISSIMI ROMANORVM
IMPERATORIS

S.

CAROLVS CHRISTIANVS KRAVSE.

Cum divina benignitas omnium, qui TE, VIR PERILLVSRIS, in his terris vel amore & deſiderio, vel cultu & animi reverentia proſequuntur, votis id nuper admodum daret, ut poſt multorum annorum abſentiam TIBI de fortunato in Patriam reditu, nobis tum de præſentia TVA exoptatiſſima cum maxime vero de admirabili ſenectutis TVAE vigore congratu-

 lari

lari possemus; mutua salutatione facta, incredibili TVAE humanitati erat non iniucundum, & omnino de rebus ad me pertinentibus quærere, & seorsim de ratione studiorum meorum quædam comperire. In quo quidem colloquio, ut nonnulla alia, ita & hocce perlibenter audiebas, hactenus in eo me elaborasse potissimum, ut Celsi de Medicina libros mirum in modum depravatos, quam possem, diligentissime emendarem & exornarem. Qua enim es summa perspicacia, facile intelligebas, imo vero etiam sponte animadvertebas, pessime cum humano genere actum iri, si, ut in aliis generibus artium & doctrinarum, ita & in medicina Antiquorum Virorum libri, atque simul ex iis fontibus in recentiorum commentarios derivati rivuli tollerentur; quod enim tum superesset bonæ frugis, parum futurum vel nihil admodum; fontes autem ipsos quam purissimos haberi, permagni interesse; labores igitur, qui in

in eos repurgandos insumerentur, non postremo loco esse habendos. Ego vero tali laborum genere, non mediocri sane, iam perfunctus, eorum fructum PERILLVSTRI NOMINI TVO *consecrare & dedicare eo minus dubito, quo magis scio, amorem in bonas litteras & doctrinarum studia, quo Iuventus* TVA *fere quam aliorum vehementius flagravit & diligentius exculta fuit, tam parum sub annis tepere, ut vel inter gravissima negotia chartas litteratorum hominum pervolvendo in ea ipsa variata mentis agitatione quandam animi requiem invenias. Non quidem, quod mihi dubitationem quandam iniiceret, defuisse* TV IPSE *ignorare non potes, siquidem longe aliud* TE *mihi deliberanti dare consilium meministi. Sed vero cum* TVA *Indulgentia atque Benivolentia in me per tot annos prorsus singularis fuisset, pietasque adeo in* TE *mea perennius quoddam*

 monu-

monumentum animi beneficiorum memoris exposceret; ex iis, quæ exprimere mediocritas mea poterat, Celsi liber a me correctus ad TE mittendus esse videbatur. Liber enim omni laude maior, in ea quidem arte, qua nemo mortalium carere potest, summo studio, maxima diligentia, incredibili denique patientia, nec sine iudicii acrimonia, ex tot vetustissimorum librorum, quos in museo meo pervolvere summa T V A humanitas non dedignata est, fide recensitus, emendatusque haud dubie vetustatem feret ære perennior. Etenim Libri Celsi toti quanti sunt, præceptis constant saluberrimis, non luxuriantis ingenii fucata oratione sed ea tersa ac pura propositis, & rerum naturæ conveniente ordine inter sese connexis & copulatis, quæ omnem Priscorum, hoc est, veram medendi artem tam plane exhibent, ut, sic & recte quidem iudicante Freindio Archiatro in Britannia nuper

clarissimo

clarissimo, haud satis sciamus, maiorem iacturam in Celsi libris, an in amplissimis Galeni commentariis, perdoctis iis sane, fecissemus, si alterutros nobis longinquitas praeteriti temporis abstulisset. Itaque ne Celsi libri tandem aliquando a doctis hominibus negligantur, non est verendum. Iis autem Libris cum non modo de ipsa arte medendi, verum etiam de via ac ratione secundam valetudinem tuendi praeclare expositum sit; eos ad TE, VIR PERILLVSTRIS, *mittendi consilium eo minus a quoquam poterit improbari. Quamquam enim, ut antea, ita & nunc ineunte senio ita bene vales, imo fere iuuenum more viges & flores, ut, quod prudentes homines solent, fugere medicos possis; tamen, quia senectus magis quam priores aetates morbis patet, utile erit, sequi consilium M. Porcii Catonis. Qui cum medicis Graecis, quibus solis ea aetate Roma, ut nosti, utebatur, longe inimicissi-*

micissimus esset, medicorum tamen commentarios secum domi habuit, quos si quid offensæ vel ipse vel ex familia aliquis sensisset, continuo inspiceret. Sed nescio quomodo in id vitium inciderim, ut TIBI, Viro Sapientia & Prudentia Præstantissimo consilia darem. Quod tamen, ut alia, spero, ignoscet TVA in me Indulgentia. Ego vero quod TVVM, VIR PERILLVSTRIS, ex patria discessum propemptico hoc prosequi possum, mirabiliter gaudeo. Supplex oro ac veneror Numen Benignius, velit TIBI, ut longam adolescentiam dedit, ita seram eamque semper vegetam senectutem concedere, nos vero ita beare, ut, quod iam nonnisi per litteras fieri potest, TE paulo post in patriam feliciter reversum coram venerari possimus. Scripsi in Academia Lipsiensi Mense Septembri A. P. C. N. cIↄ Iↄ CCLXV.

PRAEFA-



PRAEFATIO.



Cum iam in eo ſim, ut Celſum a me emendatum magiſque quam antea ornatum in vulgus edam, præfandum quidem eſſe intelligo, ſic tamen, ut omnibus, per quæ alii Auctorem ſuum commendare, emtoreſque allicere ſolent, verborum lenociniis artibuſque abſtineam, nec quiquam ponam aliud, niſi quo, quid ad ſubeundos hos labores memet impulerit, quibus auxiliis, qua via & ratione uſus ſim, quidque præſtitum ſit, lecturis innoteſcat. Auctor enim, cuius libri, inde uſque ab inventa arte formis ſcribendi quadragies deſcripti, avidos

 ſemper

ſemper emtores habuerunt, aliena laude carere facile videtur. Cauſa autem ac ratio, quae, ut in emendandis his libris operam meam ſtudiumque collocarem, permovit, in eo eſt, quod libri hi omnium profecto, qui ab antiquis medicis ad nos pervenerunt, poſt Hippocraticos longe optimi, primo & ſola temporis iniuria corrupti & a librariis peſſime accepti, poſtea a Lindenio, viro, dum viveret, celebri & alioqui docto in locis quibuſdam emendati quidem & reſtituti, in multo pluribus tamen miſere & turpiter habiti depravatique ſunt, fatentibus cunctis. Quorum etiam iudicium vero conſentaneum eſſe, haec ipſa a me curata editio ad liquidum perducit. Ingens autem, qua in mutando Celſi textu Lindenius verſatus eſt, temeritas effecit, ut eum ex fide vetuſtorum librorum recenſitum emendatumque omnes harum rerum intelligentes, non heri aut nudius tertius, vehementius expeterent, pauci etiam ſpem facerent edendi Celſum emendatiorem. Cum vero ob mille, quae in huius generis labore devoranda ſunt, taedia ſpes illa omnis hactenus in vanum recidiſſet; ego tandem, quamvis cum viris doctiſſimis illis neque ingenio neque doctrina comparandus ſim; tamen, quem inde uſque, ex quo doctrinarum ſtudiis & medicinae operam dare coepi, ſtudioſiſſime legi & in deliciis ſemper habui, Auctorem, ſi poſſem, ornare mecum animo conſtitui. Non quod inani perſuaſione intumeſcens, tantae tamque difficili rei pares omnino vires meas putarem, aut omnium optime a me perfici eam poſſe crederem, ſed quod

ſcilicet

ſcilicet, cum omnium aliorum promiſſa hactenus vana fuiſſent, mihi videbatur, hac parte medicinæ cultores iuvare, quo Celſi libros elegantes, eosque quanquam non caſtigatiſſimos, tamen quam antea multo caſtigatiores expoſitos haberent & legere poſſent. Conſilium iſtud præceps fortaſſe & audax cum ſcripto leviori * nuper prodidiſſem, non modo amicorum quidam, quibus induſtriam, aſſiduitatem fidemque meam & veri amorem paulo propius contueri datum erat, ſed alii quoque eruditi viri exſtiterunt, qui, ne tam laudabile propoſitum ex animo dimitterem, etiam atque etiam cohortarentur. Quorum nomina quo minus evulgem, oris mei verecundia prohibet. Omnibus tamen, ac præcipue iis, qui in diariis eruditis laude & honore me affecerunt, quas debeo, ago gratias, habeoque maiores. Ex eo autem tempore omnem operam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem, quoad per rationem ſtudiorum meorum potui, in eo fixi, ut ſanior, integrior, aliquibus locis etiam lectu facilior Celſus ex meis in aliorum manus veniret. Quam ob rem etiam habitis prælectionibus publicis Librum Quintum & partem Sexti hactenus expoſui & illuſtravi, quo ipſe loca ſuſpecta diligentius commentarer, totiuſque operis concinnitatem perſpicerem penitius. Rei tamen difficultate abſterritus in media recenſione plus ſemel prope fui, ut conſilium abiicerem. Sed

* Vid. *Proluſio* quæ inſcripta eſt: *A. C. Celſi de Re Medica Libros quatuor poſteriores emendat &c.* CAROLVS CHRISTIANVS KRAVSE, *Lipſiæ* 1762.

Sed Auctoris amore victus animum tandem ita obfirmavi meum, ut, contemta omni laborum tædiorumque molestia abiectoque futuræ censuræ metu, quem ornare cœperam, non nisi quam ornatissimum de manibus ponerem, & in vulgus prodire, atque adeo ad manus tuas, AMICE LECTOR, pervenire sinerem. De quo ut iudicare possis, quibus auxiliis, qua via ac ratione usus sim, exponi necesse est. Scire igitur convenit, Celsi textum, prout primo a Lindenio partim emendatus partim mutatus depravatusque in publicum prodiit, ac postea iterum iterumque ac sæpius ad verbum descriptus circumfertur, ex editione Patavina A. 1750. studiosissime a me collatum esse cum vetustis editionibus, quarum indiculum hic subiectum vides. Ad manus fuere *Florentina* A. 1478. a *Nicolao. Veneta prima* A. 1493. a *Rubeo Vercellensi. Veneta tertia* A. 1497. a *Philippo Pinzi. Lugdunensis* A. 1516. a *Simone Bevelaqua. Iuntina* A 1524. *Aldina* A. 1524. *Parisina* A. 1529. *Aldina cum medicis antiquis* A. 1547. *Basileensis* A. 1552. a *Pantino* adornata. Ab *Henr. Stephano* in T. III. *medic. Princ.* A. 1567. edita. *Plantiniana* A. 1592. a *Ronsseo* curata. *Genevensis* A. 1626. apud *Tornæsios. Lindeniana prima* A. 1657. *Altera* 1665. *Leidensis* A. 1746. apud *Langerak. Patavina cum Sammonico & octo Epistolis Morgagni in Celsum &c.* A. 1750. *a Vulpio edita.* Cæsarii & Constantini editionibus opus non fuisse intelliget, quicun-

quicunque Ronſſei & Leidenſem editionem A. 1746. perſpectos habebit. Inſpexi etiam *Librum primum* a LOMMIO commentariis illuſtratum; itemque PAAWII *Commentarios in Librum octavum;* nec non *Verſiones*, *Gallicam* A. 1754. a *Ninnin* Pariſiis, A. 1756. *Anglicam* a *Greive* Londini editam; a quibus tamen nihil adiutus ſum, quamvis Gallus codicem Pariſinum ſubinde inſpexerit; id enim pauciſſimis locis fecit, & iis quidem, ubi eius opera carere poteram. Et *Germanicam* A. 1532. adornatam vidi. Ad me etiam *lectiones variantes codicis Florentini* pervenerunt, quas ex *Libro octavo Celſi* deſcripſit & cum *Græcorum chirurgicis libris antea non editis Florentiæ* 1754. evulgavit ANTONIVS COCCHIVS MVGELLANVS. His multum tribuendum eſſe docet COCHIVS, eo quod codex iſte & ex remotiſſimis ſeculis eſt, & a PALLAVICINIO, Epiſcopo Rhegienſi cum aliis codicibus collatus correctiorque redditus eſt, ſic tamen, ut & antiqua & nova ſcriptura legi queat. Tot autem ſunt variantes unius Libri octavi, ut cum primum viderem, obſtupeſcerem. Multum adiumenti ab iis ſperabam, ſed parum admodum eius eſt, quod inde impetravi, ſi ab uno alterove loco receſſeris, quorum & mentio in Notis a me facta eſt. Non tamen propterea nihili facienda eſt opera, quam nobis COCCHIVS præſtitit, neque, quam nos eas cum textu conferendo ſumſimus, inanis putanda eſt. Nam ſi ne in eo quidem Libro Celſi h. e. octavo, qui omnium maxime

me vexatus eſt, neque ab eo quidem codice, qui & remotioris Antiquitatis notas & plurium quoque codicum variantes exhibet, multum adiuti ſumus, quanto minus opis ab aliis codicibus in cæteris Celſi libris fas erit expectare? Itaque hæc a me facta Celſi emendatio non propterea, quod codices manuſcriptos non inſpexi, minoris æſtimanda eſt. Illud etiam ex collatione ea didici, editionem principem Florentinam manuſcriptis codicibus præſtare, atque adeo quovis pretio eſſe comparandam. Præterea aliorum quoque medicorum veterum æque ac recentiorum libros, a quibus aliquid illuſtramenti petendum videretur, & libenter & ſtudioſe verſavi. Hæc de auxiliis. Sequitur, ut, qua ratione iis uſus ſim, exponam. Sunt autem in Celſi textu edito a Lindenio quatuor genera locorum. Alia maxime perſpicua ſunt, nulloque modo mutanda, quamvis in omnibus editionibus prioribus aliter ſcriptum ſit. Alia & hæc quidem illis numeroſiora in priſcis editionibus lectiones meliores exhibent. Alia ſunt, de quorum lectionibus dubitare poſſis, utra utri præſtet vel vera ſit. Tandem quædam in nulla editionum ſupra commemoratarum ſpeciem veræ ſcripturæ habent. A prioris generis locis, quorum multa facile invenies, abſtinendum eſſe omnes quidem vident; ſed ita tamen abſtinendum eſt, ut ne Lindenio, temerario emendatori nimis facile fidem habeamus. Interdum enim Lindeniana textus mutatio apparente & ſpecioſa perſpicuitate commendabilis videtur, & nihilo tamen

minus

minus textus corruptus eſt. Cuius exemplum habeas p. 114. l. 5--9. ubi ante Lindenium ſcriptum erat: *Ac ſi quando is* (ſc. morbus) *non in toto corpore, ſed in parte eſt, magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis molliri, quam propriæ partes ægre* (*ægræ* alii) *ſanentur.* Locus hic, quanquam difficilis ad explicandum, neque in ulla priorum editionum prorſus ſanus, eius tamen, qui acutius cernit, medelam facile admittit. Cum vero nemo ante Lindenium huic loco lucem accendiſſet; & ipſe Ronſſeus eum quidem utcunque commentatus, nec tamen emendare auſus, eſſet; Lindenius locum, quem non intellexit, audacter mutavit. *At* pro *ac* poſuit, & poſtrema verba ita ſcripſit, *moliri, quam partis, cum per eam partes ægræ ſanentur.* Sed tanta mutatione textus, quæ quidem aliquam facilitatem præſtare videtur, opus non erat, ſi Lindenius & priores editores mentem Celſi ex contextu & totius operis diligenti lectione aſſequi potuiſſent. Nam ſi nihil niſi verbum *propriæ* in *proprie* mutes, quod profecto ſemper licet; locus ille ſaniſſimus eſt, & facilem explicatum habet, ſi memineris, alias eſſe *communes* curationes, quæ cum univerſum corpus mutent, etiam morbis, quæ ſunt in partibus, medentur; quales ſunt, quæ fiunt per abſtinentiam, uſum vini, victus rationem, alvi ſolutionem ductionemque, exercitationem corporis &c.; alias eſſe *proprias curationes*, quæ fiunt in ipſa parte affecta per fomenta, frictiones, cucurbitulas &c.; atque ſi ſimul particu-

lam *quam* hoc in loco non ad voculam *magis* referendam, verum coniunctam cum abverbio *proprie* & elegantius pro *quantumvis* aut *quamvis* positam esse, cogites.

Secundi generis locus ex multis est is, qui p. 108. a lin. 29. p. 109. l. 5. legitur, ubi Lindenius planissimam lectionem in omnibus editionibus reperiundam temere mutavit. Huius generis multa admodum loca reperiet diligens lector, in quibus Lindenius addidit, demsit, pro arbitrio mutavit, & vitæ necisque potestatem solidam usurpavit. Atque hæc eius audacia, innumeris locis a me deprehensa, fortasse me semel iterumque permovit, ut in loco recte mutato lectionem priorum editorum reponerem.

Ex locis, in quibus dubiæ lectiones obviæ sunt, est ille p. 163. l. 7. 8. ubi priores editores ad unum omnes scriptum habent: *iunci & quadrati & rotundi semen, illud κύπειρον, hoc σχοῖνον Græci vocant.* Lindenius pro *semen* posuit *flos*, & *illud* in *illum*, *hoc* in *hunc* mutavit. Quanquam igitur in aliis Celsi locis *iunci flos* legitur, nihilo minus tamen, cum omnium editionum consensus & verborum *semen* atque *flos* nulla similitudo esset, ipsaque mutatio trium vocum nimis audax videretur, priorem lectionem, dubius quidem, restitui. Ad hoc genus pertinent ea quoque loca, ubi non rerum quidem falsitates inditæ sunt, de dictione tamen dubitari potest. Qualia sunt p. 20. l. 6. ubi pro *vero* posui *corpora*, quod priores ad unum omnes habent;

habent; item p. 19. l. 25. ubi verbum *ſuſtinet* videri poteſt abundare, & ob ſummum conſenſum editorum a me reſtitutum eſt. LINDENIVS talia correxit, auctorem ſecutus præcipue SCALIGERVM, quem ubique Gloſſemata vidiſſe notæ ſubiectæ docent, & nimis ſæpe *ſuo periculo* ita legi iuſſiſſe, litterati viri norunt. In huius generis locis, ubi erravero, veniam a Lectoribus peto.

Eorum tandem locorum, ubi lectio manifeſto falſa eſt, duo genera ſunt; alterum, ubi Lindenius cum prioribus plane conſentit, alterum, ubi falſarum lectionum varietas eſt. Vtriusque generis non pauca emendavi ſolo ingenii acumine, mediocri illo quidem, adiutus; qualia ſunt p. 297. l. 4. p. 413. l. 29. p. 534. l. 8. 9. & plura alia; quorum aliqua in notis etiam illuſtravi & confirmavi. In his autem cunctis, ubi ſine cortice natavi, nullam indulgentiam, nullam veniam peto, neque cenſuram vel acriorem fugio, dignus quippe, qui vapulem, quod natandi imperitus incertis fluctibus vitam vel ſine cortice commiſi. Sed de his quidem reprehenſionibus ſatis ſecurus fiducia bonæ cauſæ in utramvis dormio aurem. Nam ita cum Celſo egi, ut in ſimili cauſa mecum agi vellem. Cum vero & varius ſit hominum ſenſus, nec ſemper ex ſingulis locis, ſed ex contextu lociſque pluribus de lectionibus variis iudicandum ſit, nec quiſquam omnia humana cavere poſſit; ſpero, fore, ut harum rerum intelligenti & æquo æſtimatori, ſi non omnia, pleraque tamen facile probentur, cæteri vero ſententiam ſuam non præcipi-

tes expromant & cogitent, æquum esse, quod dixit M. TVLLIVS„ Par est, inquiens, omnes omnia experiri; quod si quem illa ingenii felicitas deficiat, honestum est in secundis tertiisque consistere, cui prima negata sunt. Id autem eo confidentius spero, quod lectiones variantes textui subiectæ sunt, atque lectori adeo integrum sit, sequi iudicium suum. Qua quidem in re cum magis supervacanea copia & abundantia quam parcitate & inopia peccatum esse videri possit; nova deprecatione opus est, ne quis putet, usque adeo parum ingenio me valere, ut necessaria & utilia ab inutilibus & non necessariis discernere nequeam & segregare. Scire igitur licet, primo apud animum me statuisse, paucas tantummodo & eas quidem, quibus opus esse videri posset, lectiones variantes subiicere; deinde vero, habita deliberatione cum amicis, consilium subito mutandum fuisse, cum dicerent, tantum abesse, ut superflua in hoc genere nocerent, ut etiam prodessent, cum, quam diligens hæc variantium lectionum recensio sit, intelligere omnes possent. Lectiones in Lindenii editionibus reperiundæ a cæteris discernuntur per literam L appositam. Præterea & loca parallela Celsi ipsius auxi, sic quidem, ut ex variis electa lectio lectoribus comprobaretur. Locis aliorum Auctorum ab Almeloveenio textui subiectis, non frequenter quidem, interdum tamen, prout quidem in promptu erat, augmentum addere non dubitavi. Ad probatissimorum virorum notas in Celsum, quæ Leidensi editioni A. MDCCXXXXVI. adiunctæ sunt,

novus

novus cumulus acceſſit, tum ex mei ingenii vena, non divite illa, cum maxime vero ex quinque illis novis Morgagni in Celſum *epiſtolis*, quæ demum A. MDCCL. una cum Celſo a Clar. Vulpio *Patavii* in lucem emiſſæ ſunt. Quæ cum uberiores & prolixiores eſſent, quam quæ poſſent non nimiæ molis libro integræ addi, ſubinde verbis paucioribus complectendas & concludendas eſſe intellexi. Quod ubi per nimiam prolixitatem fieri non poterat, lectorem ad eas ipſas remiſi; quod tamen fere rarius feci. Et cum non ſatis vera animadverſio viri acutiſſimi videretur; modeſto diſſenſu me abſtinere non potui. Spero etiam, quas a DAN. WILHELMO TRILLERO, Viro Illuſtri & longe eruditiſſimo, Fautore & Amico plurimum colendo expetitas impetrataſque illis ſubiunxi notas, non modo non eſſe diſplicituras, ſed incenſuras deſiderium animadverſionum eiuſdem Celeberrimi Viri in reliquos libros Celſi, quos commentari per temporis brevitatem non licebat. Locos Hippocratis & Celſi ab HENR. STEPHANO παραλλήλως concinnatos, & artis medicæ Principum collectioni ſubiunctos, omiſi, Illuſtris MORGAGNI conſilium ſecutus, & mecum animo deliberans, non modo eorum locorum longe maximam partem a Stephano præteritam eſſe, verum etiam tantum non omnes in textui ſubiectis locis Auctorum commodius reperiri. Celſi vitam, ab Io. Rhodio conſcriptam & reliqua, quæ poſt hanc Præfationem leguntur, quo minus deſcribenda curarem, temperare mihi non

 potui

potui. Eorum librorum, quibus Lindenius in recognoſcendo hoc opere uſus fuit, indiculum propterea adieci, ut eum magis alienis oculis uſum eſſe, & ex aliorum iudicio pependiſſe, Lectores intelligerent. Aldinas editiones habuit quidem ad manus, ſed meliores, & quæ ſolæ veræ ſunt, lectiones ſæpenumero præteriit. Editionum Indicem auxi, & novum eumque copioſiſſimum medicamentorum & alimentorum adieci, concinnatum compoſitumque a Viro doctiſſimo CHRISTIANO HENRICO SELIGIO medicinæ cultore induſtrio, expolitum auctumque a FRIDERICO WILHELMO MEYERO diligente artis medicæ ſtudioſo. Poteram, & fortaſſe ex quorundam ſententia debebam, quædam de Celſi Profeſſione medica diſputare. Sed cum hæc oratio mea iam iuſto maior videri aliquibus poſſit, ac præterea Illuſtris MORGAGNVS in *Epiſtolis* eleganter docteque hanc cauſam diſceptavit; ad eum ablegare Lectores recte poſſe mihi videor, maxime quod apud eum, qui aut medicus non eſt, aut, ſi eſt, Celſum non diu multumque legit, alia omnia nihil admodum poſſint, apud eos vero ex peritis medicis, qui Celſum diurna nocturnaque manu tractant, ſola diligens lectio tantum valeat, ut eum, qui Celſum medicum, h. e. artis medicæ peritum fuiſſe negat, ipſum medicum non eſſe dicere non dubitent. Ac profecto nemo medicinæ imperitus de rebus ad artem pertinentibus ſententiam ſic, ut Celſus, expromere, aut ex diſperſis aliorum libris Celſiano ſimile corpus medicinæ

dicinæ

dicinæ compilare poteſt. Utcunque ſit, iuvabit ſane, ſtudioſiſſime legiſſe Celſi aliorumque veterum libros tanquam fontes, e quibus ſolis principia ſolida totius artis peti, quiſque medicorum recentiorum eo lubentius confidentiuſque aſſerit, quo maior ipſe eſt. Eos vero, qui, vel linguarum ignorantia vel turpi ignavia vel hebeti pinguique ingenio detenti, ad fontes puriſſimos illos non acceſſerunt, ſi quando animum ad docendum ſcribendumque applicuerint, pœnitebit non legiſſe. Hæc dicta ſint tantummodo his, quibus adhuc integrum eſt, animum ita excolere ſuum, ut eorum ſtudiorum fructum capere poſſint. Quo enim minus illos alios tangam, eorum hominum fœda illa, quæ non magis in verbis quam rebus & factis cernitur, barbaries, atque ſimul humanitas mea prohibet. Cæterum quemadmodum & ingenui hominis eſt, non dimittere pudorem in rogando, & virum honeſtum decet, beneficia in ſe collata grato animo commemorare, eorumque memoriam, ſi poteſt, ad poſteros quoque litteris propagare; ita ego Illuſtres & Conſultiſſimos Viros, IACOBVM HENRICVM BORN, Sereniſſimo Saxoniæ Electori a Provocationum conſiliis, urbis noſtræ Conſulem; CAROLVM ANDREAM BEL, Eidem Sereniſſimo Principi a Conſiliis Aulæ, Poëſeos Profeſſorem; IOANNEM WENDELINVM NEVHAVS, I. U. D. & urbis Senatorem, qui ex bibliothecis publicis & Paulina & Inclyti Senatus, pervetuſtas Celſi editiones alioſque libros, quos mea librorum ſu-

pellex non poterat, liberaliſſime ſuppeditarunt, humaniſſime rogatos cupio, ut, ſi fortaſſe in petendo paulo audacior importuniorque fuerim, audaciam meam ignoſcant; cum maxime vero gratiarum actione & omni officiorum genere nunquam non proſecuturum eſſe me polliceor. Scr. Lipſiæ in ipſo nundinarum autumnalium ſtrepitu, A. P. C. N. CIↃICCLXV.



A. CORNELII CELSI VITA A CLARISSIMO VIRO IOANNE RHODIO

Conscripta.

CORNELII CELSI *laudabilem in Re Medica operam annis iam mille sexcentis, & quod superat, Experientia, veritatis prima parens, feliciter probavit. Nec melioris animi quisquam ita ab omni humanitate remotus fuit, cui non venerandum tam illustre nomen. At ingenio magis, quam origine notum, quam, relicta soli animo gloria, temporis diuturnitas posteritatis memoriæ exemit. Quamvis enim Romæ vixisse Celsum, ipsius, sive ut aliis visum, Scribonii Largi ad I. Callistum Epistola indicio sit: non desunt tamen causæ, cur addubitem, patria, an iure civitatis ipsum Romanis accenseam. Maximeque, quum præter hunc, quidam Iulius Celsus Hadriano Imperatori a Consiliis, vel ex aliorum sententia, Alexandri Severi temporibus, Iuris scientia perhibeatur claruisse. Vid. Spartianum in Hadr. 30. & Pompon. IC. l. 2. in fin. de Orig. Iur. & Politianum lib. 5. Epist. ad Iac. Modestum. Equidem Celsum Patrem ac Filium Iureconsultis annumerat Hotomannus in Descriptione Iurisconsultorum, & Iuventium Celsum Patrem ad Vespasiani Imperatoris tempora refert Iacob. Gothofred. Histor. Iur. Civil. cap. 7. de Iurisconsultorum successione. Idem Celsum Patrem & Filium sub Traiano, Hadriano, Antonino Pio vixisse censet. Ve-*

rum & Apuleius Celſus Valentis ac Scribonii Largi in Medicis Magiſter occurrit apud Scribonium Largum de Compoſ. Med. cap. 94. *&* 171. *Cuius præter Agricolam Woverius in Apuleii Vita mentionem iniecit. Niſi forte cum Cornario in Marc. Empirici Praefat. interpoſito inciſo, Apuleio, Celſo, diſtincte legendum fuerit. Ita in præfat. Marcell. & Apuleius & Celſus occurrunt. Volaterranus etiam meminit in Anthropologia lib.* 14. *Celſi cuiuſdam, qui Philoſophiæ Stoicæ ſectator, Origenis erat adverſarius, magiæ ſcientia notus, cui Lucianus Pſeudo-Mantem inſcripſit. Eiuſdem quoque nominis ibidem, imperante Nerone, e Galliis puer novennis martyrio nobilitatus. Numo etiam innotuit apud Auguſtin. Dialogo* 5. *de Num. Celſus quidam III. Vir Noſter autem Auguſti ævo floruit, ex quorundam ſententia, inter quos Io. Britannic. in Iuvenal. Sat.* 6. *&* 7. *Ovidii auctoritate, vel ut Io. Caio placuit, Cl. Tiberii, A. C.* 29; *aut certe Caii Imp. coniectura Sambuci, Viri Antiquitatis notitia clariſſimi. Maior tamen eruditorum pars ſub Tiberio vixiſſe, vel forte ipſo impetrante natum uſque ad Traiani tempora vitam produxiſſe cenſet; quamvis & ſub Nerone vixiſſe putet Thom. Fienus. Ut uno ſeculo vetuſtior Galeno videatur. Cæterum, non levem hic de Patria eius dubitandi occaſionem præbet Cael. Rhodiginus, qui Antiqu. Lect. Lib.* 14. *cap.* 5. *Veronenſes, ait, cum Macrobio, Vitruvio, & Plinio, Celſum quoque ſuum ortu civem agnoſcere. Librorum inſcriptionibus huiuſmodi divinationes ſtabiliri aſſolent. Sed exigui momenti munimento. Notius enim eſt, quam ut pluribus confirmetur, Librorum titulos Literatoribus & Librariis arbitrarios fuiſſe, vixque veterum quempiam ulli ſuorum Commentariorum quidquam prænotaſſe, referente de ſemet idipſum Galeno lib.* 7. *Method. Med. cap.* 1. *qui id officii ab Amicis habuit: haud dubie iſtius aevi modeſtia, quod ingenia admiratione ſuperiora protulit. Sed enim, ut mala exempla ex bonis*

initiis

initiis orta: Ita ex æmula, in conquirendis magnorum ingeniorum monumentis, Principum munificentia, accrescente paulatim Librariorum avaritia, omnes prope optimorum etiam Auctorum præscriptiones impune, ad lucrosam cuiusque libidinem, immutatae, ne dicam adulteratae.

Atque ut ad Celsum redeam; quot eius hodie Editiones, tot ferme Inscriptiones diversæ. Cæsarii habet, Aurelii Cornelii Celsi de Re Medica VIII. Libri eruditissimi. *Vulgatæ Lugdunenses omnes, & Leidensis modestius sine phalerato encomio A. C. C. D. M. L. VIII. Horum priorem Cuius sic mutavit:* Aurelii Cornelii Celsi Romani de Re Medica Libb. VIII. pereruditi. *H. Stephanus in suo exemplari caeteris Medicinæ Principibus adiecto receptæ lectioni subdidit;* Operis ab eo scripti Pars Sexta. *Vett. Codicum MS. auctoritatem secutus, quibus communis haec inscriptio:* A. Cornelii Celsi Artium Liber VI. *Nihil tamen hic præter consilium & rem ab illo temere factum. Patriam enim sive Auctor ipse, sive alius quispiam addiderit, id certe non caret vetustatis exemplo, potissimum apud Græcos, quos inter Celsus sibi* Hippocratem Coum *inprimis imitandum proposuit, cuius etiam pleraque non infeliciter Latino sermone reddidit, suam ipse testatus in Epist. ad Pullum Natalem, in hoc studiorum genere diligentiam, longe accuratiorem, quam Largii Designatiani, qui Epistola ad filios se fuisse liberiorem fatetur, quemadmodum notante Cornario in Dedicat. Marcelli, in plerisque Hippocratem expressit, ut integras sententiarum periodos ex ipso descriptas subinde in eo videas; imo tota capita nihil aliud quam Hippocratis sententias ad verbum reddunt. Hinc non immerito Hippocratis Simiam dixit Nic. Monardus, de V. S. in Pleurit. f.* 8. *Etsi vero Latini Scriptores Patriam haud usque iactabant: neutiquam tamen diffitendum, antiquitus*

Romanæ

Romanæ civitatis ius gloriosum fuisse. Quo forte venditores Auctorem nostrum commendare satagebant; sive is meritis & gratia civium numero adscriptus esset; sive Roma oriundus. Posterius tamen ut credam, suadet præter apertum Auctoris lib. 5. cap. 21. textum, Epistola eiusdem ad Callistam, & persuadet ad Pullum Natalem altera; in quibus inprimis Viri boni genius conspicitur. Imo Marcellus in Praef. Operis Cornelium Celsum inter viros illustres & cives enumerat, quicquid ei imposuerit Verderius Cens. p. 144. Eius Columella, Claudii tempore clarus, ut æqualis aut certe paulo superioris, Rei Rust. lib. 1. cap. 1. sic meminit: Nostrorum temporum Cornelius Celsus, totum Corpus Disciplinæ quinque libris complexus est. *Quem Rusticam intellexisse, vero proximum est. Quintiliani sententia Inst. Orat. lib. 10. cap. 1. is.* Vir Eruditus, inter eos Philosophos Latinos, quos eloquentes literæ Romanæ tulerunt, qui scripsit non parum multa, scepticos sequutus, non sine cultu & nitore. *Ideoque ob nimiam novitatis cupiditatem, eiusdem censura notatur. Scripta eius sigillatim prodidit Volaterranus Anthropol. l. d. „Cornelius Celsus „mediocri Vir ingenio, non solum artem Rhetoricam, sed „de re Militari, & de Rusticana, deque Medicina libros „composuit.„ Quæ omnia I. Dousa, æternum gentis & generis sui decus, in Sylva Extemporal. hoc Epigrammate venustissime complexus:*

Facta urbana tuo res Rustica munere, scriptis
Nec minus illustris est Medicina tuis.
Hinc quoque Militiae tractasti commoda Rhetor.
Hoc Martem Musis iungere, Celse, fuit.

Subiungit Polyhistor Italus: Ad nos tantum eius Medicina pervenit Oratorio more conscripta. *Sed & quædam Rhetorica eius nostra ætate Sixti Popmae studio feruntur emissa. Veterinariam quoque conscripsisse auctor*

auctor est Mercurialis lib. 4. cap. 2. & Phil. Ingraff. Quaest. de Veterinar. cap. 9. Herbarium vero ei adscriptum, Apuleii potius credit in vita Apuleii Elmenhorstius. Iulium quidem Celsum inter rei militaris Scriptores enumerat Rob. Valtur. quemadmodum huic a nonnullis adscripta sunt Iulii Caesaris Commentaria. De quibus tamen nihil vere constat. Varia sane eius eruditio aliud prodere non potest, quam Virum ingenue natum, magna seculi felicitate, quod bonarum literarum erat feracissimum. Excepit nempe coluitque ea aetas Viros scientia, prudentia, ac eloquentia summos, Tullium, Salustium, Catullum, Virgilium, Propertium, Horatium, Tibullum, Manilium, Vitruvium, Antonium Musam, Ovidium, Livium, Scribonium Largum, Valerium Maximum, Velleium Paterculum: atque si se in Claudii imperium ipsius extenderit vita, Quintum Curtium, Persium, Senecam, Silium Italicum, Plinium, Viros omnes consummatissimos, in quibus tamen postremum nonnulli Celso iuniorem censent. Opinionem meam firmat laudabilis veterum consuetudo, qua tria nomina Nobiliorum, Celso etiam Plinii auctoritate rata; Libertis raro, nec ferme sine gravi causa unquam concessa scimus, quibus tamen semper servile nomen remansit. Nec moror, quod Celsi Epistolae apud Marcellum in limine Operis Praenomen desit, quo soli Romani insigniebantur. Nomen enim apud bonos Auctores saepe Praenomen & Cognomen includit. Hinc Martialis:

Ut iugulem curas, nomen utrumque bibam.

Salutaribus itaque disciplinis Graecisque literis, non levi nobilitatis indicio, recte institutus, facile potuit seculo tam augusto ac beato, nihil non (ut ipse in Epistola ad Natalem refert) dignum sublimi Romanorum maiestate de bono Medicinae Artis splendidissime scribere, idque perennitati & literis mandare, utilitatis magis quam delectationis causa.

Scio

Scio equidem, non deesse multae auctoritatis Viros, qui ex modo adducta Celsi Epistola opinantur, ipsum animo in diversa studia diviso, Graeca duntaxat medicinalia in Latinum convertisse, aut Empedoclis & Democriti exemplo non ut merus atque ad quaestum Medicus, sed ut sapientem, atque ut Columellae verbis utar, universae naturae prudentem, Medicinam veluti Philosophiae partem cum sapientiae studio coniunxisse. Ideoque nec factam eius ab Aureliano mentionem, Barthio Adverf. lib. 38. cap. 3. censente. Nec denique unquam Medicinae operatum. Credat qui volet. Nec eam litem meam facio. Medicum certe agnovit magnus Scaliger de Re Num. 36. Remedia quidem, Hippocratis & Galeni exemplo, aliunde congesta digessisse, ultro largior, ipsam vero Morborum τέκμαρσιν & θεραπείαν proprio ingenii ductu contextam pro me res ipsa loquitur. Quin ipsum Pharmaca praebuisse, non mediocri gloria, ex ipsius ad Iulium Callistum Epistola satis liquet. Quorum artificiosam mistionem se accurate intellexisse prodit ipse lib. 7. cap. 26. Unde Cornarius fortassis inter Pharmaceuticos reposuit. Imo dedita opera ab aliis praetermissa proferre ac illustrare voluisse censuit Minadous, variae eruditionis Medicus, de Ext. Affect. lib. 2. cap. 3. Maximeque Medicum eius Chirurgica probant, quae Gesneri in Catalogo Chirurgorum sententia, veterum solus Latine scripsit, ut vere ipsum inter Chirurgos reponat doctissimus Septalius Animadv. lib. 8. Caut. 1. & 40. Tanta vero id fide peregit, ut Hieronymus ab Aquapendente, Medicus & Chirurgus usu vel annis nemini secundus, in Operat. Chirurg. cap. de Chir. Dent. his verbis sese in ipsius laudes diffuderit: Mirabilis Celsus in omnibus: quem nocturna versare manu, versare diurna, consulo. *Nec mirum: quum Celsus eruditissimo Manardo Epist. Medic. lib. 9. Epist. 1. bonus & fidelis Hippocratis interpres, licet in aliquo verbo quando*

quandoque lapſus videatur. Quod Viro in omni literarum genere exercitato vel ipſa πολυγραφία *libenter profecto condonari iubet, quamvis non diffiteatur ipſe non pauca ſe ex aliena quandoque ſententia poſuiſſe. Horatio pariter Augenio de Miſſ. Sanguin. lib.* 8. *cap.* 1. *Lomnio, Ronſſeo Epiſt. Medic. lib.* 8. *ſect.* 3. *cap.* 7. *Schenckio, Io. Heurnio, Bened. Matamoro, Rod. a Caſtro, innumerisque praeclari iudicii Medicis, propter ſingularem & ſuccinctam cum elegantia doctrinam, Latinus Hippocrates appellatur, in quo Pantini iudicio Comment. ad Celſi lib.* 1. *cap.* 1. *optimae Methodi ac viae rationisque docendi diſcendique, & in ſumma brevitate mira Artis & Sapientiae obſervatio plerumque animadvertatur. Recte igitur Agricola de Pond. Rom. lib.* 4. Celſi, *inquit*, auctoritas Medicis nota eſt, aut ſaltem eſſe debet. *Quam elegantiſſimis verbis Caelius Rhodiginus Antiq. Lect. lib.* 26. *cap.* 3. *inſinuavit:* A Cornelio Celſo verſuram faciunt multi. Verum citra illius ſententiam nihil ferme promunt; perinde ac verba ſint veterum ſacrorum, quae demutaſſe piaculare flagitium plane cenſeri debeat, quodque hoſtiis maioribus procures. *Inde Fernelio, Franciae Hippocrati, referente Plantio in Vita Fernelii, cum ob orationis puritatem, tum ob ſententiarum pondus, quam chariſſimus fuit. Iuriſconſultis procul dubio iiſdem nominibus uſque adeo venerabilis, ut Pandectas ſuas huius Viri auctoritate muniri voluerint. Verum, ne nimiis laudibus verius is oneretur, quam ornetur, quem mortalium nemo recte vituperavit: unicum Heurnii iudicium, inter cetera graviſſimum, huic Virtutum coronae lemniſci loco ſatis erit. Ita ille Meth. Stud. Med. cap.* 5. Latinos inter Medicos primus eſt Cornelius Celſus: ſed prudenter legendus. Nam in multis Aſclepiadem Methodicum ſectatur, ut fatetur ipſe. Huius cote ſtylum ſubiegemus, & pluris Latinitatem eius quam Medicinam faciemus. *Unicus itaque*

que Celſus, ut ſcite idem in Epiſt. ad Ronſſ. Celſo præfixa, Medicis latinis præferatur: qui pomoeria Romanæ eloquentiæ eo protulit, ut Medicina ſuaviſſimo ore eloquentiæ iam ſeſe cultioribus ingeniis merito commendet.

His quotquot naturae aſſociavit benignitas, aequos adferte animos, eleganti favete linguæ. Ita Vobis, & verum animi ſermoniſque cultum, & firma valetudinis praeſidia parabitis. Tantum eſt.

Optandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano!



LIBRI

LIBRI

Quibus I. A. van der Linden usus fuit in hoc opere recognoscendo.

MSS. *seu* ἀπόγραφον *codicis Parisiensis, descriptum anno* cIↃcxxiv. *Communicavit V. Cl. D. Ioh. Hoornbeek, SS. Theol. D. & Prof. Ordin. in Academia, ac V. D. Min. in Ecclesia, quae est Lugd. Batavorum, Collega reverendus.*

Liber editus Venetiis, apud Aldum 1528. *in* 4. *sed sedulo collatus atque emendatus a V. Cl. Iac. Carpentario, Doct. Med. Parisiensi & Prof. Regio, ex codicibus duorum Med. Parisiensium, nempe Ioh. Fernelii, viri incomparabilis, & Ioh. Capellani, qui ei in comitiva Archiatrῶn anno* CIↃIↃLVIII. *successit apud Henricum II. Galliarum Regem. Mutuo dedit V. Cl. D.* [a] *Guido Patinus, Bellovacus, Doct. Med. Pariensis & Professor Regius, amicus mihi eximius.*

Alius ibidem editus 1549. *in folio cum Medicis antiquis. Quem sua manu V. Cl. Nic. Nancelius contulit cum editionibus, quotquot suo tempore extabant, excepta Stephani; toto opere ad marginem adscriptis non modo lectionibus, ubi a libro, qui erat prae manu, variabant; sed & propriis coniecturis, raro non bonis & doctis. Hunc quoque utendum dedit V. Cl. D.* [b] *Guido Patinus, ob singulare publicum iuvandi studium nunquam & nulli non laudandus.*

Alius Lugduni editus apud Ioan. Tornaesium 1554. *in* 12. *cui ad oram V. ill. Ios. Scaliger, seculi miraculum, & veteris cuiusdam codicis lectiones & suas emendationes atque*

a *Lettres de Feu Mr. Guy Patin, Lettre* CXVI.
b *Lettres de Feu Mr. Guy Patin, Lettre* CXVI.



atque notas adſcripſit. Quem ipſe teſtamento reliquit V. Cl. D. Ælio Everhardo Vorſtio, Botanices ac Medicinæ, dum viveret, Profeſſori primario; ego autem uſui acceptum debeo V. Cl. D. Adolfo Vorſtio, Parenti optimo in utraque & profeſſione & dignitate ſucceſſori digniſſimo, ac Collega meo honorando.

Variæ lectiones, e Mr. Codice Bibl. Regiæ Pariſienſis, qui inſcriptus erat, Medicina antiqua, deſcriptæ anno 1631. *a V. Cl. D. Walæo, Med. Doct. & poſtea Profeſſore inſigni.*

Variæ lectiones e libro Sacri Ioannis, ab eodem excerptæ. Et has & præcedentes mihi utendas dedit D. Antonius Clementius, ὁ μακαρίτης, Cl. D. Walæi ex ſorore nepos, iuvenis doctus, probus, pius, & ſi fata ſiviſſent, longiore vita dignus.

Præter quæ contuli etiam eorum editiones, emendationes, annotationes, lectionesque varias, quorum in epiſtola ad Cl. D. Patinum feci mentionem. Quemadmodum & illa, quæ Ianus Cornarius in comm. ad Gal. de Comp. pharm. quæque alii & celebres inter Criticos (quos Fax Artium liberalium exhibet) auctores obſervarunt. Hoc quoque te ſcire tua intereſſe, Lector amice, putavi. Nunc adi ad auctorem. Quem, ſi cum cura & ſtudio leges, ſpondeo,

Lectio lecta, magis decies repetita, placebit.



INDICV-

INDICVLVS EDITIONVM C E L S I AVCTVS ET EMENDATVS.

In Folio. Apud

NIcolaum, *Florentiae* 1478.
Leonardum Bachel Uldericum Sinczezneler, *Mediolan.* 1481.
Ioannem Rubeum, *Venet.* 1493.
- - *Ibid.* 1496. ex Maittaire de Orig. Artis Typograph. pag. 337.
Lucam Ant. Iuntam. *Venet.* 1524.
Philippum Pinzi, *Venet.* 1497.
Aldum ex emendatione Bapt. Egnatii, *Venet.* 1524.
Christian. Wechelum, *Paris.* 1529. „cum Scrib. Largo: non in 4, ut alii ponunt.
Aldi filios cum Medicis antiquis, *Venet.* 1547.
Ioannem Oporinum cum Notis Guilielmi Pantini, *Basil.* 1552.
Henricum Stephanum Tom. III. Medicor. Princip. *Paris.* 1567.

In Quarto, apud

„ - *Lugduni* 1516. ex Fabricii Bibliotheca Latina. *„
Aldum & Andr. Asulanum, *Venet.* 1528. „ex emend. Bapt. Egnatii. „
Francisc. Raphelengium, cum Notis Ierem. Thriverii Brachelii & Balduini Ronssei, *Lugd. Bat.* 1592.

In Octavo, apud

Ioh. Soterem, cum Notis Ioh. Cæsarii, *Hagenoae* 1528. *Salingiaci* 1538. *Paris.* 1533.

 Matthæum

* Hæc videtur illa, quæ apud Simon. Bevelaqua excusa est.

Matthæum Ceromnium cum Notis Thriverii, *Antwerp.* 1539.
– – *Tiguri* 1540.
„Sebaſt. Gryphium„ *Lugd.* 1542.
Marc. Anton. de Galaſſis, *Patavii* 1563.
Guilielm. Rovillium cum Annotationibus R. Conſtantini, *Lugd.* 1566. „ & in 12. ut in Lind. Renovato. „
Hieronymum Scotum, *Venet.* 1566.

In Duodecimo, & minori forma, apud

Ioann. Tornæſium, *Lugd.* 1549.
Ioann. Tornæſium & Guilielmum Gazeium, *Lugd.* 1554.
– – *Lugd.* 1587. Epiſtre Françoiſe à Monſr. de la Scala, p. 325.
– – *Lugd.* 1592. *Ibid.* 1608.
Ioann. de Tournes, *Genev.* 1625. „& 1626. ut ait Fabricius in Biblioth. Latina. „
Ioann. Elſevirium ex recognitione Ioan. Antonid. van der Linden, *Lugd. Batav.* 1657.
Salom. Wagenaar, *Lugd. Batav.* 1665.
„ Ioann. Wolters, ex emendatione Theod. Ianſonii ab „Almeloveen, & cum eiuſdem aliorumque Scholiis „brevioribus, & locis parallelis. *Amſtel.* 1687.„
„*Ibid.* recuſa edit. 1713. apud eundem, in 8.„
Eadem recuſa Lugduni Batavorum apud Io. Arnold Langerak, 1730. in 8.
„Et Ioh. Fel. Bielkium, cum Præfat. Georgii Wolf„gangii Wedelii, & Indice locupletiſſimo, *Ienae,* eodem anno, in 8.
Ioſephum Cominum Pav. ann. 1722. cura Ioh. Bapt. Vulpii, una cum Ser. Samonico.
Io. Arnold. Langerak illa Almeloveenii editio, cum Notis integris Cæſarii, Conſtantini, Ioſ. Scaligeri, Caſauboni, Morgagni, recuſa, Lugd. Bat. 1746. in 8.

„Eadem

„Eadem hæc recuſa *Baſileæ* apud Io. Rudolph. Turneiſen, 1748. in 8.

Ioſephum Cominum *Patav.* 1750. illa Almeloveenii cura Io. Bapt. Vulpii, una cum Ser. Sammonico & octo epiſtolis Morgagni in Celſum & duabus in Sammonicum prodiit in 8.

„Idem prorſus liber recuſus apud Remondinum *Venetiis* 1763. in 12.

In Bibliotheca Eduardi Bernardi ſunt binæ editiones, ſeu duo exemplaria cum Mſs. collata. Exſtant No. 7489. ſeu 143. & 7495. ſeu 149. pag. 227. *Catal. Mſs. Angliae.*

Simon Bevelaqua *Lugdun.* 1516. in 4.

Simon Siluius. Eius dedicatio exſtat in Edit. *Pariſ.* 1529. Sed eſt impreſſus apud Chr. Wechelum in fol.

Iodoci Lommii, Commentarii de Sanitate tuenda in primum librum de Re Medica Aurelii Cornelii Celſi, Medicorum Romanorum longe principis, *Lovanii* apud Anton. Mariam Bergagne, 1558. in 8.

Hieronymi Rubei Annotationes in libros VIII. A. C. Celſi de Re Medica, quibus omnia, quæ ad univerſam Medicinam ſpectant, dilucide & compendioſe explicantur. *Venet.* ex Typographia Franciſci Rampazeti 1614. in 4.

Petri Paaw Amſtelædamenſis Succenturiatus Anatomicus, continens Commentaria in Hippocratem de capitis vulneribus. Additæ in aliquot capita libri VIII. A. C. Celſi explicationes. *Lugd. Bat.* apud Iodocum a Colſter A. 1616. in 4.

Ioannes Moriſotus ſcripſit Annotationes in Corn. Celſum, *Baſil.* apud Ioan. Oporin. 1547.

„Ioannes Rhodius quoque videtur poſſe addi inter eos,
„qui Commentaria in Celſum ſcripſere, propter
„Diſſertationem de Acia ad Cornelii Celſi mentem
„&c. quæ primo prodiit Patavii apud Paul. Frambottum 1639. 4. deinde ſecundis curis auctior &c.

„Accedit de Ponderibus & Menſuris Vett. Me-
„dicor. inprimis C. Celſi, eiuſd. Rhodii Diſſerta-
„tio, & Vita Celſi. Hafniæ, litteris Matthiæ Go-
„diccheni, ſumpt. Petri Hauboldi Bibl. 1672.
„in 4.

Ad commentatores iure meritoque referri poteſt Fœſius in *Operibus Hippocratis*; item Hieronymus Fabricius ab Aquapendente *in operibus chirurgicis.*

PROMISSÆ EDITIONES.

Franc. Vertunianus in Epiſtol. Dedicat. in Librum Hippocrat. de Capitis vulner. cum Notis Scaligeri.

UNum addam, quod tibi ac Aſclepiadis omnibus ſcio fore gratiſſimum, ſi a te tuique ſimillimis hunc primum ſuum conatum probatum iri animadverterit Scaliger, idem in reliquo Hippocrate tentaturum: quod iam in non minus eloquenti, quam fido eiuſdem Hippocratis interprete Celſo, curſim volutando, perfecit, cuius novam editionem, ſi per otium relegere dignabitur, caſtæ emendatæque Latinitatis amantibus propediem adornat.

Ioannes Tornſiœus in Epiſtolis Gallicis ad Ioſ. Scaligerum, pag. 325.

J'Imprime *Corn. Celſus* en petit volume, comme autrefois feu mon Pere l'avoit imprimé. Je me ſers de ce que je trouve de bon en l'édition de Conſtantin par Rouillé, & en celle de Henri Eſtienne. J'ay entendu depuis deux jours que vous avez des Notes ſur cet Auteur là, tant de feu Monſieur vôtre Pere que de vous. Je vous ſupplie bien fort & avec toute affection, qu'il vous plaiſe me vouloir faire part de ce que vous avez; je l'imprimeray avec toute

toute la diligence qu'il me sera possible. Vous ferez du bien au public, & je recognoistray le secours que vous m'aurés fait ainsi que le trouverez bon.

Paulo post.

Pour revenir à mon affaire, je vous prieray me faire ce bien que d'envoyer à Paris au Sire Ambroise Drouard Libraire juré près Saint Benoist, ce que vous aurés sur *Celsus*, afin qu'il me le fasse tenir le plus promptement qu'il pourra. &c.

P. Colomesius Galliae Oriental. pag. 116.

Celsum etiam pollicebatur Joh. Walæus D. M. de cuius morte Sam. Sorberius in Epistol. Gallicis p. 442. In eundem Auctorem notas parabat Ælius Everardus Vorstius apud Leidensis primarius Medicinæ Professor, de quo Cunæus in laudatione funebri.

Lettres de Feu Mr. Guy Patin, Lettre CXVI. de la derniere édition.

On dit que Mr. Rhodius en fait imprimer un (Celse) à Padoue, & nous avons ici (à Paris) Mr. Mentel qui en promet un pareillement en vertu de plusieurs manuscrits & revisions qu'il a devers soi. Pour ce dernier, quoi qu'il dise & promette beaucoup, il ne fait jamais rien, & dit toûjours qu'il fera merveille.

Jacobus Holstius Tonningæ Medicus scripsit commentarium in Celsum. *Morhof. Polyhistor. liter. IV. pag.* 174

PETRVS DACQVETVS Furnenſis Medicus ſcripſit Commentarium in Celſum. *Valer. Andr. Deſſel. Biblioth. Belgic. p.* 734.

Spem Celſi Libros de Medicina edendi etiam fecit JO. JACOB. BAIER Medicinæ in Academia Altorfina Profeſſor Primarius in *Schediaſmate, quo inſtitutum ſuum de A. Cornel. Celſo ad maiorem Philiatrorum utilitatem accommodando aperuit & commendavit. Altorfi Nor.* MDCCXX. Alii quoque IO. HENRICVS SCHVLZIVS in Academia Halenſi nuper Medicinæ Profeſſor celeberrimus, IVSTVS GODOFREDVS GVNZIVS, Archiater Polonicus & in Academia Lipſienſi Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor longe doctiſſimus, non quidem, quod ſciam ſcriptis in vulgus editis, ſed ſermone tamen ad amicos Celſum ab ipſis ornandum promiſerunt. De his, qui adhuc inter vivos agunt, quo minus mentionem iniiciam & humanitas & prudentiæ ratio vetat. K.



TESTI-

TESTIMONIA ET ELOGIA DE CELSO.

Quintil. Inſtit. Orat. L. XII. C. XI.

QUid plura? cum etiam Cornelius Celſus mediocri vir ingenio non ſolum de his omnibus conſcripſerit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipſo propoſito, ut eum ſciſſe omnia illa credamus.

Franciſcus Floridus Sabinus Lection. Subciſiv. lib. I. cap. IV.

Cornelium Celſum ego tam excellentem ſcriptorem fuiſſe reor, ut paucos ei anteponendos Latium protuliſſe cenſeam, cum medicinam tam candide, eleganterque Romanis literis illuſtraverit, quam potuit, qui ingenium ſic ad omnes ſcientias verſatile habuit, ut ad id unum a natura formatus videretur, quod vir præſtantiſſimus tractare conſtituiſſet. Itaque cum eius, quæ exſtant, lucubrationibus nihil ſit pulcrius, nihil elegantius, quam ornate Philoſophica explicaſſe credendus eſt? de quibus non pauca ab illo Scepticos imitato ſcripta fuiſſe, memoriæ prodidit Fabius Quintilianus, in iis etiam Celſo perſæpe (ut eius de Oratoria Inſtitutione libri teſtantur) adverſatus, quæ ad Oratoriam artem ſpectantia, utinam cum infinitis aliorum voluminibus commune naufragium paſſa non fuiſſent. Nam & Celſi ingenium latium agnoſceremus, & Rhetoricos ad Herennium libros non modo non ad Celſum, ſed ne ad mediocrem quidem Celſi auditorem eſſe referendos, tamquam in ſpeculo (ut eſt in proverbio) conſpicaremur.

Claudius Verderius Cenſion. in Auctores, p. 114.

Cornelius (Celſus) de Latinitate eſt tam bene meritus, ut inter Latinos videatur is, qui inter Græcos

Theophrastus fuit. Sed Hippocratem, & Græca pene omnia parum feliciter vertit. Exemplo sit Aphorismus quidam Hippocratis, quem ille sic interpretatur lib. II. cap. 7. circa finem. *Alvus nigra*, inquit, *sanguini atro similis repentina, sive cum febre, sive sine febre perniciosa est*, αὐτόματος autem in Hippocratis Græco non repentinum, sed spontaneum significat: ut idem alio Aphorismo ἀυτομάτȣς κόπȣς πϱοαγγέλȣς καὶ κήϱυκας τῶν νόσων esse dixit, hoc est lassitudines non quidem repentinas, sed spontaneas, prænuncias & præcones morborum esse. Etenim ex repentino motu repentina lassitudo evenire potest, non tamen erit morbi prænuncia, quia causam habet motum: deinde vero Celsus, *repentina*, particulam ita collocat, ut ad *alvumne* an ad *febrem* referatur, vix dignoscas. Melius itaque vertit Theodorus: *Deiectiones nigrae modo sanguinis atri sponte venientes, cum febre sive sine febre pessimae sunt, & quo plures sunt pravi colores eo peius: sed si ex medicamento tales digeruntur melius est, & quo plures non pravi colores eo melius.* Nec quoque integrum Aphorismum vertit Celsus, sed sententiam Hippocratis secuit per medium. Nec Theodorus utique bene vertit, sic enim transtulit Aphorismum 79. particulæ IV. *Si quis sanguinem mingit, & grumos, & guttatim emittit urinam, ac dolorem ad ventrem imum, & pectinem & foemen, vitiis vesicae laborat.* Celsus in eundem errorem incidit. *Aut si paulatim distillat*, ait Celsus, *vel si sanguis per hanc editur, & in eo quaedam cruenta concreta sunt, idque ipsum cum difficultate redditur, & circa pubem inferiores partes dolent, in vesica vitium est.* Græcum autem Hippocratis, *in vesica*, non habet, sed *circa vesicam* hoc est, πεϱὶ κύϛης. Celsus lib. II. cap. 2. *Si Austri pluviaeque hyemem occuparint, ver autem frigidum & siccum est, gravidae quidem foeminae, quibus adest partus, abortu periclitantur: hae vero, quae gignunt, imbecillos vixque vitales*

tales edunt. Ceteros lippitudo arida, & si seniores sint, gravedines atque destillationes, male habent. Hæc ad verbum ex Hippocrate esse videntur, nisi quod συντόμως ἀπεθνήσκειν, male habere non est. Magna certe est differentia inter male habere & continuo mori. at male habet, qui continuo moritur. credo equidem: sed ita sit, Celsus Hippocratem non bene vertit. Pylorum intestinum a Græcis ita dictum esse commentatur, quod per partes inferiores, tanquam per ostium, ea quæ in corpore excrescunt, emittat: cum Pylorum, pugnante e diametro ratione, tale nomen sortitum esse ex Galeno pateat, quia scilicet nihil nisi prius in chylum (chylum enim pro Latina voce usurpant medici) conversum tamquam bonus ianitor exire sinat, & postea ad inferiora intestina deducit, non ut deiiciat, sed ut remoretur potius in corpore, & ab hepate in sanguinem transmittatur. Eaque ratione permotus Galenus V. de Usu partium, non τῶν περιττομάτων, sed alimentorum ait esse instrumenta: ideoque a natura flexuosa facta, ut cibus non repente fluat, sed perstans concoquatur & nutriat. Apud Celsum denique observationes quædam sunt ludicræ, qualis hæc, si nimirum ægrotus summis digitis extrema parietum evellat, hoc est, lapillos ex muro eradicet, signum mortis esse.

Ab hoc Latinitatis amantes Latinas morborum nuncupationes repetere debebant. *Vertunianus in Hippocrat. librum de vulneribus cap. p. 71.*

Medicorum Deus. *Casaub. Ep. 29.*

Purissimus Scriptor Cornelius Celsus.
Voss. de Vitiis Serm. I. c. 16.

Janus Dousa, Epigram. Acad. Leid. Præf.
Ad Cornelium Celsum.

Facta urbana tuo res Rustica munere, scriptis
Nec minus illustris est Medicina tuis.

Hinc

Hinc quoque militiae tractasti commoda Rhetor,
Hoc Martem Musis iungere Celse fuit.

Balduinus Ronsseus, Gandav. de Cornelio Celso.

Hippocrati quantum debet Cos insula magno,
Pergama tantundem docte Galene Tibi.
His tamen ambobus quantum sua patria debet,
Tantum, Corneli, maxima Roma Tibi!

Ioan. Sambucus, sub imagine Celsi, de eodem.

Ausonias Cous votis perductus in oras
Edidit hunc fœtum, veste fovetque sua.
Hic puris repetit verbis quæcunque probantur,
Et superat molem, Forliviane, tuam.

Pithoeus Epigramm. Vet. lib. 2. pag. 48. Cornelius Celsus.

Dictantes medici quandoque & Apollinis artes
Musas Romano iussimus ore loqui.
Nec minus est nobis per pauca volumina famae.
Quam quos nulla satis bibliotheca capit.

De Cornelio Celso incerti.

Cui Celsum ingenium dederat natura, quid illi
Mirum, si CELSI nomine nomen adest?
Hippocrati multum debebas Graie quod artem
Partibus innumeris excoluit medicam.
Plus meruit CELSUS: Latiis namque intulit oris
Artem hanc; quod maius quam excoluisse reor.
Hippocrates arti Graios invenit amicos,
Nec suasisse quis huic, sed docuisse, fuit.
CELSUS abhorrentes Romanos traxit ad artem,
Et miro medicos reddidit eloquio.
Omnia quae Cous, scripsit, sed plura; quid ergo
Est

Est opus ut magno cedat hic Hippocrati.

Lilius Gregorius Gyraldus Dialogismo XV.

Existimo te, Hieronyme doctissime, probe scire, quantæ auctoritatis sit Cornelius Celsus apud Latinos, probeque accedere ad Ciceronis elegantiam. Quapropter soleo libenter eius lectione delectari.

Caspar Bartius ad Statii Thebaid. L. III. vs. 367. p. 777.

Pariter loquitur elegantissimus eorundem temporum aut paullo superiorum auctor Cornelius Celsus, cuius utinam omni genere edita scripta ad nos pervenissent.

Caspar Barthius ad Statii Thebaid. L. II. vs. 677. pag. 611.

Nos Corn. Celsum secuti ita optime nos Latine loqui putamus, quem ille (*Nonius*) cum minoris alibi auctoritatis esse iactat, cum supercilio suo Grammatico, &c.

God Stewechius ad Veget. de R. M. III. 6.

Cornelius Celsus auctor Latinæ Linguæ idoneus, & locuples, si quis alius.

Iacobus Mosantus Briosius,

Cornelio Viqmanno Cadomensi Medico.

Et ut innumeros alios omittam, sit unus instar omnium inclytus ille tui agnominus Cornelius Celsus: Deus bone! quam diserta illius dictio, quam Latina & castigata! quam beatum, in quo vixit, ævum redolens! Scio sibi persuadere multos, illum non medicum de re medica scripsisse, sed fallunt aut falluntur. Epistol. p. 77.

Vlyss. Aldrovand. de Insect. L. I. c. 3. *de Cera.*

Nihilo scilicet insolentius atque a Celso gravi, & Latinæ linguæ auctore.

H. F. ab

H. F. ab Aquapendente Operat. Chirurg. Part. I. cap. 7.

Primo ſeſe offert Celſi maxime proprius Latine loquendi modus, quem ego inter cæteros admiror.

Idem Operat. Chirurg. Part. 1. *cap.* 17.

Notetis Celſum, qui ad amuſſim ſemper loquitur, tres uſurpare voces, *filum, linum* & *aciam.*

Idem Operat. Chirurg. Part. 1. *cap.* 32.

Mirabilis Celſus in omnibus, quem nocturna verſare manu, verſare diurna conſulo.

Chriſtophorus Cellarius in Prolegom. Curar. Poſteriorum de Barbariſmis & Idiotiſmis Sermonis Latini p. 19.

Proximus Auguſti temporibus Cornelius Celſus fuit Medicinæ ſcriptor elegantiſſimus a Columella I. cap. 1. & Quintiliano XII. cap. ult. laudatus, quem ipſi aureo ſeculo nonnulli inſerunt.

Idem in aureo ſæculo pag. 81.

Accedit Celſus, ſcriptor vix inferior iis, qui ſub Auguſto floruerunt.

Idem ſaeculo argenteo pag. 110.

At Cornelius Celſus, niſi ipſe conſors Auguſti ævi, certe eidem proximus.

EPIGRAMMA DE CELSO. A. B.

Et Medicina tuis aucta & Chirurgia curis,
Celſe, canent laudes tempus in omne tuas.
Celſe, decus Latii, puri ſermonis alumne.
E medico removes barbara verba foro.
Non ego poſſe loqui cupiam quo Tullius ore,
Ore tuo liceat dum mihi, Celſe, loqui.

INDEX



INDEX CAPITVM CELSI MEDICINAE.

LIBER I.

LIBER II.

XVIII.

LIBER III.

LIBER IV.

LIBER V.

LIBER VI.

LIBER VII.

XXVI. De

LIBER VIII.

Finis Indicis Capitum in Celsi medicinam.

A. CORN.



A. CORN. CELSI
MEDICINÆ
LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO.

UT ALIMENTA ſanis corporibus Agricultura, ſic *a* ſanitatem ægris Medicina promittit. Hæc nuſquam quidem non eſt. Siquidem etiam imperitiſſimæ gentes herbas aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Veruntamen apud Græcos aliquanto magis, quam in cæteris nationibus, excnlta eſt: ac ne apud hos quidem a prima *b* origine, ſed paucis ante nos ſeculis; utpote cum vetuſtiſſimus auctor Æſculapius celebretur. Qui, quoniam adhuc rudem & vulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit, *c* in deorum numerum receptus eſt. Huius deinde duo filii, Podalirius & *d* Machaon, bello Troiano ducem Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus ſuis attulerunt.

a *De Vet. Med. T.* VIII. 22. b *De Vet. Med.* III. 8. c *Orat. Theſſ. N.* 178. d *Orat. Theſſ.* 183 *Maxim. Tyr. Diſſert.* XXIX. *Plato de Rep. l.* III. *pag.* 407. *T.* 2. *ed. H. Steph. Ariſtides Orat. in Aſclepiada.*

lerunt. Quos tamen Homerus non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii; sed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo ap-
405,29. paret, has partes medicinæ solas ab his esse tentatas, easque esse vetustissimas. Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse; & ab iisdem opem posci solitam. Verique simile est, inter non multa auxilia adversæ valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarant. Siquidem hæc duo, corpora, prius in Græcia, *e* deinde apud nos afflixerunt. Ideoque multiplex ista medicina, neque olim, neque apud alias gentes necessaria, vix aliquot ex nobis ad senectutis principia perducit. Ergo etiam post eos, de quibus retuli, nulli clari viri medicinam exercuerunt; donec maiore studio literarum disciplina agitari cœpit, quæ ut animo præcipue omnium necessaria, sic corpori inimica est. Primoque medendi scientia, sapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit:
21, 30. scilicet his hanc maxime *f* requirentibus, qui corporum suorum robora inquieta cogitatione, nocturnaque vigilia minuerant. Ideoque multos ex sapientiæ professoribus peritos eius fuisse accepimus: clarissimos vero ex his Pythagoram, & Empe-

l. *Eodem vero.* l. 11. *inter nonnulla.* l. 14. *tentarant.* l. 19. *aliquos ex bonis.* l. 21. *nonnulli.* l. 30. *sanorum c.* ib. *quieta.*

e *Serv. ad Virg. Æn.* 1. 641. *Isid. Orig. L.* XIV. *c.* III. *p.* 1162. *Suidas V.* Αβροδιαὶ. f *Cælius Aurelian. Tard. Pass. l.* V. *c.* 9. *Hippocrat. Democrit. de nat. hom.* 13.

Empedoclem, & Democritum. Huius autem (ut quidam crediderunt) diſcipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab ſtudio ſapientiæ diſciplinam hanc ſeparavit, vir & arte & facundia inſignis. Poſt quem Diocles Caryſtius, deinde Praxagoras & Chryſippus, tum Herophilus & Eraſiſtratus ſic artem hanc exercuerunt, vt etiam in diverſas curandi vias proceſſerint.

Iiſdemque temporibus in tres partes medicina diducta eſt: ut una eſſet, quæ victu: altera, quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, ſecundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Græci nominaverunt. Eius autem, quæ victu morbos curat, longe clariſſimi auctores etiam altius quædam agitare conati, rerum quoque naturæ *g* ſibi cognitionem ven- 13, 11.
dicaverunt, tanquam ſine ea, trunca & de- 16, 12.
bilis medicina eſſet. Poſt quos Serapion, primus omnium, nihil hanc rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam, profeſſus, in uſu tantum & experimentis eam poſuit. Quem Apollonius, & Glaucias, & aliquanto poſt Heraclides Tarentinus, & alii quoque non mediocres viri ſecuti, ex ipſa profeſſione ſe ἐμπειρικοὺς appellaverunt. Sic in duas partes ea quoque, quæ victu curat, medicina diviſa eſt, aliis rationalem artem, aliis uſum tantum ſibi vendicantibus: nullo vero quicquam poſt eos, qui ſupra comprehenſi ſunt, agitante, niſi quod acceperat: donec Aſclepiades medendi ratio-

 nem

l. 11. om. *que*. l. 12. *diviſa*. l. 24. om. *tantum*
l. 26. *alii qui non*. *aliqui non*.

g *De Vet. Med.* XXXVI. 18. *de Steril.* XVIII. 1.

nem magna ex parte mutavit. Ex cuius
ſucceſſoribus Themiſon nuper ipſe quoque
quædam in ſenectute deflexit. Et per hos
II, 7. quidem maxime viros ſalutaris iſta nobis pro-
feſſio increvit.

Quoniam autem ex tribus medicinæ par-
tibus, ut difficillima, ſic etiam clariſſima
eſt ea, quæ morbis medetur, ante omnia
de hac dicendum eſt. Et, quia prima in
eo diſſenſio eſt, quod alii ſibi experimento-
rum tantummodo notitiam neceſſariam eſſe
contendunt: alii, niſi corporum rerumque
naturalium ratione comperta, non ſatis po-
tentem uſum eſſe proponunt: indicandum
eſt, quæ maxime ex utraque parte dicantur,
quo facilius noſtra quoque opinio interponi
poſſit

Igitur hi, qui rationalem medicinam
profitentur, hæc neceſſaria eſſe proponunt.
Abditarum & morbos continentium cau-
ſarum notitiam, deinde Evidentium, poſt
hæc etiam Naturalium actionnm, noviſſi-
me Partium interiorum. Abditas cauſas
vocant, in quibus requiritur, ex quibus
principiis noſtra corpora ſint, quid ſecun-
dam, quid adverſam valetudinem faciat.
5, 10, Neque enim credunt, poſſe eum ſcire, quo-
32. modo morbos curare conveniat, qui, un-
6, 32. de hi ſint, *h* ignoret. Neque eſſe dubium
7, 3, 19. quin alia curatione opus ſit, ſi ex quatuor
principiis vel ſuperans aliquid vel deficiens
adverſam valetudinem creat; ut quidam
ex ſapientiæ profeſſoribus dixerunt: alia,
ſi in humidis omne vitium eſt; ut He-
ro-

l. 10. *ea* L. l. 13. om. *naturalium.*

h *De Flatib.* II. 3. 4. *Pallad. ad Hippocr. Epid.* VI. *pag.* 224.

rophilo visum est: alia, si in spiritu; ut
Hippocrati: alia, si sanguis in eas venas,
quæ spiritui accommodatæ sunt, transfun- 16,20.
ditur, & inflammationem, quam Græci
φλεγμονὴν nominant, excitat, eaque in-
flammatio talem motum efficit, qualis in
febre est; ut Erasistrato placuit: alia, si 139,15.
manantia corpuscula per invisibilia forami-
na subsistendo iter claudunt; ut Asclepia-
des contendit. Eum vero recte curaturum, 4,27.
quem prima *i* origo causæ non fefellerit.
Neque vero inficiantur, experimenta quo-
que esse necessaria; sed, ne ad hæc quidem
aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratio-
ne, contendunt. Non enim quidlibet an-
tiquiores viros ægris inculcasse; sed cogi-
tasse, quid maxime conveniret; & id usu
explorasse, quod ante coniectura aliqua du-
xissent. Neque interesse, an nunc iam ple-
raque explorata sint, si a consilio tamen
cœperunt. Et id quidem in multis ita se
habere. Sæpe vero etiam nova incidere ge- 13,27.
nera *k* morborum, in quibus nihil adhuc
usus ostenderit, ut ideo necessarium sit
animadvertere, unde ea cœperint; sine
quo nemo mortalium reperire possit, cur
hoc, quam illo, potius utatur. Et ob hæc
quidem in obscuro positas causas perse-
quuntur. Evidentes vero has appellant,
in quibus quærunt, initium morbi calor at-
tulerit, an frigus; fames, an satietas; &
quæ similia sunt. Occursurum enim vitio 4,27.
dicunt eum, qui originem non igno- 6,32.
rarit. Naturales vero corporis actiones 13, 4.

 appel-

l. 18. *ad quod.* l. 19. *ducti essent.* ib. *an initio pl.* l. 24. *et ideo.* l. 25. *ceu sine.* l. 32. *initio.*

i *Hippocr. de Art.* xx. 4. k *Plato de Republ. l.* 3. *Tom.* 2. *pag.* 405. *ed. H. Steph. Lindan. Exercitat. Batav. p.* 754.

appellant, per quas ſpiritum trahimus & emittimus; cibum potionemque & aſſumimus & concoquimus: itemque, per quas eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam, quare venæ noſtræ modo ſubmittant ſe, modo attollant: quæ ratio ſomni, quæ vigiliæ ſit. Sine quorum notitia, neminem putant vel occurrere, vel mederi morbis, inter hæc naſcentibus, poſſe. Ex quibus quia quam maxime pertinere ad rem concoctio videtur; huic potiſſimum inſiſtunt; &, duce, alii, Eraſiſtrato *l*, atteri cibum in ventre contendunt: alii, Pliſtonico Praxagoræ diſcipulo, putreſcere: alii credunt Hippocrati, per calorem cibos concoqui. Acceduntque Aſclepiadis æmuli, qui, omnia iſta vana & ſupervacua eſſe, proponunt. Nihil enim concoqui, ſed *m* crudam materiam, ſicut aſſumpta eſt, in corpus omne diduci. Et hæc quidem inter eos parum conſtant. Illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, ſi hoc, alium, ſi illud verum eſt. Nam ſi teritur intus, eum quærendum eſſe, qui facillime teri poſſit. Si putreſcit, eum, in quo hoc expeditiſſimum eſt. Si calor concoquit, eum, qui maxime calorem moveat. At nihil ex his eſſe quærendum, ſi nihil concoquitur: ea vero ſumenda, quæ maxime manent, qualia aſſumpta ſunt. Eademque ratione, cum ſpiritus gravis eſt, cum ſomnus aut vigilia urget, eum mederi poſſe arbitrantur, qui prius illa ipſa, qualiter eveniant, perceperit. Præter hæc, cum in inte-
4, 27.

riorio-

l. 2. om. *et*. l. 5. *digerantur*. l. 9. *intra hæc*. l. 10. om. *quia*. l. 23. *aliud*. l. 27. *foveat*. l. 32. *urgent*.

l *Macrob. Satur.* VII. 15. m *Cælius Aurelian. Acut. Morb. l.* 1. *c.* 14.

rioribus partibus & dolores & morborum
varia genera naſcantur, neminem putant
his adhibere poſſe remedia, *n* quæ ipſe igno- 4, 27.
ret. Neceſſarium ergo eſſe, incidere *o* cor- 13, 4.
pora mortuorum, eorumque viſcera atque
inteſtina ſcrutari. Longeque optime feciſſe
Herophilum *p* & Eraſiſtratum, qui nocen-
tes homines, a regibus ex carcere acceptos,
vivos inciderint, conſiderarintque etiam
ſpiritu remanente, ea, quæ natura ante 11, 12.
clauſiſſet, eorumque *q* poſituram, colorem,
figuram, magnitudinem, *r* ordinem, duri-
tiem, mollitiem, lævorem, contractum:
proceſſus deinde ſingulorum & receſſus, ſi-
ve quid inſeritur alteri, ſive quid partem
alterius in ſe recipit. Neque enim cum dolor
intus incidit, ſcire, quid doleat, eum, qui
qua parte quodque viſcus inteſtinumve ſit,
non cognoverit. Neque curari id, quod
ægrum eſt poſſe ab eo, qui, quid ſit, igno-
ret. Et cum per vulnus alicuius viſcera pa-
tefacta ſunt, eum, qui ſanæ cuiuſquam colo-
rem partis ignoret, neſcire, quid integrum,
quid corruptum ſit; ita ne ſuccurrere qui-
dem poſſe corruptis: aptiuſque extrinſecus
imponi remedia, compertis interiorum &
ſedibus & figuris, cognitaque eorum magni-
tudine: ſimileſque omnia; quæ poſita
ſunt, rationes habere. Neque eſſe crudele,
ſicut plerique proponunt, hominum nocen-
tium, & horum quoque paucorum, ſuppli-
ciis remedia populis innocentibus ſeculorum
omnium quæri.

Contra hi, qui ſe ἐμπειρικοὺς ab experien-
A 4 tia

l. 3. *quas ipſe.* l. 9. *etiamnum.* l. 13. *livorem, corta-ctum, confractum.* l. 22. *cuiuſque.* l. 24. *ideo nec.* l. 28. *propoſita.* alii om.

n *De diæt. I. T.* I. *Gal. Med. M. l.* 2. o *Cic. T. Q.* II. 39. p *Tert. de An. c.* x. & xxv. *Gal. Adm. An.* III. 5. q *Gal. ad Eug. de prop. l. p.* 50. *T.* I. r *De Vet. Med.* XII. 25. *ſeq. A. Tral.* VII. 3.

tia nominant, evidentes quidem cauſas, ut neceſſarias, amplectuntur: obſcurarum vero cauſarum & naturalium actionum quæſtionem ideo ſupervacuam eſſe contendunt, quoniam incomprehenſibilis natura ſit. Non poſſe vero comprehendi, patere ex eorum, qui de his diſputarunt, diſcordia: cum de iſta re, neque inter ſapientiæ profeſſores, neque inter ipſos medicos conveniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat, quam Herophilo? cur huic potius, quam Aſclepiadi? Si rationes ſequi velit, omnium poſſe videri non improbabiles: ſi curationes, ab omnibus his ægros perductos eſſe ad ſanitatem. Ita neque diſputationi, neque auctoritati cuiuſquam fidem derogari oportuiſſe. Etiam ſapientiæ ſtudioſos maximos medicos eſſe, ſi ratiocinatio hos faceret: nunc illis verba ſupereſſe, deeſſe medendi ſcientiam. Differ-
18,33. re [f] quoque pro natura locorum, genera medicinæ; & aliud opus eſſe Romæ, aliud
119,15. in Ægypto, aliud in Gallia. Quod ſi morbos eæ cauſæ facerent, quæ ubique eædem eſſent, remedia quoque ubique eadem eſſe debuiſſe. Sæpe etiam cauſas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his patere medicinam. Quod ſi ſcientiam hanc non ſubiiciat evidens cauſa, multo minus eam poſſe ſubiicere, quæ in dubio eſt. Cum igitur illa incerta incomprehenſibilisque ſit, a eertis potius & exploratis petendum eſſe præſidium; id eſt, his, quæ experientia in ipſis curationibus docuerit, ſicut in

l. 15. *Itaque neque.* al. *ita cum.* l. 19. *hoc.* l. 24. *hæ.* l. 26. *debuiſſent.* l. 31. *incomprehenſibile.* l. 33. *qui.*

f *Theſſal. orat.* 130. *Galen. de Simpl. Med. Facult.* III. 12. *Clem. Alex. Strom. l.* VI. *Valeriol. Enarrat. lib.* II. *Enar.* V.

in ceteris omnibus artibus. Nam ne agricolam quidem aut gubernatorem diſputatione, ſed uſu fieri. Ac, nihil iſtas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque diſci, quod, qui diverſa de his ſenſerint, ad eandem tamen ſanitatem homines perduxerint. Id enim feciſſe, quia non ab obſcuris cauſis, neque a naturalibus actionibus, quæ apud eos diverſæ erant; ſed ab experimentis, prout cuique reſponderant, medendi vias traxerint. Ne inter initia quidem ab iſtis quæſtionibus deductam eſſe medicinam, ſed ab *t* experimen- 15,28.
tis. Ægrorum enim, qui ſine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum aſſumſiſſe, alios propter faſtidium *u* abſtinuiſſe, levatumque magis eorum morbum eſſe, qui abſtinuerant. Itemque alios in ipſa febre aliquid ediſſe, alios paulo ante eam, alios poſt remiſſionem eius: optime deinde his ceſſiſſe, qui poſt finem febris id fecerant. Eademque ratione alios inter principia protinus uſos eſſe cibo pleniore, alios exiguo; gravioresque eos factos, qui ſe impleverant. Hæc ſimiliaque cum quotidie inciderent, diligentes homines *x* notaſſe, quæ plerumque melius reſponderent: deinde ægrotantibus ea præcipere cœpiſſe. Sic medicinam ortam, ſubinde aliorum ſalute, *y* aliorum interitu, pernicioſa diſcernentem a ſalutaribus. Repertis deinde iam medicinæ remediis, homines de rationibus eorum diſſerere cœpiſſe: nec poſt rationem, medicinam eſ-

l. 3. *At.* l. 5. *diverſo.* l. 18. *eſſe.* l. 22. *fecerint.* l. 25. *implerent.* l. 32. om. *iam.*

t *Diod. Sicul.* 1. 82. u *Hippocrat. de Arte T.* VI. *de Vet. Med.* x. 17. x *Præcept.* 11. 26. 27. y *Columel. l.* 1. *c.* 1.

ſe inventam; ſed poſt inventam medicinam, rationem eſſe quæſitam. Requirere etiam, ratio idem doceat, quod experientis, an aliud. Si idem, ſupervacuam eſſe: ſi aliud, etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda ſumma cura fuiſſe, nunc vero iam explorata eſſe: neque ulla aut nova genera morborum reperiri, aut novam deſiderari medicinam.. Quod ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris: ſed eum protinus viſurum, cui morbo id proximum ſit; tentaturumque [z] remedia ſimilia illis, quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerint; & per eius ſimilitudinem opem reperturum. Neque enim ſe dicere, conſilio medicum non egere, & irrationale animal hanc artem poſſe præſtare; ſed has latentium rerum coniecturas ad rem non pertinere, quia non interſit, quid morbum faciat, ſed quid tollat. Neque ad rem pertinere, quomodo, ſed quid optime digeratur: ſive hac de cauſa concoctio incidat, ſive de illa; & ſive concoctio ſit illa, ſive tantum digeſtio. Neque quærendum eſſe, quomodo ſpiremus, ſed, quid gravem tardumque ſpiritum expediat: neque, quid venas moveat; ſed, quid quæque motus genera ſignificent. Hæc autem cognoſci experimentis. Et in omnibus eiuſmodi cogitationibus in utramque partem diſſeri poſſe. Itaque ingenium & facundiam vincere: morbos autem, non [a] eloquentia, ſed remediis curari. Quæ ſi quis elinguis uſu diſcre-

l. 2. *requiritur.* l. 3. *ſi ratio.* l. 5. *eſſe contr.* l. 6. *vero illa.* l. 22. *pertineat.* ib. *ſed quam id.* l. 23. *intercidat.*

z *Maxim. Tyrius ſerm.* XI. a *Lucian. Hippias. pag.* 503. *Tom.* II. *ed. Bened.*

discreta bene norit, hunc aliquanto maiorem medicum futurum, quam si sine usu linguam suam excoluerit. Atque ea quidem, de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo. Id vero, quod restat, etiam crudele; vivorum hominum alvum atque
præcordia incidi; & salutis humanæ præsi- 4, 4.
dem artem, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre: cum præsertim ex his, quæ tanta violentia quærantur, alia non possint omnino cognosci,
alia possint etiam sine scelere. Nam colo- 7, 11.
rem, lævorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia, non esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint; quia, cum corporibus inviolatis, hæc tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, mille aliis mediocribus *b* affectibus sæpe mutentur, multo magis verisimile est, interiora, quibus maior mollities & lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus & ipsa trucidatione mutari. Neque quicquam esse stultius, *c* quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo iam mortuo. Nam uterum quidem, qui minus ad rem pertineat, spirante homine posse diduci: simulatque vero ferrum ad præcordia accessit, & discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere: ita demum mortui præcordia & viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari: quod neces-

l. 13. *livorem.* l. 15. Tum quia L. l. 16. *inviolata sunt.* l. 19. *Unde multo* L. l. 19. om. *est* L. l. 25. *ne uterum quidem, ut nihilo minus aerem contineat.* L. l. 32. *itaque demum.*

b *Quintil. declam.* VIII. *pag.* 116. *ed. Gron.* c *Arist. Hist. Anim.* III. 2.

neceſſe ſit tale eſſe, quale mortui ſit, non quale vivi fuit. Itaque conſequi medicum, ut hominem crudeliter iugulet; non ut ſciat, qualia vivi viſcera habeamus. Si quid tamen ſit, quod adhuc ſpirante homine conſpectui ſubiiciatur; id ſæpe caſum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viatorem a latronibus exceptum ſic vulnerari, ut eius interior aliqua pars aperiatur, & in alio alia; ita ſedem, poſitum, ordinem, figuram, ſimiliaque cognoſcere
7, 12. prudentem medicum, non cædem, ſed ſa-
20, 7. nitatem molientem; idque per miſericordiam diſcere, quod alii dira crudelitate cognoverint. Ob hoc, ne mortuorum quidem lacerationem neceſſariam eſſe; quæ, etſi non crudelis, tamen fœda ſit, cum aliter pleraque in mortuis ſe habeant: quantum vero in vivis cognoſci poteſt, ipſa curatio oſtendat.

Cum hæc per multa volumina, perque magnæ contentionis diſputationes a medicis ſæpe tractata ſint atque tractentur: ſubiiciendum eſt, quæ proxima vero videri poſſint. Ea neque addicta alterutri opinioni ſunt, neque ab utraque nimium abhorrentia, ſed media quodammodo inter diverſas ſententias. Quod in plurimis contentionibus deprehendere licet, ſine ambitione verum ſcrutantibus, ut in hac ipſa re. Nam quæ demum cauſæ, vel ſecundam valetudinem præſtent, vel morbos excitent; quomodo ſpiritus, aut cibus, vel

l. 11. *atque ita.* al. *et ita in ſ.* l. 16. *ob hæc.*
l. 26. *ſint, neque.* l. ead. om. *ſunt.* l. 31. *perinde ut.*

vel detrahatur, vel digeratur, ne ſapientiæ
quidem profeſſores ſcientia comprehendunt,
ſed coniectura perſequuntur. Cuius autem
rei non eſt certa notitia, eius opinio cer- 5,33.
tum reperire remedium non poteſt. Ve-
rumque eſt, ad ipſam curandi rationem
nihil plus conferre, quam experientiam.
Quanquam igitur multa ſint, ad ipſas artes
proprie *d* non pertinentia, tamen eas adiu-
vant, excitando artificis ingenium. Itaque
iſta quoque naturæ rerum contemplatio, 406,29.
quamvis non faciat medicum, aptiorem ta-
men medicinæ reddit profectum. Verique ſi-
mile eſt, & Hippocratem & Eraſiſtratum & qui-
cunque alii, non contenti febres & ulcera
agitare †, rerum quoque naturam ex ali-
qua parte ſcrutati ſunt, non ideo quidem
medicos fuiſſe, verum ideo quoque maio-
res medicos extitiſſe. Ratione vero opus
eſt ipſi medicinæ, etſi non inter ob-
ſcuras cauſas, neque inter naturales actio-
nes, tamen ſæpe. Eſt enim hæc ars *e* con- 57,16.
iecturalis, neque reſpondet ei plerumque
non ſolum coniectura, ſed etiam experien-
tia. Et interdum non febtis, non cibus,
non ſomnus ſubſequitur, ſicut aſſuevit.
Rarius, ſed aliquando morbus quoque ipſe 5,22.
novus eſt: quem non incidere, manifeſte
falſum eſt; cum ætate noſtra quædam, ex
naturalibus partibus carne prolapſa & aren-
te, intra paucas horas expirauerit, ſic ut
nobiliſſimi medici neque genus mali, ne-
que remedium invenerint. Quos ego nihil
tentaſſe iudico, quia nemo in ſplendida
perſo-

l. 1. *deferatur.* l. 3. *proſequuntur.* l. 13. *Profecto veriſim.* L. l. 20. om. *et.* l. 30. *hærente.* l. 33. *quos ideo nihil.*

d *Auguſtin. de Doctr. Chr.* II. 39. *Hippocrat. Epiſt. ad Theſſal. fil. De decent. Ornat. T.* I. II. III. † *i. e.* tradere. e *Hip. Cratev. ep.* 7. *Plato de leg.* XIII. *p.* 976. *T.* 2. *Ariſt. Or. Plat.* I. *p.* 364.

perſona periclitari coniectura ſua voluerit:
283, 5. ne occidiſſe, niſi ſeruaſſet, videretur. Veri tamen ſimile eſt, potuiſſe aliquid cogitare, detracta tali verecundia, & fortaſſe reſponſurum fuiſſe id, quod aliquis eſſet expertus. Ad quod medicinæ genus, neque ſemper ſimilitudo aliquid confert; & ſi quando confert, tamen id ipſum rationale eſt, inter multa ſimilia genera, & morborum & remediorum, cogitare, quo potiſſimum medicamento ſit utendum. Cum igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniat, quod non utique fortaſſe, ſed ſæpius tamen etiam reſpondeat. Petet autem novum quoque conſilium, non ab rebus latentibus (iſtæ enim dubiæ & incertæ ſunt) ſed ab his, quæ explorari poſſunt; id eſt, evidentibus cauſis. Intereſt enim, fatigatio morbum, an ſitis; an frigus, an calor; an vigilia, an fames fecerit; an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis. Neque ignorare hunc
27,33. oportet, quæ ſit ægri natura: humidum magis, an magis ſiccum corpus eius ſit: validi nervi, an infirmi: frequens adverſa valetudo, an rara: eaque, cum eſt, vehemens eſſe ſoleat, an levis; brevis, an longa: quod is vitæ genus ſit ſecutus; laborioſum, an quietum; cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, ſimilibusque, ſæpe curandi nova ratio ducenda eſt. Quamvis ne hæc quidem ſic præteriri debent, quaſi nullam controverſiam recipiant. Nam & Eraſiſtratus non ex his fieri morbos dixit: quoniam

l. 3. *excogitare.* l. 8. *rationabile* l. 13. *ubique.*

niam & alii, & iidem alias poſt iſta non febricitarent.

Et quidam Medici ſeculi noſtri, ſub auctore (ut ipſi videri volunt) Themiſone contendunt, nullius cauſæ notitiam quicquam ad curationes pertinere: ſatiſque eſſe, quædam communia morborum intueri. Et quidem horum tria genera eſſe, unum adſtrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere ægros, modo nimium: modo alia parte parum, alia nimium. Hæc autem genera morborum, modo acuta eſſe, modo longa; & modo increſcere, modo conſiſtere, modo minui conſueviſſe. Cognito igitur eo, quod ex his eſt, ſi corpus adſtrictum eſt, digerendum eſſe: ſi profluvio laborat, continendum: ſi mixtum vitium habet, occurrendum ſubinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum, aliter vetuſtis: aliter increſcentibus, aliter ſubſiſtentibus, aliter iam ad ſanitatem inclinantibus. Horum obſervationem medicinam eſſe, quam ita finiunt, vt quaſi viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque, quæ in morbis communia ſunt, contemplatricem eſſe contendant. 9,13. Ac neque rationalibus ſe, neque experimenta tantum ſpectantibus annumerari volunt: cum ab illis eo nomine diſſentiant, quod in coniectura rerum latentium nolunt eſſe medicinam: ab his eo, quod parum artis eſſe in obſervatione experimentorum credunt. Quod ad Eraſiſtratum pertinet, primum, ipſa evidentia eius opinio-

l. 3. *quidam methodici.* l. 8. *ſiquidem.* l. 15. *conſuerunt. conſueverint.* l. 27. *contendunt.*

opinioni repugnat; quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit. Deinde non sequitur, ut, quod alium non afficit, aut eundem alias, id ne alteri quidem, aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quædam subesse corpori, vel ex infirmitate eius, vel ex aliquo affectu, quæ vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt, eaque per se non tanta, ut concitent morbnm; tamen obnoxium magis aliis in-
13, 11. iuriis corpus efficiant. Quod si contemplationem rerum naturæ *f* (quam temere Medici sibi vendicant) satis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod iunctum aliis maxime movet.
5, 3. Accedit ad hæc, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit, idque nimis repleto corpore incidere, reperit, cur ex duobus æque repletis, alter in morbum inciderit, alter omni periculo vacarit; quod quotidie fieri apparet. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam non per se, cum plenum corpus est, fieri; sed cum horum aliquid accesserit.

Themisonis vero æmuli, si perpetua, quæ † promittunt, habent, magis etiam quam ulli, rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quæ rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget: si modo, quod primum est, non me-

l. 9. *vi, ut concitant.* l. 11. *afficiunt. efficiunt.* l. 12. *non temere.* l. 16. *videatur.* l. 25. *aparet, non discreverit.* l. 31. *quam illi.*

f *De Vet. Med.* XXXVI. 18. † *Horat. Epist.* I. *lib.* 2. Quod medicorum est, promittunt medici.

memoriæ ſoli, ſed rationi quoque inſiſtit.
Sin, quod vero propius eſt, vix ulla † per- 119,25.
petua præcepta medicinalis ars recipit, idem
ſunt, quod ii, quos experimenta ſola ſuſti-
nent: eo magis, quoniam, ſi compreſſerit
aliquem morbus, an fuderit, quilibet et-
iam imperitiſſimus videt. Quid autem com-
preſſum corpus reſolvat, quid ſolutum te-
neat, ſi a ratione tractum eſt, Rationalis
eſt medicus: ſi, ut ei, qui ſe rationalem
negat, confiteri neceſſe eſt, ab experientia,
Empiricus eſt. Ita apud eum morbi cogni-
tio extra artem, medicina intra uſum eſt.
Neque adiectum quicquam Empiricorum pro-
feſſioni, ſed demtum eſt; quoniam illi mul-
ta circumſpiciunt, hi tantum facillima, &
non plus, quam vulgaria. Nam & hi, qui
pecoribus ac iumentis medentur, cum pro-
pria cuiuſque ex mutis animalibus noſſe
non poſſint, communibus tantummodo in-
ſiſtunt. Et exteræ gentes, cum ſubtilem
medicinæ rationem non noverint, com-
munia tantum vident. Et qui ample va-
letudinarios nutriunt, quia ſingulis ſum-
ma cura conſulere non ſuſtinent, ad com-
munia iſta confugiunt. Neque, hercules,
iſtud antiqui medici neſcierunt, ſed his
contenti non fuerunt. Ergo etiam vetuſtiſ-
ſimus auctor Hippocrates dixit *g*, mederi 19,20.
oportere, & communia, & propria intuen- 18,10.
tem. Ac ne iſti quidem ipſi intra ſuam 96,15.
profeſſionem conſiſtere ullo modo poſſunt.
Siquidem & compreſſorum & fluentium
morborum genera diverſa ſunt; faciliuſ-
que

l. 2. *Si vero quod.* l. 3. *iidem* L. l. 6. *aut fuderit.* l. 10. *Sin.* l. 12. *Empiricus. Et ita.* l. 13. *infra.* l. 17. *qui et.* l. 19. *multis.* l. 20. *poſſunt.* l. 27. *iſtud et.*

† *De Loc. in Homin. T. L. 2.* g *Epidem.* I. 5. & III. 2.

que id in his, quæ fluunt, inſpici poteſt.
Aliud eſt enim ſanguinem, aliud bilem, a-
liud cibum, vomere: aliud deiectionibus,
aliud torminibus laborare: aliud ſudore di-
geri, aliud tabe conſumi. Atque in partes
quoque humor erumpit, ut in oculos, au-
resque, quo periculo nullum humanum mem-
brum vacat. Nihil autem horum ſic, ut
aliud curatur. Ita protinus in his a com-
muni fluentis morbi contemplatione ad pro-
priam medicina deſcendit. Atque in hac
96, 16. quoque rurſus alia proprietatis notitia ſæ-
pe neceſſaria eſt; quia non eadem omni-
bus, etiam in ſimilibus caſibus, opitulan-
tur. Siquidem certæ quædam res ſunt,
112, quæ in pluribus ventrem aut adſtringunt,
17. aut reſolvunt. Inveniuntur tamen, in qui-
405, bus aliter, atque in cæteris, idem eveniat.
17. In his ergo communium inſpectio contra-
ria eſt, propriorum tantum ſalutaris. Et
cauſæ quoque æſtimatio ſæpe morbum ſol-
vit. Ergo etiam ingenioſiſſimus ſeculi no-
ſtri medicus, quem nuper vidimus, Caſ-
ſius, febricitanti cuidam & magna ſiti affe-
cto, cum poſt ebrietatem eum premi cœ-
piſſe cognoſceret, aquam frigidam ingeſ-
ſit. Qua ille epota, cum vini vim miſcen-
do fregiſſet, protinus febrem ſomno & ſu-
dore diſcuſſit. Quod auxilium medicus op-
portune providit, non ex eo, quod aut
adſtrictum corpus erat, aut fluebat; ſed ex
cauſa, quæ ante præceſſerat. Eſtque etiam
8, 21. proprium aliquid *h* & loci & temporis, iſtis
119. quoque auctoribus. Qui, cum diſputant,
32.
quem-

l. 1. *iis.* l. 6. *ut oculos.* l. 31. *ſtrictum.*
l. 31. *ex ea.*

h *Aphor.* I. 2. *Orat. Theſſ. filii.* 130.

quemadmodum ſanis hominibus agendum ſit, præcipiunt, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, æſtus, ſatietas, labor, libido; magisque ut conquieſcat iiſdem aut locis aut temporibus, ſi quis gravitatem corporis ſentit; ac neque vomitu ſtomachum, neque purgatione alvum ſollicitet. Quæ vera quidem ſunt; a communibus tamen ad quædam propria deſcendunt; niſi perſuadere nobis volunt, ſanis quidem conſiderandum eſſe, quod cœlum, quod tempus anni ſit: ægris vero non eſſe; quibus tanto magis omnis obſervatio neceſſaria eſt, quanto magis obnoxia offenſis infirmitas eſt. Quinetiam morborum in iiſdem hominibus aliæ atque aliæ proprietates ſunt: &, qui ſecundis aliquando fruſtra curatus eſt, contrariis *i* ſæpe reſtituitur. 405,16. Plurimaque in dando cibo diſcrimina repeŕiuntur: ex quibus contentus uno ero. Nam famem facilius fert *k* adoleſcens, quam 32, 25. puer: facilius in denſo cœlo, quam in tenui: facilius hieme, quam æſtate: facilius uno cibo, 33,7. quam prandio quoque aſſuetus: facilius inexercitatus, quam exercitatus homo ſuſtinet. Sæpe autem in eo magis neceſſaria cibi feſtinatio eſt, qui minus inediam tolerat. Ob quæ competit, eum, qui propria non novit, 17,30. communia tantum intueri debere: eumque qui noſſe propria poteſt, illa quidem non oportere negligere, ſed his quoque inſiſtere. Ideoque, cum par ſcientia ſit, utiliorem tamen medicum eſſe *l* amicum, quam extraneum. Igitur, ut ad propoſitum meum red-

l. 19. *blondo.* l. 23. *in hieme.* l. 25. om. *ſuſtinet* L. l. 27. *ob quæ coniicio* L.

i *Aphor.* II. 12. k *Aphor.* I. 13. l *Plaut. Perſ.* IV. 4. 46. *Hippocrat. Dionyſ.* 29. 30. 31.

eam, rationalem quidem puto medicinam eſſe debere: inſtrui vero ab evidentibus cauſis; obſcuris omnibus, non a cogitatione artificis, ſed ab ipſa arte reiectis. Incidere autem vivorum corpora, & crudele, & ſupervacuum eſt: mortuorum corpora, *m* di-
12, 11. ſcentibus neceſſarium. Nam poſitum & ordinem noſſe debent. Quæ cadavera melius, quam vivus & vulneratus homo, repræſentant. Sed & cætera, quæ modo in vivis cognoſci poſſunt, in ipſis curationibus vulneratorum paulo tardius, ſed aliquanto mitius uſus ipſe monſtrabit. His propoſitis, primum dicam, quemadmodum Sanos agere conveniat: tum ad ea tranſibo, quæ ad Morbos curationesque eorum pertinebunt.

CAPUT I.

Quemadmodum ſanos agere conveniat.

SANUS homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet; ac neque medico, neque iatralipta egere. Hunc oportet *a* varium habere vitæ genus: modo ruri eſſe, modo in urbe, ſæpiusque in agro: navigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere.
28, 12. Siquidem ignavia *b* corpus hebetat, labor firmat. Illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. Prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti: modo ungi, modo idipſum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus utatur: interdum in convivio eſſe, interdum

l. 6. *mortuorum vero d.* L. l. 13. *monſtravit.* alii *demonſtravit.* l. 16. om. *que.* l. 23. *Alrioya.* l. 26. *frequenter* L. l. 34. *in convictu eſſe* L.

m *Cicero A. Q.* II. 39. a *Cæl. Aur. de Morb Acut.* I. 14. b *De Diæta l.* I. *T.* I. 18. *l* II. *T.* XXXVII. 13. & 28. I. *Off. Med.* XII. 4. *Dion. Chryſ. Or.* I. *p.* 5. *ed. Caſ. Pallad. ad Hipp. l.* 6. *Epid. p.* 252.

dum ab eo ſe retrahere: modo plus iuſto, modo non amplius aſſumere: * bis die potius, quam ſemel cibum *c* capere: & † ſemper quam plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed ut huius generis exercitationes cibique neceſſarii ſunt; ſic athletici ſupervacui. Nam & intermiſſus propter aliquas civiles neceſſitates ordo exercitationis corpus affligit: & ea corpora, quæ more eorum repleta ſunt, celerrime & ſeneſcunt, & ægrotant. 33, 29.

De Concubitu.

Concubitus vero neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt. Rarus corpus excitat; frequens *d* ſoluit. Cum autem frequens non numero ſit, ſed natura, ratione ætatis & corporis, ſcire licet, eum non inutilem eſſe, quem corporis neque languor neque dolor ſequitur. Idem interdiu peior eſt, tutior noctu: ita tamen, ſi neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor ſtatim ſequitur. Hæc firmis ſervanda ſunt: cavendumque, ne in ſecunda valetudine adverſæ præſidia conſumantur.

CAP. II.

Quæ imbecillis ſervanda ſint.

AT imbecillis, quo in numero magna pars urbanorum, omneſque pene cupidi literarum *a* ſunt, obſervatio maior neceſſaria eſt: ut, quod vel corporis, vel loci, vel ſtudii ratio detrahit, cura reſtituat. 2, 29.

l. 12. om. *inſcriptio.* l. 28. *Quæ ſtomacho.* l. 30. *ſtomacho, quo.*

* *Vide Nonn. de Re Cibar. l.* 1. *c.* 4. c *De Vet. Med.* XVIII. † *Caſaub. in Athen.* II. 8. d *De Gen.* I. 5. II. *Præd.* VIII. 15. 16. a *Nazianz. Orat. Funeb. in Baſil. Magn.*

ſtituat. Ex his igitur, qui bene concoxit,
mane tuto ſurget: qui parum, quieſcere de-
bet; &, ſi mane ſurgendi neceſſitas fuerit,
25,21. redormire. Qui non concoxit, ex toto con-
24, 8. quieſcere, ac neque labori ſe, neque exerci-
14. tationi, neque negotio credere. Qui cru-
37,19. dum ſine præcordiorum dolore ructat, is
ex intervallo aquam frigidam bibere, & ſe
nihilominus continere Habitare vero ædi-
ficio lucido, perflatum æſtivum, hibernum
ſolem habente: cavere meridianum *b* ſo-
lem, matutinum & veſpertinum frigus;
itemque auras fluminum atque ſtagnorum;
minimeque, nubilo cœlo, ſoli aperienti ſe
committere, ne modo *c* frigus, modo calor
moveat: quæ res maxime gravedines de-
ſtillationeſque concitat. Magis vero gravi-
vibus locis iſta ſervanda ſunt, in quibus
etiam peſtilentiam faciunt. Scire autem
40,17. licet, integrum *d* corpus eſſe, cum quotidie
mane urina alba, dein rufa eſt. Illud con-
coquere, hoc concoxiſſe ſignificat. Ubi ex-
perrectus eſt aliquis, paulum intermittere:
deinde, niſi hiems eſt, fovere os multa
36,11. aqua frigida debet. Longis diebus meri-
diari potius ante cibum; ſin minus, poſt
eum. Per hiemem potiſſimum totis nocti-
bus conquieſcere. Sin lucubrandum eſt,
37,19. non poſt cibum id facere, ſed poſt conco-
ctionem. Quem interdiu vel domeſtica,
vel civilia officia tenuerunt, huic tempus
aliquod ſervandum curationi corporis ſui
eſt. Prima autem eius curatio, exercitatio
eſt, quæ ſemper antecedere cibum debet:
in

l. 10. *perflato æſtivum hybernumque.*

b *De Diæta.* III. X. 6. 7. 8. c *Aphor.* III. I. *Epidem.* VI. 4. 41. d *Plin.* XXVIII. 6.

in eo, qui minus laboravit, & bene con-
coxit, amplior: in eo, qui fatigatus eſt, &
minus concoxit, remiſſior. Commode vero
exercent, clara lectio, arma, pila, curſus, 38,26.
ambulatio. atque hæc non utique plana,
commodior eſt: ſiquidem melius aſcenſus
quoque & deſcenſus, cum quadam varie-
tate corpus moveat; niſi tamen id perquam
imbecillum eſt. Melior autem eſt ſub divo,
quam in porticu: melior, ſi caput patitur,
in ſole, quam in umbra: melior in umbra,
quam parietes aut viridaria efficiunt, quam
quæ tecto ſubeſt: melior recta, quam fle-
xuoſa. Exercitationis autem plerumque fi-
nis eſſe debet *e* ſudor, aut certe laſſitudo,
quæ citra fatigationem ſit: idque ipſum,
modo minus, modo magis faciendum eſt.
Ac ne his quidem, athletarum exemplo,
vel certa eſſe lex, vel immodicus eſſe labor
debet. Exercitationem recte ſequitur, mo-
do unctio, vel in ſole, vel ad ignem, mo-
do balneum, ſed in conclavi quam maxime
& alto & lucido & ſpacioſo. Ex his vero
neutrum ſemper fieri oportet; ſed ſæpius
alterutrum, pro corporis natura Poſt hæc
paulum conquieſcere opus eſt. Ubi ad ci-
bum ventum eſt, nunquam *f* utilis eſt ni- 24,33.
mia ſatietas: ſæpe inutilis nimia abſtinentia:
ſæpe, ſi qua intemperantia ſubeſt, tutior eſt
in potione, quam in eſca. Cibus a ſalſamen-
tis, oleribus, ſimilibusque rebus melius in-
cipit. Tum caro aſſumenda eſt, quæ aſſa
optima, aut elixa eſt *. Condita omnia dua-
bus de cauſis inutilia ſunt, quoniam & plus

l. 2. *remiſſior*. L. ib. *qui aſſuetus*. L. l. 3. *amplior*. L. l. 9. *dio*. l. 22. om. *in*. l. 24. *ſæpe*. l. 29. *durior*.

e *Epid*. VI. 3. 13. f *Aph*. II. 51. *Vet. Med*. XV. 10. 15. *Tert. carm. ad Sen. Leon. Imp. nov. Conſt*. I. *Ariſt. de Mor*. II. 2. * *Salmaſ. ad Simplicium p*. 21. 22.

propter dulcedinem aſſumitur, & quod mo-
do par eſt, tamen ægrius concoquitur. Se-
cunda menſa bono ſtomacho nihil nocet,
in imbecillo coaceſcit. Si quis itaque hoc
parum valet, palmulas, pomaque, & ſimi-
lia melius primo cibo aſſumit. Poſt multas
potiones, quæ aliquantum ſitim exceſſerunt,
22, 6. nihil edendum eſt: poſt ſatietatem, nihil
35, 31. agendum. Ubi expletus eſt aliquis, facilius
36, 15. concoquit, ſi, quicquid aſſumpſit, potione
38, 31. aquæ frigidæ includit, tum paulisper invi-
gilat, deinde bene dormit. Si quis inter-
diu ſe implevit, poſt cibum neque frigo-
ri, neque æſtui, neque labori ſe debet
committere. Neque enim tam facile hæc
inani corpore, quam repleto nocent. Si
quibus de cauſis futura g inedia eſt, labor
omnis vitandus eſt.

CAP. III.

Obſervationes quædam, prout res novæ accidunt, & corporum genera, & ſexus, & ætates, & tempora anni ſunt.

ATQUE hæc quidem pene perpetua
ſunt: quaſdam tamen obſervationes
deſiderant & novæ res, & corporum gene-
ra, & ſexus, & ætates, & tempora anni.
Nam neque ex ſalubri loco in gravem, ne-
que ex gravi in ſalubrem tranſitus ſatis
tutus eſt. Ex ſalubri in gravem, prima
hieme, ex gravi in eum, qui ſalubris eſt:
prima æſtate tranſire melius eſt. Neque
92, 20. vero ex multa fame nimia a ſatietas: ne-
23, 27. que ex nimia ſatietate fames idonea eſt.

Peri-

l. 2. *modo parum.* l. 10. *ſic.* l. 13. *implebit.* l. 20. *incidunt.* l. 23. *Utque.* In MSS. Almelov. hiatus vacans uſque ad p. 49. fuiſſe dicitur.

g *Aphor.* I. 16. a *Aphor.* II. 16.

Periclitaturque &, qui ſemel, &, qui bis die cibum incontinenter, contra conſuetudinem, aſſumit. Item, neque ex nimio labore ſubitum ocium, neque ex nimio ocio ſubitus labor, ſine gravi noxa eſt. Ergo, cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit *b* aſſueſcere. Omnem etiam *c* laborem facilius vel puer vel ſenex, quam inſuetus homo ſuſtinet. Atque ideo quoque nimis ocioſa vita utilis non eſt; quia poteſt incidere laboris neceſſitas. Si quando tamen inſuetus aliquis laboravit, aut multo plus, quam ſolet, etiam is qui aſſuevit, huic ieiuno dormiendum eſt: multo magis, ſi etiam os amarum eſt, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo ieiuno eſt, ſed etiam in poſterum diem permanendum, niſi cito id quies ſuſtulit. Quod ſi factum eſt, ſurgere oportet, & lente paululum ambulare. At ſi ſomni neceſſitas non fuit, quia modice magis 22,3. aliquis laboravit, tamen ingredi aliquantum eodem modo debet.

Communia deinde omnibus ſunt poſt fatigationem cibum ſumpturis, ubi paulum ambulaverunt, ſi balneum non eſt, calido loco, vel in ſole, vel ad ignem ungi, atque ſudare: ſi eſt, ante omnia in tepidario reſidere: deinde, ubi paulum conquieverunt, intrare, & deſcendere in † ſolium; tum multo oleo ungi, leniterque perfricari; iterum in ſolium deſcendere: poſt hæc, os aqua calida fovere, deinde frigida. Balneum his fervens idoneum non eſt. Ergo ſi

l. 9. *quoque minus.* l. 18. *diem ita.* l. 23. *aliquid eodem.*

b *Aphor.* II. 50. II. *De Diæt.* xlIV. 2. 3. c *Aph.* II. 49.
† *Alveum A. ad Heren. lib.* IV. 10.

nimium alicui fatigato pene febris est, huic abunde est, loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei sit adiectum: deinde totum quidem corpus, maxime tamen eas partes, quæ in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinum & paulum contriti salis sit adiectum. Post hæc, omnibus fatigatis aptum est, cibum sumere, eoque humido uti; aqua, vel certe diluta potione esse contentos; maximeque ea, quæ moveat urinam. Illud quoque nosse oportet, quod ex labo-
209,19. re sudanti frigida potio perniciosissima est: atque etiam, cum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades inutilem eam iudicavit. Quod in his verum est, quibus alvus facile, nec tuto, resolvitur, quique facile inhorrescunt: perpetuum in omnibus non est, cum potius naturale sit, potione æstuantem stomachum refrigerari, frigentem calefieri. Quod ita præcipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidum bibendum esse. Solet etiam prodesse, post varium cibum, frequentesque dilutas potiones, vomitus, & postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget, invicem modo aqua, modo vinum bibendum est, raroque balneo utendum. Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio: eumque, quem novum genus cuiusdam laboris pressit, id, quod in consuetudine est, reficit. Fatigato quotidianum cubile *d* tutissimum est: insolitum con-

l. 4. *adi. sit.* l. 13. *frigidæ.* l. 15. *a balineo.* l. 17. *iis.* l. 24. *frigidam bibendam.* l. 28. *assidua oscitatio.* L. l. 32. *eiusdem.*

d *Aphor.* II. 48.

contra, laſſat. Quod enim contra [e] conſuetudinem eſt, nocet, ſeu molle, ſeu durum eſt.

Proprie quædam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipſo quoque itinere frequens frictio: poſt iter, primum ſedile, deinde unctio; tum calida aqua in balneo magis inferiores partes, quam ſuperiores foveat. Si quis vero exuſtus in ſole eſt, huic in balneum protinus eundum eſt, perfundendumque oleo corpus & caput: deinde in ſolium bene calidum deſcendendum eſt, tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida. At ei, qui perfrixit, opus eſt in laconico primum involuto ſedere, donec inſudet; tum ungi; deinde lavari: cibum modicum, deinde potiones meracas aſſumere.

Is vero, qui navigavit, & nauſea preſſus eſt, ſi multam bilem evomuit, vel abſtinere cibo debet, vel paulum aliquid aſſumere. Si pituitam acidam effudit, utique ſumere cibum, ſed aſſueto leviorem: ſi ſine vomitu nauſea fuit, vel abſtinere, vel poſt cibum vomere. Qui vero toto die, vel in vehiculo, vel in ſpectaculis ſedit, huic nihil currendum, ſed lente ambulandum eſt. Lenta quoque in balneo mora, dein cœna exigua prodeſſe conſueverunt. Si quis in balneo æſtuat, reficit hunc ore exceptum, & in eo retentum acetum: ſi id non eſt, eodem modo frigida aqua aſſumpta. Ante omnia autem norit quiſque [f] naturam ſui corporis: quoniam alii graciles; alii obeſi ſunt; alii calidi

l. 8. *aut balneo magis ſuperiores quam inferiores.* l. 14. *frigida eſt.* L. l. 15. *At eum.* ib. *eſt in balneo.* l. 16. *involutum.* l. 19. om. *deinde.* l. 24. *nauſeavit.* l. 33. *autem ſcire convenit naturam corporis; quia.*

e *Aphor.* II. 50. f *Cicero de Orat.* II. 44.

calidi, alii frigidiores; alii humidi, alii ſicci; alios adſtricta, alios reſoluta alvus exercet. Raro quiſquam non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis vero homo implere ſe debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens ſiccare, ſiccus madefacere, itemque alvum firmare is, cui fuſa, ſolvere is, cui adſtricta eſt. Succurrendumque ſemper parti maxime laboranti eſt.

De cauſis quæ implent corpus.

20, 28. Implet autem corpus modica *g* exercitatio, frequentior quies, unctio, &, ſi poſt prandium eſt, balneum, contracta alvus, modicum frigus hieme, ſomnus & plenus & non nimis longus, molle cubile, animi ſecuritas, aſſumpta per cibos & potiones maxime dulcia & pinguia, cibus & frequentior, & quantus pleniſſimus poteſt concoqui.

De his quæ extenuant corpus.

40, 6. Extenuat corpus aqua calida, ſi quis in eam deſcendit, magiſque ſi ſalſa eſt: in ieiunio balneum, inurens ſol, & omnis calor, cura, vigilia, ſomnus nimium vel brevis vel longus: lectus, per æſtatem, terra; hieme, durum cubile: curſus, multa ambulatio, omniſque vehemens exercitatio, vomitus, deiectio, acidæ res & auſteræ, & ſemel die aſſumptæ epulæ, & vini non perfrigidi potio ieiuno in conſuetudinem adducta.

Cum vero inter extenuantia poſuerim vomitum & deiectionem, de his quoque pro-

l. 2. *ſicciores*. L. l. 11. om. *inſcriptio*. l. 13. om. *unctio*. l. 15. om. *et*. l. 16. *multum nimis*. L. l. 18 - 20. *frequentior cibus, & quantum pleniſſime poteſt digerere*. L. l. 24. *in ieiuno*. l. 30. *in die*. l. 31. *ieiuno potio*.

g *Caſſiodor. Variar.* 1. *Ep.* 39.

proprie quædam dicenda ſunt. Eiectum eſſe ab Aſclepiade vomitum *h* in eo volumine, quod de tuenda ſanitate compoſuit, video: neque reprehendo, ſi offenſus eorum eſt conſuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius proceſſit. Idem purgationes *i* quo- 85, 7. que eodem volumine expulit. Et ſunt hæ 118, 10. pernicioſæ, ſi nimis valentibus medicamentis fiunt. Sed hæc tamen ſubmovenda eſſe, non eſt perpetuum: quia corporum temporumque ratio poteſt ea facere neceſſaria, dum & modo, & non niſi cum opus eſt, adhibeantur. Ergo ille quoque ipſe, ſi quid 31,14. iam corruptum eſſet, expelli debere confeſſus eſt: Ita non ex toto res condemnanda eſt: Sed eſſe eius etiam plures cauſæ poſſunt: eſtque in ea quædam paulo ſubtilior obſervatio adhibenda.

De Vomitu. 87.

Vomitus utilior eſt *k* hieme, quam æſtate, nam tum & pituitæ plus, & capitis gravitas maior ſubeſt. † Inutilis eſt gracilibus, & imbecillum ſtomachum habentibus; utilis eſt plenis & bilioſis omnibus, ſi vel nimium ſe replerunt, vel parum concoxerunt. Nam, ſive plus eſt, quam quod concoqui poſſit, periclitari, ne corrumpatur, non oportet: ſive iam corruptum eſt, nihil commodius eſt, quam id, qua via *l* primum expelli poteſt, eiicere. * Itaque, ubi amari ructus cum dolore & gravitate præcordiorum ſunt, ad hunc protinus confugiendum eſt. Idem prodeſt ei, cui pectus *m* æſtuat, &

l. 1. *propria.* l. 1. *Reiectum.* l. 20. om. *inſcriptio.* l. 25. *utilis vero.* l. 29. *ſi vero corruptum.*

h *Plin. L.* xxvi. 3. i *Scribon. Larg. Epiſt. ad Calliſt.* k *De Salubr. Diæt.* vi. 2. 3. 4. † *Aph.* iv. 6. l *De loc. in Hom. L.* v. 11. 12. m *Soran. Epheſ. Iſagog. c.* 7. * *Aph.* iv. 17.

& frequens ſaliva, vel nauſea eſt; aut cui ſonant aures, aut madent oculi, aut [n] os amarum eſt. Similiterque ei, qui vel cœlum, vel locum mutat; hiſque, quibus, ſi per plures dies non vomuerunt, dolor præcordia infeſtat. Neque ignoro, inter hæc præcipi quietem, quæ non ſemper contingere poteſt agendi neceſſitatem habentibus: nec in omnibus idem facit. Itaque iſtud luxuriæ cauſa fieri non oportere confiteor: interdum valetudinis cauſa recte fieri, experimentis credo. Commoneo tamen, ne quis, qui valere & ſeneſcere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere poſt cibum volet, ſi ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet aſſumere; ſi difficilius, aquæ vel ſalis, vel mellis paulum adiicere. At, qui mane vomiturus eſt, ante bibere mulſum, vel hyſſopum eſſe, aut [o] radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut ſupra ſcriptum eſt, bibere. Cætera, quæ antiqui medici præceperunt, ſtomachum omnia infeſtant. Poſt vomitum, ſi ſtomachus infirmus eſt, paulum cibi, ſed huius idonei, guſtandum; & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi ſunt. Si autem vomitus fauces exaſperavit, qui vomuit, ſi mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare: ſi poſt cœnam, poſtero die lavari, & in balneo ſudare. Huic proximus cibus mediocris utilior eſt: iſque eſſe debet cum pane heſterno, vino auſtero meraco, & carne aſſa, cibiſque omnibus quam ſicciſſimis. Qui vomere bis in menſe vult, me-

lius

l. 1. om. *cui.* l. 4. *iisque.* l. 19. *iſopum aut eſſe.* l. 26. *ſunt, ſiquidem* L. l. 30. *Hinc pr.*

n *Aphor.* IV. 17. *Coac. Prænot.* 200. o *Soran. Epheſ.* I. *Iſag. c.* VII.

lius consulet, si biduo *p* continuarit, quam si post quintum decimum diem vomuerit, nisi hæc mora gravitatem pectori faciet.

De Deiectionibus.

Deiectio autem medicamento quoque petenda est, ubi venter suppressus parum reddit, ex eoque inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaque superioris partis mala increscunt. Quid enim inter hæc adiuvare possunt quies & inedia, per quæ illa maxime eveniunt? Qui deiicere volet, primum cibis vinisque utatur his, quæ hoc præstent. Dehinc, si parum illa proficient, aloen sumat. Sed purgationes quoque, ut 29, 4. interdum necessariæ sunt, sic, ubi frequentes sunt, periculum afferunt. Assuescit enim non ali corpus; & ob hoc infirmum erit; cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit.

De his quæ calefaciunt, & refrigerant corpus. p. 105.

Calefacit autem unctio, aqua *q* salsa, magisque si calida est; omnia salsa, amara, carnosa, si post cibum est, balneum, vinum austerum *r*. Refrigerat in ieiunio balneum, & somnus, nisi nimis longus est; & omnia acida; aqua quam frigidissima; oleum, si aqua misceatur.

De his quæ humidum reddunt, & siccant corpus.

Humidum autem corpus efficit labor minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior, multa potio; posthæc ambulatio, & vigilia. Per se quoque ambulatio multa & vehemens, & matutina exerci-

tatio

l. 4. om. *inscriptio ut et seqq.* l. 5. *a medicamento.* l. 7. *inflationes.* L. l. 10. *quæ per illa.* l. 11. *eiicere.* l. 12. *utetur.* ib. *præstant.* l. 13. *proficiunt.* l. 22. *calefaciunt.* L. l. 23. *salsa, vinum.* L. l. 24. *Contra refrigerant in ieiunio amara, carnosa, si post cibum est balneum.* l. 28. *miscetur; & lotus* L. l. 30. *Humidant* L. ib. om. *efficit.* L. l. 32. *post hanc.* l. 34. *matutinæ* L.

p *De Salubri Diæt. T.* vii. 13. q *II. De Diæt.* xxxv. 4.

r *De Diæta* xxxv. 7. † *Siccare, ait Galenus M. Med. c.* 7.

tatio, et non protinus cibus adiectus; ea genera eſcæ, quæ veniunt ex locis frigidis, & pluviis, & irriguis. Contra ſiccat immodica exercitatio, fames, unctio ſine aqua, calor, ſol immodicus, frigida aqua cibus exercitationi ſtatim ſubiectus, & is ipſe ex ſiccis & æſtuoſis locis veniens.

De his quæ alvum adſtringunt & ſolvunt.

106. Alvum adſtringit labor, ſedile, creta
107. figularis corpori illita, cibus imminutus, & is ipſe ſemel die aſſumptus ab eo, qui bis ſolet: exigua potio, neque adhibita, niſi cum cibi quis quantum aſſumpturus eſt, cepit: poſt cibum quies. Contra ſolvit aucta ambulatio atque eſca, motus qui poſt cibum eſt, ſubinde potiones cibo immixtæ. Illud quoque ſcire oportet, quod ven-
69, 28. trem vomitus ſolutum comprimit, compreſſum ſolvit. Itemque comprimit is vomitus, qui ſtatim poſt cibum eſt: ſolvit is, qui tarde ſupervenit.

De ætatum varietate.

19. 21. Quod ad ætates vero pertinet, inediam facillime ſuſtinent s mediæ ætates, minus iuvenes, minime pueri & ſenectute confecti. Quo minus fert facile quiſque, eo ſæpius debet cibum aſſumere; maximeque eo eget, t qui increſcit. Calida lavatio, & pueris & ſenibus apta eſt. Vinum dilutius pueris, ſenibus meracius, neutri ætati, quæ inflationes movent. Iuvenum minus, quæ aſſumant, & quomodo curentur, intereſt. Quibus iuvenibus fluxit alvus *u*, plerumque in

l. 1. *exercitationi* L. ib. om. *et*. l. 3. *riguis*. ib. *ſiccant*. L. l. 4. *modica*. l. 5. *ſal immodicus*. al. *ſal modicus*. l. 9. 23. om. *inſcriptiones*. *figuralis*. l. 16. *eſca*; *poſt motas*.

s *Aphor*. 1, 13, 14. t *Aphor*. 1, 14. *Caſſii Medic. Probl.* 46. u *Aphor*. 11. 20. 53.

in ſenectute contrahitur. Quibus in adoleſcentia fuit adſtricta, ſæpe in ſenectute ſolvitur. W Melior eſt autem in iuvene fuſior, in ſene adſtrictior.

De varietate temporum.

Tempus quoque anni conſiderare opor- 19,23. tet. Hieme plus eſſe x convenit; minus, ſed meracius bibere; multo pane uti, carne potius elixa, modice oleribus; ſemel die cibum capere, niſi ſi nimis venter adſtrictus eſt. Si prandet aliquis, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum eſt, vel calorem moventibus. Venus tum non æque perniciosa eſt. At vere *y* paulum cibo demendum, adiiciendumque potioni, ſed dilutius tamen bibendum eſt: magis carne utendum, magis oleribus, tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis. Venus eo tempore anni tutiſſima eſt.

De diæta ciborum potionumque.

Æſtate vero & z potione & cibo corpus ſæpius eget; ideo prandere quoque commodum eſt. Eo tempore aptiſſima ſunt & caro & olus: potio quam dilutiſſima, ut & ſitim tollat, nec corpus incendat: frigida lavatio, caro aſſa, frigidi cibi, vel qui refrigerent. Ut ſæpius autem cibo utendum, 21,2. ſic exiguo eſt.

Autumnalis diæta.

Per autumnum propter *a* cœli varietatem, periculum maximum eſt. Ita 42,21. que neque ſine veſte, neque ſine calcia-

mentis

l. 4. *Senectute.* l. om. inſcriptio & hæc & ſeqq. l. 20. *ab elixis ad aſſa.* L. l. 23. *ſæpius corpus.* l. 27. *ſitem.* l. 32. *P. a vero p.* l. 34. *calceamentis.*

W *Aph.* II. 53. x *De Sal. diæt.* I. 2. *De diæt.* III. III. *N.* II. 12. 13. *Aph.* I. 15. *Orib. Sard. de Vict. rat. Ægin.* I. 53. y *De Sal. diæt.* I. 8. z *De Diæt. ſal.* I. 17. a *Aph.* III. 4.

mentis prodire oportet, præcipueque diebus frigidioribus, neque ſnb dio nocte dormire, aut certe bene operiri. Cibo vero iam paulo *b* pleniore uti licet; minus, ſed meracius bibere. Poma *c* nocere quidam putant, quæ immodice toto die plerumque ſic aſſumuntur, ut ne quid ex denſiore cibo remittatur. Ita non hæc, ſed *d* conſummatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minus, quam in his noxæ eſt. Sed his uti non ſæpius, quam alio cibo convenit. Denique aliquid denſiori cibo, cum hic accedit, neceſſarium eſt demi. Neque *e* æſtate vero, neque autumno utilis venus eſt. Tolerabilior tamen per autumnum: æſtate in totum, ſi fieri poteſt, abſtinendum.

CAP. IV.

De his, qui aliqua parte corporis laborant, & primum de his, quibus Caput infirmum eſt.

PROXIMUM eſt, ut de his dicam qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum eſt, is ſi bene concoxerit, leniter perfricare id mane manibus ſuis debet; nunquam id, ſi fieri poteſt, veſte velare, aut ad cutem tondere: utileque lunam *a* vitare, maximeque ante ipſum lunæ ſoliſque concurſum: ſed nuſquam poſt cibum progredi. Si cui capilli ſunt, eos quotidie pectere: multum ambulare; ſed, ſi licet, neque ſub tecto, neque in ſole: ubique autem vitare ſolis ardorem, maximeque poſt cibum & vinum: potius ungi, quam lavari; nunquam ad flammam ungi, interdum ad prunam. Si in balneum venit,

l. 2. *divo noctu* L. l. 7. om. *ut.* l. 10. *noxa* L. l. 16. *abſtinendum eſt.* l. 17. 19. om. *qui -- his.* l. 20. *iis.* l. 23. *concoxit* L. l. 24. om. *ſuis.* l. 25. *tonderi.* l. 31. *utique* L.

b *De Salubr. Diæt.* I. 25. c *Æginet.* I. 53. *de Affect. L.* I. 3. d *Aphor.* II. 51. *Actuar. M. M.* III. 9. e *Aëtius Tetrab.* I. *Serm.* III. *c.* 8. a *Macrob. Saturn.* VII. 16.

venit, ſub veſte primum paulum in tepi-
dario inſudare, ibi ungi, tum tranſire in
calidarium, ubi ſudabit; in ſolium non de-
ſcendere, ſed multa calida aqua per caput
ſe totum perfundere; tum tepida, dein fri-
gida; diutiusque ea caput, quam cæteras
partes perfundere; deinde id aliquandiu
perfricare; noviſſime detergere & ungere.
Capiti nihil æque prodeſt atque aqua frigi- 36,5.
da. Itaque is, cui hoc infirmum eſt, per 39,30.
æſtatem id bene largo canali quotidie de-
bet aliquandiu ſubiicere. Semper autem,
etiamſi ſine balneo unctus eſt, neque to-
tum corpus refrigerare ſuſtinet, caput ta-
men aqua frigida perfundere. Sed cum cæ-
teras partes attingi nolit, demittere id, ne
ad cervices aqua deſcendat; eamque, ne
quid oculis, aliisve partibus noceat, de-
fluentem ſubinde manibus ad hoc regere-
re. Huic modicus cibus neceſſarius eſt,
quem facile concoquat: isque, ſi ieiuno ca-
put læditur, aſſumendus etiam medio die
eſt: ſi non læditur, ſemel potius. Bibe-
re huic aſſidue vinum dilutum lene, quam
aquam magis expedit; ut, cum caput gra-
vius eſſe cœperit, ſit, quo confugiat: eique
ex toto neque vinum, neque aqua ſemper
utilia ſunt: medicamentum utrumque eſt,
cum invicem aſſumitur. Scribere, legere,
voce contendere, huic opus non eſt, utique
poſt cœnam: poſt quam nec cogitatio qui- 24,8.
dem ei ſatis tuta eſt; maxime tamen vo-
mitus alienus eſt.

l. 3. *ſudarit, ſudavit, inſudavit.* l. 14. *refrige-
rari.* l. 19. *ad os.* ib. *regere.* l. *leve.* l. 21. *ie-
iunio.*

CAP. V.

De his, qui lippitudine, gravedine, destillatione, tonsillisque laborant.

35, 9. NEQUE vero his solis, quos capitis
imbecillitas torquet, usus aquæ fri-
gidæ prodest; sed iis etiam, quos assiduæ
lippitudines, gravedines, destillationes,
tonsillæque male habent. His autem non
caput tantum quotidie perfundendum, sed
22,24. os quoque multa frigida aqua fovendum
est; præcipueque omnibus, quibus hoc uti-
le auxilium est, eo utendum est, ubi gra-
vius cœlum Austri reddiderunt. Cumque
24, 8. omnibus inutilis sit post cibum aut conten-
35,32. tio, aut cogitatio animi; tum his præci-
pue, qui vel capitis, vel arteriæ dolores
habere consueverunt, vel quoslibet alios oris
affectus. Vitari etiam gravedines, destil-
lationesque possunt, si quam minime is,
qui his opportunus est, aërem vel loca
aquasque mutat; si caput in sole protegit,
ne incendatur, neve subitum ex repentino
nubilo frigus id moveat: si post concoctio-
nem ieiunus caput radit: si post cibum neque
legit, neque scribit.

CAP. VI.

Ad solutam Alvum remedia.

QUEM vero frequenter cita alvus exercet, huic opus est pila similibusque superiores partes exercere; dum ieiunus est, ambulare; vitare solis nimium ardorem, continua balnea; ungi

l. 2. *iis.* l. 5. *iis.* l. 7. *his.* ib. *assidue.* l. 10. *est, sed.* l. 16. *fatigatio animi.* L. al. *agitatio.* ib. *tum iis.* l. 17. *consuerunt.* l. 21. *eum* pro *is.* l. 22. *mutet.* l. 24. *dimoveat* L.

ungi citra ſudorem; non uti cibis variis,
minimeque iurulentis aut leguminibus, ole-
ribuſve his, quæ celeriter deſcendunt;
omnia denique ſumere, quæ tarde conco-
quuntur. Venatio, durique piſces, & ex
domeſticis animalibus aſſa caro maxime iu- 108, 1.
vant. Nunquam vinum ſalſum bibere ex-
pedit, ne tenue quidem, aut dulce; ſed
auſterum, & plenius, † neque id ipſum per-
vetus. Si mulſo uti volet, id ex decocto
melle faciendum eſt. Si frigidæ potiones
ventrem eius non turbant, his utendum
potiſſimum eſt. Si quid offenſæ in cœna
ſenſit, vomere debet; idque poſtero quo-
que die facere: tertio, modici ponderis pa-
nem ex vino eſſe, adiecta uva aut olea,
vel ex defruto, ſimilibuſque aliis: deinde
ad conſuetudinem redire. Semper autem poſt 22, 8.
cibum conquieſcere, ac neque intendere 22, 28
animum, neque ambulatione quamvis leni
dimoveri.

CAP. VII.

Remedia ad Coli dolorem.

AT SI laxius inteſtinum dolere conſuevit, quod *κόλον* nominant, cum id nihil niſi genus inflationis ſit, id agendum eſt, ut concoquat aliquis; ut lectione, & aliis generibus exerceatur; utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis; denique omnimodo frigus evitet, item dulcia omnia, leguminaque, & quicquid inflare conſuevit.

l. 2. *virulentis.* l. 3. *iis.* l. 4. *fugere quæ.* l. 16. *eſſe, aut ova fricta ex oleo, vel.* l. 20. *levi.* l. 24. *cœli.* l. 25. *Et ſi.* l. 26. *colum.* *κῶλον.*

† *Plin.* L. XIV. C. VIII.

CAP. VIII.

Quæ agenda ſint Stomacho laborantibus.

SI QUIS vero ſtomacho laborat, legere clare debet; poſt lectionem ambulare; tum pila, vel armis, aliove quo genere, quo ſuperior pars movetur, exerceri. Non aquam, ſed vinum calidum bibere ieiunus. Cibum bis die aſſumere; ſic tamen, ut facile concoquat. Uti vino tenui & auſtero; & poſt cibum, frigidis potionibus potius. Stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, præcordiorum dolor, nauſea, & nolentium vomitus, in ieiuno dolor capitis. Quæ in quo non ſunt, is firmi ſtomachi eſt. Neque credendum utique noſtris eſt, qui, cum in adverſa valetudine vinum aut frigidam aquam concupierunt, delitiarum patrocinium in accuſationem non merentis ſtomachi habent. At, qui tarde concoquunt, & quorum ideo præcordia inflantur, quive propter ardorem aliquem noctu † ſitire conſueverunt, ante quam conquieſcant, duos treſve cyathos per tenuem fiſtulam bibant. Prodeſt etiam adverſus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare, tum vel ungi vel lavari; aſſidue vinum frigidum bibere; & poſt cibum, magnam potionem, ſed, ut ſupra dixi, per ſiphonem: deinde omnes
24, 11. potiones aqua frigida includere. Cui vero cibus aceſcit, is ante eum bibere aquam egelidam debet, & vomere. At is, cui ex hoc frequens deiectio incidit, quotiens alvus

l. 9. *Tum cibum.* l. 15. *quem quo non.* l. 23. *conſverunt.* l. 33. *At ſi. L.*

† *Aphor.* v. 27.

alvus ei conſtiterit, frigida potione potiſſimum utatur.

CAP. IX.

Quid obſervandum ſit dolore Nervorum laborantibus.

SI CUI vero dolere nervi ſolent, quod in podagra chiragrave eſſe conſuevit, huic, quantum fieri poteſt, exercendum id eſt, quod affectum eſt, obiiciendumque labori & frigori; niſi cum dolor increvit; ſub quo quies optima eſt. Venus ſemper inimica eſt. Concoctio, ſicut in omnibus corporis affectibus, neceſſaria eſt. Cruditas enim id maxime lædit, & quotiens offenſum corpus eſt, vitioſa pars maxime ſentit. Ut concoctio autem omnibus vitiis occurrit, ſic rurſus aliis frigus, aliis calor. Quæ ſequi quiſque pro * habitu corporis ſui debet. Frigus inimicum eſt ſeni, tenui, vulneri, *a* præcordiis, inteſtinis, ve- 46, 14. ſicæ, auribus, coxis, ſcapulis, naturalibus, *b* oſſibus, dentibus, nervis, vulvæ, cere- 75, 34. bro. Idem ſummam cutem facit pallidam, aridam, *c* duram, nigram. Ex hoc horrores tremoreſque naſcuntur. At prodeſt *d* iuvenibus, & omnibus plenis. Erectiorque mens eſt, & melius concoquitur, ubi frigus quidem eſt, ſed cavetur. Aqua vero frigida infuſa, præterquam capiti, etiam ſtomacho 35, 9. prodeſt. * Item articulis doloribuſque, qui ſunt ſine ulceribus. † Item rubicundis nimis hominibus, ſi dolore vacant. Calor autem adiuvat omnia, quæ frigus infeſtat: item lip-

l. 12. om. *increvit.* ib. *Sub divo. ſub dio.* l. 13. *ſicuti.* l. 14. om. *eſt* L. l. 27. *Rectiorque.* l. 31. *articulis, doloribus, qui.* it. *articulorum doloribus, qui.*

* *Aph.* III. 2. a *Aph.* V. 24. b *Aph.* V. 18. c *Aph.* V. 20. d *Aph.* V. 21. * *Aph.* V. 25. † *Aph.* V. 23.

lippientes, ſi nec dolor, nec lachrymæ
ſunt: nervos * quoque, qui contrahuntur;
præcipueque ea ulcera, quæ ex frigore ſunt.
Idem corporis colorem bonum facit: uri-
nam movet. Si nimius eſt, corpus *e* effœ-
28, 22. minat, nervos ‡ emollit, ſtomachum ſol-
vit. Minime vero aut frigus aut calor tu-
ta ſunt, ubi † ſubita inſuetis ſunt. Nam
frigus, lateris dolores, aliaque vitia; fri-
gida aqua, ſtrumas excitat. Calor conco-
ctionem prohibet, ſomnum aufert, ſudore
digerit, obnoxium morbis peſtilentibus cor-
pus efficit.

CAP. X.

Obſervatio in Peſtilentia.

EST etiam obſervatio neceſſaria, qua
quis in peſtilentia utatur adhuc inte-
ger, cum tamen ſecurus eſſe non poſſit. Tum
igitur oportet peregrinari, navigare. Ubi
id non licet, geſtari, ambulare ſub dio,
ante æſtum, leniter; eodemque modo un-
gi: &, ut ſupra comprehenſum eſt, vitare
22, 4. fatigationem, cruditatem, frigus, calorem,
libidinem; multoque magis ſe continere,
ſi qua gravitas in corpore eſt; tum neque
mane ſurgendum, neque pedibus nudis
ambulandum eſt, minimeque poſt cibum,
aut balneum: neque ieiuno, neque cœna-
to vomendum eſt: neque movenda alvus;
atque etiam, ſi per ſe mota eſt, compri-
menda eſt. Abſtinendum potius, ſi ple-
nius corpus eſt. Itemque vitandum bal-
neum, ſudor, meridianus ſomnus, utique
ſi ci-

l. 21. *ſub divo.*

* *Aphor.* v. 22. e *Aphor.* v. 16. † *Aphor.* v. 22.
‡ *Aphor.* III. 1.

ſi cibus quoque anteceſſit; qui tamen ſemel die tunc commodius aſſumitur; inſuper etiam modicus, ne cruditatem moveat. Alternis diebus invicem, modo aqua, modo vinum bibendum eſt. Quibus ſervatis, ex reliqua victus conſuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero hæc in omni peſtilentia facienda ſint, tum in ea maxime, quam Auſtri excitarint. Atque etiam peregrinantibus eadem neceſſaria ſunt, ubi gravi tempore anni diſceſſerunt ex ſuis ſedibus, vel ubi in graves regiones venerunt. Ac ſi cætera res aliquà prohibebit, utique abſtinere debebit: atque ita ab vino ad aquam, ab hac ad vinum, eo, qui ſupra poſitus eſt, modo, tranſitus ei eſſe.



LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIO.

INSTANTIS autem adverſæ valetudinis ſigna complura ſunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti, maximeque Hippocratis; cum recentiores quoque medici, quamvis quædam in curationibus mutarint, tamen hæc illum optime præſagiſſe fateantur. Sed antequam dico, quibus præcedentibus morborum timor ſubſit; non alienum videtur exponere, quæ tempora anni, quæ tempeſtatum genera, quæ partes ætatis, qua-

l. 15. *a.* l. 23. om. *adverſæ*. L. l. 28. om. *quædam*. L.

lia corpora maxime tuta vel periculis opportuna ſint, quod genus adverſæ valetudinis in quoque timeri maxime poſſit. Non ‡ quod non omni tempore, in omni tempeſtatum genere, omnis ætatis, omnis habitus homines per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur; ſed quod frequentius tamen quædam eveniant. Ideoque utile eſt ſcire unumquemque, quid, & quando maxime caveat.

CAP. I.

Quæ anni tempora, quæ tempeſtatum genera, quæ partes ætatis, qualia corpora vel tuta vel morbis opportuna ſint, & quod valetudinis genus in quoque timeri poſſit.

IGITUR ſaluberrimum † ver eſt: proxima deinde ab hoc, hiems: perículoſior æſtas: autumnus * longe periculoſiſſimus. Ex tempeſtatibus vero optimæ ‡ æquales ſunt, ſive frigidæ, ſive calidæ: peſſimæ, 33,31. quæ variant maxime. Quo fit, ut *a* autumnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis temporibus calor: nocturnis atque matutinis, ſimulque etiam veſpertinis, frigus eſt. Corpus ergo, & æſtate, & ſubinde meridianis caloribus relaxatum, ſubito frigore excipitur. Sed ut eo tempore id maxime fit, ſic quandocunque evenit, noxium eſt. Ubi æqualitas autem eſt, tamen ſaluberrimi ſunt *b* ſereni dies: meliores pluvii, quam tantum nebuloſi aut nubili: optimique hieme, qui omni vento vacant: æſtate, quibus Favonii perflant. Si genus aliud ventorum eſt, ſalubriores

l. 4. *quod.* ib. om. *omni tempore in.* L. l. 5. *omnes.* ib. *hominum.* l. 8. om. *que.* L. l. 18. *proxime.* L. l. 22. *maxime variant.* l. 30. om. *tamen.* l. 32. *nebuloſi nubilive.*

‡ *Aph.* III. 10. † *Aph.* III. 9. * *Aph.* III. 9. ‡ *Aph.* III. 8. a *Aphor.* III. 9. b *Aphor.* III. 15.

briores Septentrionales, quam Subſolani, vel * Auſtri ſunt. Sic tamen, ut hæc interdum regionum ſorte mutentur. Nam fere ventus ubique a mediterraneis regionibus veniens, ſalubris; a mari, gravis eſt. Neque ſolum in bono tempeſtatum habitu certior valetudo eſt; ſed priores morbi quoque, ſi qui inciderunt, leviores ſunt, & promptius finiuntur. Peſſimum ægro eſt cælum, quod ægrum fecit, adeo ut in id quoque genus, quod natura peius eſt, in hoc ſtatu ſalubris † mutatio ſit. Aetas media tutiſſima eſt: quæ neque iuventæ calore, neque ſenectutis frigore infeſtatur. Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis 47, 8.
patet. Corpus autem habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Nam longa *c* ſtatura, ut in iuventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. Gracile corpus infirmum: obeſum hebes eſt. Vere tamen maxime, quæcunque *d* humoris motu novantur, in metu eſſe conſuerunt. Ergo tum lippitudines, puſtulæ, profuſio ‡ ſanguinis, abſceſſus corporis, quæ ἀποςήματα Græci nominant, bilis atra, quam μελαγχολίαν appellant, inſania, morbus comitialis, angina, gravedines, deſtillationes oriri ſolent. Hi quoque morbi, qui in articulis nervisque 283, 4.
modo urgent, modo quieſcunt, tum maxime & inchoantur & repetunt. At æſtas *e* non quidem vacat pleriſque * ab his morbis; ſed adiicit febres, vel continuas, vel ardentes, vel tertianas, vomitus, alvi deiectiones, auricularum dolores, ulcera oris, cancros, & in cæteris

l. 2. hæc, *ut.* L. it. *ut in hæc.* l. 7. *ſed peiores.* L. l. 12. *At ætas.* l. 13. *quia neque.* l. 28. *Ii.* l. 31. om. *ab.* l. 32. om. *vel continuas.* l. 34. *cum in.*

* *Galen. de Theriac. l.* I. *c.* II. *p.* 945. *T.* 13. † *Aph.* III. 3. c *Dicæarch. Geogr. c.* x. *p.* 56. *Aph.* II. 54. ‡ *Soran. Epheſ. Iſag. c.* 5. d *Aph.* III. 20. e *Aph.* III. 21. * *Soran. Epheſ. Iſag. c.* 5.

cæteris quidem partibus, ſed maxime obſcœnis; & quicquid ſudore hominem reſolvit. Vix quicquam ex *f* his in autumnum non incidit: ſed oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, aqua inter cutem,
167. tabes, quam Græci φθίσιν nominant; urinæ difficultas, quam στραγγουρίαν appellant; tenuioris inteſtini morbus, quem εἰλεὸν nominant. Fit item lævitas inteſtinorum, quæ λειεντερία vocatur; coxæ dolores, morbi comitiales. Idemque tempus & diutinis malis fatigatos, & ab æſtate tantum proxima preſſos interimit; & alios novis morbis conficit; & quoſdam longiſſimis implicat, maximeque quartanis, quæ per hiemem quoque exerceant. Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet, cuiuſcumque ea generis eſt; quamvis variis rationibus nocet. Hiems autem *g* capitis dolores, tuſſim, & quicquid in faucibus, in * lateribus, in viſceribus mali contrahitur, irritat.

Ex tempeſtatibus, † Aquilo tuſſim movet, fauces exaſperat, ventrem *h* adſtringit, urinam ſupprimit, horrores excitat, item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen ‡ corpus ſpiſſat, & mobilius atque expeditius reddit. Auſter *i* aures hebetat, ſenſus tardat, capitis dolores movet, alvum ſolvit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum. Cæteri venti, quo vel huic vel illi propiores ſunt, eo magis vicinos his illiſve affectus faciunt. Denique omnis calor & iecur & lienem inflammat, mentem hebetat, &, ut *k* anima deficiat, ut ſanguis prorumpat,

l. 1. *tum maxime.* l. 7. *στραγγουρίαν quam.* l. 9. *lenitas.* l. 12. *æſtate etiam proxima.* l. 13. *aliis.* l. 25. & 28. *dolorem.* l. 30. *quo vel.* l. 31. *ſint.* l. 32. om. *denique.* ib. *calor omnis.* l. 33. *inflat.* l. 30. om. *&.*

f *Aph.* III. 22. g *Aphor.* III. 23. † *Cæl. Aurel. Acut. Morb.* II. * *Aph.* III. 5. h *Aph.* III. 17. 13. ‡ *Aph.* III. 17. i *Aphor.* III. 17. k *Aph.* V. 16.

rumpat, efficit. Frigus modo *l* nervorum distentionem, modo rigorem infert; illud σπασμὸς, hoc τέτανος Græce nominatur: nigritiem in ulceribus, & horrorem in febribus excitat. In siccitatibus, * acutæ febres, lippitudines, † tormina, urinæ difficultas, articulorum dolores oriuntur. Per imbres, *m* longæ febres, alvi deiectiones, angina, cancri, morbi comitiales; resolutio nervorum, quam παράλυσιν Græci nominant. 178. Neque solum interest, quales dies sint, sed etiam quales ante præcesserint. Si hiems sicca Septentrionales ventos habuit, ver autem Austros & pluvias exhibet, fere subeunt *n* lippitudines, tormina, febres, maximeque in mollioribus corporibus, ideoque præcipue in muliebribus. Si vero, Austri *o* pluviæque hiemem occuparunt, ver autem frigidum & siccum est, gravidæ quidem fœminæ, quibus dum adest partus, abortu periclitantur: hæ vero quæ gignunt, imbecillos, vixque vitales edunt. Cæteros lippitudo arida, &, si seniores sunt, gravedines atque destillationes male habent. At si a prima hieme Austri ad ultimum ver continuarunt, laterum dolores, & insania febricitantium, quam φρενῖτιν appellant, 148. quam celerrime rapiunt. Ubi vero calor a primo vere orsus, æstatem quoque similem *p* exhibet, necesse est multum sudorem in febribus subsequi. At si sicca æstas *q* Aquilones habuit, autumno vero imbres Austrique sunt, tota hieme, quæ proxima est, tussis, destillatio, raucitas, in quibusdam etiam tabes

l. 3. *id est spasmus, hoc* τέτανος. i. e. *tasmus græce nominatur.* al. *illud spasmus hoc tasmus græce nominatur.* al *illud* σπασμος, i. e. *convulsio: hoc autem* τέτανος *græca voce nominatur.* l. 4. *nigrorem i. u. & humorem in f.* l. 16. om. *ideoque.* l. 17. *mulieribus.* l. 18. *autem & frigidum.* l. 20 *tum.* L. l. 26. *continuarint.* l. 27. *phrenesin.* al. Φρένησιν. l. 28. *ubi primo calor.*

l *Aph.* v. 17. * *Aph.* III. 7. † III. 16. m *Aph.* III. 16. n *Aph.* III. 11. o *Aph.* III. 12. p *Aph.* III. 6. q *Aph.* III. 13.

tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoque æque ſiccus *r* iiſdem Aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quæ muliebria eſſe propoſui, ſecunda valetudo contingit: durioribus vero inſtare poſſunt & aridæ lippitudines, & febres partim acutæ, partim longæ, & hi morbi, qui ex atra bile naſcuntur.

ſ Quod ad ætates vero pertinet, pueri proximique his vere optime valent, & æſtate prima tutiſſimi ſunt: ſenes æſtate & autumni prima parte: iuvenes hieme, quique inter iuventam ſenectutemque ſunt. Inimicior ſe-
39,21. nibus hiems, æſtas adoleſcentibus eſt. Tum ſi qua imbecillitas oritur, proximum eſt, ut infantes, teneroſque adhuc pueros ſerpentia
386,10. *t* ulcera oris, quæ ἄφθας Græci nominant, vomitus, nocturnæ vigiliæ, aurium humor, circa umbilicum inflammationes exerceant; proprie etiam *u* dentientium gingivarum exulcerationes, diſtentiones nervorum, febriculæ, alvi deiectiones, maximeque caninis dentibus orientibus, male habent. Quæ pericula pleniſſimi cuiuſque ſunt, & cui maxime venter adſtrictus eſt. At ubi ætas paulum proceſſit, W glaudulæ, & vertebrarum, quæ in ſpina ſunt, aliquæ inclinationes, ſtrumæ, verrucarum quædam ge-
334,11. nera dolentia, ἀκροχορδόνας Græci appellant, & plura alia tubercula oriuntur. Incipiente vero iam pube, *x* ex iiſdem multa, & longæ febres, & ſanguinis ex naribus curſus. Maximeque omnis pueritia, *y* primum circa quadrageſimum diem, deinde ſeptimo

l. 1. *oritur.* l. 2. *hiſdem.* l. om. *&.* l. 7. *ii.* l. 10. *proxime.* l. 22. *febricula interdum alii.* l. 27. *aliquo.* l. 31. *hiſdem.* l. 31. *multæ.* l. 32. om. *et.*

r *Aph.* III. 4. ſ *Aph.* III. 18. t *Aph.* III. 24. u *Aph.* III. 25. W *Aph.* III. 26. x *Aph.* III. 27. y *Aphor.* III. 28.

ſeptimo menſe, tum ſeptimo anno, poſtea
circa pubertatem periclitatur. Si qua etiam
genera morborum in infantem inciderunt,
ac neque pubertate, neque primis coitibus,
neque in fœmina primis menſtruis finita *172,17.
ſunt, fere longa ſunt: ſæpius tamen his
morbi pueriles, qui diutius manſerunt,
terminantur. Adoleſcentia z morbis acutis, 43,15.
item comitialibus, tabique maxime obie-
cta eſt: fereque iuvenes ſunt, qui ſangui-
nem exſpuunt. Poſt hanc ætatem *a* laterum
& pulmonis dolores, lethargus, cholera,
inſania, ſanguinis per quædam etiam velut
ora venarum, αἱμοῤῥοΐδας Græci appellant, 62,12.
profuſio. In ſenectute, *b* ſpiritus & urinæ 401.
difficultas, gravedo, articulorum & renum 494.
dolores, nervorum † reſolutiones, malus
corporis habitus, καχεξίαν Græci appellant,
nocturnæ vigiliæ, vitia longiora aurium, ocu-
lorum, etiam narium, præcipueque ſolu-
ta alvus, &, quæ ſequuntur hanc, tormi-
na, vel lævitas inteſtinorum, cæteraque fuſi
ventris mala. Præter hæc graciles, tabes,
deiectiones, deſtillationes, item viſcerum
& laterum dolores fatigant. Obeſi plerum-
que acutis morbis, & difficultate ſpirandi
ſtrangulantur, ſubitoque *c* ſæpe moriuntur;
quod in corpore tenuiore vix evenit.

CAP. II.

De ſignis adverſæ valetudinis futuræ.

ANTE adverſam autem valetudinem, ut ſupra dixi, quædam notæ oriuntur; quarum omnium commune eſt,

l. 6. om. *his*. l. 18. *cacheſiam. cacheſian.* l. 21. om. *et*. al. *quam ſeq.* l. 22. *levitas*. l. 23. *ventris fuſi*. l. 31. *De notis*.

* *Aph.* III. 28. z *Aph.* III. 29. a *Aph.* III. 30. b *Aphor.* III. 31. † *Aphor.* III. 31. VI. 57. c *Aph.* II. 44.

eſt, aliter ſe corpus habere, atque conſue-
vit; neque in peius tantum, ſed etiam in
melius. Ergo ſi plenior aliquis, & ſpecio-
ſior, & coloratior factus eſt, *a* ſuſpecta habe-
re bona ſua debet. Quæ quia neque in eo-
dem habitu ſubſiſtere; neque ultra progre-
di poſſunt, fere retro, quaſi ruina quadam,
revolvuntur. Peius tamen ſignum eſt, ubi
58, 19. aliquis contra conſuetudinem emacuit, ubi
51, 52. colorem decoremque amiſit: quoniam in
53, 24. his, quæ ſuperant, eſt, quod morbus demat;
in his, quæ deſunt, non eſt, quod ipſum mor-
bum ferat. Præter hæc, protinus timeri de-
bet, ſi graviora membra ſunt; ſi crebra
ulcera oriuntur; ſi corpus ſupra conſuetu-
dinem * incaluit; ſi gravior ſomnus preſſit;
ſi tumultuoſa ſomnia fuerunt; ſi ſæpius ex-
pergiſcitur aliquis, quam aſſuevit, deinde
iterum ſoporatur; ſi corpus dormientis cir-
ca partes aliquas contra conſuetudinem †
inſudat, maximeque circa pectus, aut cer-
vices, aut crura, vel genua, vel coxas.
Item, ſi marcet animus; ſi loqui & moveri
piget; ſi corpus torpet; ſi dolor præcordio-
rum eſt, aut totius pectoris, aut, qui in
plurimis evenit, capitis; ſi ſalivæ plenum
eſt os; ſi oculi cum dolore vertuntur; ſi
tempora aſtricta ſunt; ſi membra inhorre-
ſcunt; ſi ſpiritus gravior eſt; ſi circa fron-
tem intentæ venæ moventur; ſi frequen-
tes oſcitationes; ſi genua quaſi fatigata
ſunt, totumve ‡ corpus laſſitudinem ſentit.
Ex quibus ſæpe plura, nunquam non aliqua
febrem antecedunt. In primis tamen illud
con-

l. 21. *ſi circa.* l. 24. *torquet.* l. 25. 26. *aut in plurimis venis capitis.*

a *Aphor.* I. 3. * *Aph.* IV. 39. † *Aph.* IV. 38. ‡ *Aph.* II. 5.

conſiderandum eſt, num cui ſæpius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas ſubſequatur. Sunt enim quædam 96,15. proprietates hominum, ſine quarum notitia non facile quicquam in futurum præſagiri poteſt. Facile itaque ſecurus eſt in his aliquis, quæ ſæpe ſine periculo evaſit. Ille ſolicitari debet, cui hæc nova ſunt; aut qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit.

CAP. III.

Quæ bona in ægrotantibus ſigna ſint.

UBI vero febris aliquem occupat, ſcire licet, non periclitari, ſi in latus aut dextrum aut ſiniſtrum, ut ipſi viſum eſt, cubat *a*, cruribus paulum reductis; qui fere ſani quoque iacentis habitus eſt: ſi facile convertitur; ſi noctu dormit, ſi interdiu vigilat; ſi ex facili ſpirat; ſi non confli- 51, 10. ctatur; ſi circa umbilicum *b* & pubem cutis 51, 16. plana eſt; ſi præcordia eius ſine ullo ſenſu doloris æqualiter mollia in utraque parte ſunt: quod ſi paulo tumidiora ſunt, tamen digitis cedunt & non dolent. Hæc valetudo, ut ſpacium aliquod habebit, ſic tuta erit. Corpus quoque, quod æqualiter molle & calidum eſt, quodque æqualiter *c* totum inſudat, & cuius febricula † eo ſudore finitur, ſecuritatem pollicetur. Quando iam ad ſanitatem venit corpus, ſternutamentum etiam inter bona indicia eſt, & cupiditas *d* cibi vel a primo ſervata, vel etiam poſt faſtidium orta. Neque terrere debet

ea

l. 1. *num quid.* l. 2. *ac neque ideo.* al. *ideo neque.* l. 9. *tuto.* L. l. 16. *ipſi in uſu* L. l. 33. *a principio* L.

a *Actuar. M. Med.* II. 3. b *Aph.* II. 35. c *De Judicat.* I. 3. † *Aph.* IV. 55. d *Aph.* II. 31.

ea febris, quæ eodem die finita eſt: ac ne ea quidem,, quæ, quamvis longiore tempore tenuit, tamen ante alteram acceſſionem ex toto quievit, ſic, ut corpus integrum, quod εἰλικρινὲς Græci vocant, fieret. Si quis autem incidit vomitus, mixtus eſſe ex bile & pituita debet: & in urina ſubſidere album, læve *e*, æquale; ſic ut etiam, ſi quæ quaſi nubeculæ innatarint, in imum deferantur. Ac venter ei, qui a periculo tutus eſt, reddit mollia, figurata, atque eodem fere tempore, quo ſecunda valetudine aſſuevit, modoque convenientia his, quæ aſſumuntur. Peior cita alvus eſt, ſed ne hæc quidem terrere protinus debet, ſi matutinis temporibus coacta magis eſt, aut ſi procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa eſt, neque *f* fœditate odoris ſimilem alvum ſani hominis excedit. Ac lumbricos *g* quoque aliquos ſub fine morbi deſcendiſſe, nihil nocet. Si inflammatio in ſuperioribus partibus † dolorem tumoremque fecit, bonum ſignum eſt ſonitus ventris inde ad inferiores partes devolutus; magiſque etiam, ſi ſine difficultate cum ſtercore exceſſit. *

C A P. I V.

Mala ſigna ægrotantium.

CONTRA gravis morbi periculum
54, 28. eſt, ubi ſupinus æger iacet, porrectis manibus, & cruribus: ubi reſidere vult in ipſo acuti morbi impetu, præcipueque pulmonibus laborantibus: ubi nocturna vigilia premitur, etiamſi interdiu ſomnus

l. 3. *evanuit, t.* l. 6. *eſſe et bile.* l. 9. *in unum.* l. 10. *modo mollia.* l. 11. om. *atque.* l. 12. om. *que.* l. 20. 21. *Si inflatio ſine inflammatione in.* L. l. 23. *ſonus.* l. 24. *evolutus.*

e *De Judicat.* 1. 8. f *De Judicat.* 1. 6. g *De Judicat.* 1. 17. † *Prænot.* x. 1. *Aph.* IV. 72. * *Foeſii Hippocrates p.* 164.

mnus accedit, ex quo tamen peior eſt, qui
inter quartam horam & noctem, quam qui
a matutino tempore ad quartam. Peſſimum
tamen eſt, ſi ſomnus neque noctu, neque
interdiu accedit: id enim fere ſine conti-
nuo *a* dolore eſſe non poteſt. Aeque vero 64, 16.
ſignum malum eſt, etiam ſomno ultra *b* debi- 54, 33.
tum urgeri: peiusque, quo magis ſopor in-
terdiu, noctuque continuat. Mali etiam
morbi teſtimonium eſt, vehementer & cre-
bro ſpirare: a ſexto *c* die cœpiſſe inhorreſce- 49, 20.
re: pus expuere: vix excreare: dolorem ha- 56, 3.
bere continunm: difficulter ferre morbum:
iactare brachia & crura: ſine voluntate *d* la- 54, 31.
chymare: habere humorem *e* glutinoſum 54, 14.
dentibus inhærentem; cutem circa *f* umbi- 49, 21.
licum & pubem macram; præcordia *g* in-
flammata, dolentia, dura, tumida, inten-
ta; magisque, ſi hæc dextra parte quam ſini-
ſtra ſunt: periculoſiſſimum tamen eſt, ſi ve-
næ quoque ibi vehementer agitantur. Mali
etiam morbi ſignum eſt, nimis celeriter ema- 48, 9.
creſcere: caput & pedes manusque † ca-
lidas habere, ventre & lateribus frigenti-
bus; aut frigidas *h* extremas partes acuto 55, 22.
morbo urgente; aut poſt ſudorum *i* inhorre- 285, 27.
ſcere; aut poſt vomitum *k* ſingultum eſſe,
vel rubere oculos; aut *l* poſt cupiditatem
cibi, poſtve longas febres hunc faſtidire; 53, 17.
aut multum ſudare, maximeque frigido 56, 11.
ſudore; aut habere ſudores non per totum 301, 24.
corpus æquales, quique febrem non finiant.
Malæ etiam febres, quæ quotidie tempore
eodem revertantur; quæve ſemper pares
D 2 acceſ-

l. 2. *eſt, quam.* l. 3. om. *a.* l. 5 6. *continuo delirio.* l. 6. *Neque vero ſignum bonum.* L. l. 8. om. *ſc.* l. 23. *frigidas habere.* l. 24. *lateribus calentibus.* l. 25. *frigentibus.* l. 32. *finiant; et eas febres.*

a *Aph.* VII. 18. b *Aph.* II. 3. c *Aph.* IV. 29. d *Aph.* IV. 52. VIII. 2. e *Aph.* IV. 53. f *Aph.* II. 35. g *Aph.* II. 28. † *Aph.* VIII. 12. h *Aph.* VII. 1. 26. i *Aph.* VII. 4. k *Aph.* VII. 3. l *Aph.* VII. 6.

acceſſiones habeant, neque *m* tertio quoque
die leventur; quæve ſic continuent, ut per
acceſſiones increſcant, per deceſſiones tan-
tum molliantur, nec umquam integrum cor-
pus dimittant. Peſſimum eſt, ſi ne levatur
175,13. quidem febris, ſed æque concitata conti-
55,20. nuat. Periculoſum eſt etiam, poſt arqua-
tum *n* morbum febrem oriri; utique ſi præ-
cordia dextra parte dura manſerunt, aut
dolentibus his læva. Nulla acuta febris le-
viter terrere nos debet. Neque umquam in
acuta *o* febre, aut a ſomno non eſt terribi-
lis nervorum diſtentio. Timere etiam ex
ſomno *p*, mali morbi eſt. Itemque in pri-
ma febre protinus mentem eſſe turbatam,
membrumve aliquod eſſe reſolutum. Ex
quo caſu quamvis vita redditur, tamen id
56,13. fere membrum debilitatur. Vomitus etiam
296,10. periculoſus eſt ſinceræ pituitæ vel bilis; pe-
56,17. iorque, ſi viridis, aut *q* niger eſt. At mala
urina eſt, in qua ſubſidunt ſubrubra aut li-
vida: deterior, in qua quaſi ſila quædam
tenuia atque alba: peſſima ex his, ſi tan-
quam ex furfuribus factas nubeculas repræ-
ſentat. Diluta quoque, atque alba, vitio-
ſa eſt, *r* ſed in phreneticis maxime. Alvus
autem mala eſt, ex toto ſuppreſſa. Pericu-
loſa etiam, quæ inter febres fluens con-
quieſcere hominem in cubili non patitur;
utique, ſi quod deſcendit, eſt perliquidum,
aut albidum, aut pallidum, aut ſpumans.
Præter hæc periculum oſtendit id, quod
excernitur, ſi eſt exiguum, glutinoſum, læ-
56,32. ve, alvum, idemque ſubpallidum: vel ſi
eſt

l. 2. om. *ſic.* l. 3. *diſceſſiones.* l. 9. *ac dolentibus.* l. 11. *terrere eos.* l. 26. *phreniticis.*

m *Aphor.* IV. 43. n *Aph.* IV. 62. o *Aph.* IV. 66. p *Aph.* IV. 67. q *Aph.* IV. 22. r *Aph.* IV. 72.

eſt aut lividum, aut bilioſum, aut cruentum,
aut peioris odoris, quam ex conſuetudi- 56,33.
ne. † Malum eſt etiam, quod poſt febres lon-
gas ſincerum eſt.

CAP. V.

De ſignis longæ valetudinis.

POST hæc indicia, notum eſt, longum
morbum fieri; ſic enim neceſſe eſt, niſi
occidit. Neque vitæ alia ſpes in malis ma-
gnis eſt, quam ut impetum morbi trahen-
do aliquis effugiat, porrigaturque in id tem-
pus, quod curationi locum præſtet. Pro-
tinus tamen ſigna quædam ſunt, ex quibus
colligere poſſumus, morbum, etſi non in-
teremerit, longius tamen tempus habiturum.
Ubi frigidus *a* ſudor inter febres non acu- 56,11.
tas circa caput tantum, & cervices oritur;
aut ubi, febre non quieſcente, corpus * in-
ſudat; aut ubi corpus modo *b* frigidum,
modo calidum eſt, & color alius ex alio fit;
aut ubi, quod inter febres † aliqua parte
abſceſſit, ad ſanitatem non pervenit; aut
ubi æger pro ſpacio parum emacreſcit. Item, 48, 9.
ſi utina modo liquida & *c* pura eſt, modo
habet quædam ſubſidentia; ſi lævia atque
alba rubrave ſunt, quæ in ea ſubſidunt;
aut ſi quaſdam quaſi miculas repræſentat; aut
ſi bullulas excitat. 60,31.

CAP. VI.

De indiciis mortis.

SED inter hæc quidem, propoſito metu,
ſpes tamen ſupereſt. ** Ad ultima vero

l. 10. *ulla alia ſpes in magnis.* L. l. 22. *at ubi.* l. 25. om. *ſi.* l. 28. *maculos.*

† *Aph.* VII. 6. a *Aph.* IV. 37. *Coac. Præn.* IV. 8. 39. 40. *De Jud.* VI. 9. VIII. 2, 3. 4. 5. * *Aph.* IV. 56. b *Aph.* VII. 60. † *Aph.* IV. 51. c *De Jud.* VI. 1. 2. *Aph.* VII. 31. ** *L.* II. *Prognoſticon.*

iam ventum esse testantur, *a* nares acutæ,
collapsa tempora, *b* oculi concavi, frigidæ
languidæque aures & imis partibus leniter
versæ, cutis circa frontem dura & intenta,
color aut niger aut perpallidus; multoque
magis, si ita hæc sunt, ut neque *c* vigilia
præcesserit, neque ventris resolutio, neque
inedia. Ex quibus causis interdum hæc spe-
cies oritur, sed uno die finitur. Itaque diu-
tius durans, mortis index est. Si vero in
morbo vetere *d* iam triduo talis est, in
propinquo mors est: magisque, si præter hæc
oculi quoque lumen *e* refugiunt, & illachry-
51.15. mant; quæque in iis alba esse debent *f*,
rubescunt; atque in iisdem *g* venulæ pal-
lent; pituitaque in iis innatans, novissime
angulis *h* inhærescit; alterque ex his minor
est; iique aut vehementer subsederunt, aut
facti tumidiores sunt; perque somnum *i*
72,18. palpebræ non committuntur, sed inter has
ex albo oculorum aliquid apparet; neque id
fluens alvus expressit: eædemque palpebræ
pallent, & idem *k* pallor labra & nares de-
colorat: eademque labra, & nares, oculi-
que, & palpebræ, & supercilia, aliquave ex
his pervertuntur; isque propter imbecillitatem
iam non audit, aut non videt.

Eadem mors denunciatur, ubi æger supi-
nus *l* cubat, eique genua *m* contracta sunt:
ubi deorsum ad pedes subinde delabitur:
51,14. ubi brachia & *n* crura nudat, & inæquabili-
ter dispergit, neque iis calor subest: ubi
51,7. hiat *o*: ubi assidue dormit: ubi is, qui men-
tis suæ non est, neque id facere sanus so-
let,

l. 28. *ægri supini cubant, hisque genua.* l. 30. *ubi is.* l. 31. *inæqualiter.*

a *Præn.* II. 6. *Coac. Præn.* I. 104. b *Præn.* II. 7. c *Præn.* II. 13. d *Præn.* II. 17. *Pr.* VII. 51. e *Pr.* II. 19. 20. f *Pr.* II. 23. g *Id.* II. 24. h *Id.* II 24. i *Aphor.* VI. 52. *Præn.* III. 1. 2. k *Aph.* IV. 46. l *Pr.* III. 8. m *Id.* III. 14. n *Id.* III. 10. o *Id.* III. 3.

let, dentibus *p* ſtridet: ubi ulcus, *q* quod aut 63,22.
ante, aut in ipſo morbo natum eſt, aridum,
& aut pallidum, aut lividum factum eſt.
Illa quoque mortis indicia ſunt, * ungues, 66,14.
digitique pallidi; frigidus *r* ſpiritus: aut ſi
manibus quis in febre, & acuto morbo,
vel inſania, pulmoniſve dolore, vel capitis,
in veſte *ſ* floccos legit, fimbriasve diducit,
vel in adiuncto pariete, ſi qua minuta emi-
nent, carpit. Dolores etiam circa coxas
& inferiores partes orti, ſi ad viſcera tranſ-
ierunt, ſubitoque deſierunt, mortem ſub-
eſſe teſtantur; magisque, ſi alia quoque
ſigna acceſſerunt. Neque is ſervari poteſt,
qui ſine ullo tumore febricitans, ſubito
ſtrangulatur, aut devorare ſalivam ſuam
non poteſt: cuive in eodem febris corporis-
que habitu cervix *t* convertitur, ſic ut devo-
rare æque nihil poſſit: aut cui ſimul & con-
tinua febris & ultima corporis infirmitas 52, 6.
eſt: aut cui, febre non quieſcente, exterior
pars *u* friget, interior ſic calet, ut etiam 51,25.
ſitim faciat: aut qui, febre æque non quie- 90,23.
ſcente, ſimul & W delirio & ſpirandi diffi-
cultate vexatur. Aut qui, epoto *x* veratro,
exceptus diſtentione nervorum eſt: aut qui
ebrius obmutuit; is enim fere *y* adiecta ner-
vorum diſtentione conſumitur, niſi aut febris
acceſſit, aut eo tempore, quo ebrietas ſolvi
debet, loqui cœpit. Mulier quoque gravi-
da *z* acuto morbo facile conſumitur: & is,
cui ſomnus dolorem *a* auget: & cui protinus,
in recenti morbo, bilis atra *b* vel infra vel
ſupra ſe oſtendit: cuive alterutro modo ſe

l. 6. om. *et*. l. 10. *capit*. l. 15. alii, *timore*, alii: *tremore*. l. 18. *invertitur*. l. 21. *æque non*. l. 27. om. *adiecta*. l. 29. *abſceſſit*. l. 34. *alterutrum*.

p *Id*. IV. 4. q *Id*. IV. 7. 8. * *Aph*. VIII. 12. r *Id*. IV. 9. ſ *Id*. IV. 14. t *Aph*. IV. 35. u *Aph*. IV. 48. W *Aph*. IV. 50. x *Aph*. IV. 16. V. 1. *Coac*. IV. 24. y *Aph*. V. 5. z *Aph*. V. 30. a *Aph*. II. 1. b *Aph*. IV. 22.

prompsit, cum iam longo morbo corpus
51,12. eius esset extenuatum & affectum. Spu-
70,32. tum etiam *c* biliosum, & purulentum, sive
71, 2. separatim ista, sive mixta proveniunt, in-
teritus periculum ostendunt. Ac, si circa
septimum diem tale esse cœpit, proximum
est, ut is circa quartumdecimum diem de-
cedat, nisi alia signa meliora peiorave ac-
cesserint, quæ quo leviora gravciorave sub-
secuta sunt, eo vel seriorem mortem, vel
maturiorem denunciant. Sudor quoque *d*
301,24. frigidus in acuta febre pestiferus est: atque
52,18. in omni morbo vomitus, qui *e* varius, &
multorum colorum est; præcipueque, si malus
in hoc odor est. Ac sanguinem quoque in
febre *f* vomuisse, pestiferum est. Urina ve-
52,21. ro *g* rubra & tenuis in magna cruditate esse
consuevit; & sæpe, antequam spacio matu-
rescat, hominem rapit. Itaque si talis diutius
permanet, periculum mortis ostendit. Pes-
sima *h* tamen est, præcipueque mortifera,
nigra, crassa, mali odoris. Atque in viris
quidem & mulieribus talis deterrima est.
In *i* pueris vero, quæ tenuis & diluta est.
Alvus quoque varia, pestifera est; quæ
strigmentum, sanguinem, bilem, *k* viride
aliquid, modo diversis temporibus, modo
simul & in mistura quadam, discreta ta-
men, repræsentat. Sed hæc quidem potest
paulo diutius trahere. In præcipiti vero iam
esse denunciat, quæ liquida, eademque vel
52,34. nigra *l*, vel pallida, vel pinguis est; utique
53, 2. si magna fœditas *m* odoris accessit.

Illud interrogari me posse ab aliquo scio:
si cer-

l. 2. *confectum.* l. 8. *signa maiora.* l. 17. *fulva et.* l. 25. om. *et.* l. 26. *bilem viridem.*

c *Aph.* IV. 23. d *Præn.* V. 4. e *Præn.* XII. II. 12. 13. 14. f *Aph.* VII. 37. g *De Jud.* VII. 5. h *Præn.* XI. 14 15. i *Plin.* XXVIII. 6. k *Præn.* X. 8. 9. l *Vict. Acut.* XLVIII. 1. m *Præn.* X. 6.

ſi certa futuræ mortis indicia ſunt, quo-
modo interdum deſerti a medicis convale-
ſcant, quoſdamque fama prodiderit in ipſis
funeribus revixiſſe? Quinetiam vir iure ma-
gni nominis Democritus, ne finitæ quidem
vitæ ſatis certas notas eſſe, propoſuit, qui-
bus medici credidiſſent: adeo illud non re-
liquit, ut certa aliqua ſigna futuræ mortis
eſſent. Adverſus quos ne illud quidem di-
cam, quod in vicino ſæpe quædam notæ
poſitæ, non bonos, ſed imperitos medicos
decipiunt; quod Aſclepiades funeri ob-
vius intellexit, eum vivere, qui effe- 138,18.
rebatur: * ne protinus *n* crimen artis eſ-
ſet, ſi quod profeſſoris ſit. Illa tamen mo-
deratius ſubiiciam. Coniecturalem *o* artem 13,22.
eſſe medicinam, rationemque coniecturæ ta-
lem eſſe, ut cum ſæpius aliquanto reſpon-
derit, interdum tamen fallat nos. Si quid
itaque vix *p* in milleſimo corpore aliquando
decipit, id notam non habet, cum per innu-
merabiles homines reſpondeat. Idque non
in his tantum, quæ peſtifera ſunt, dico:
ſed in his quoque, quæ ſalutaria. Siqui-
dem *q* etiam ſpes interdum fruſtratur, & mo-
ritur aliquis, de quo medicus ſecurus pri-
mo fuit. Quæque medendi cauſa reperta
ſunt, nonnunquam in peius aliquid conver- 18,13.
tunt. Neque id evitare humana imbecillitas 19,18.
in tanta varietate corporum poteſt. Sed eſt
tamen medicinæ fides, quæ multo ſæpius,
perque multo † plures ægros prodeſt. Neque
tamen ignorare oportet, in *r* acutis morbis
fallaces magis notas eſſe & ſalutis, & mortis.

D 5 CAP.

l. 9. *adverſus quod.* l. 12. *Aſclepiades ſciens.* l. 13. *obvius inclamavit.* L. ib. al. *quendam vivere.* l. 15. *eſſe.* L. l. 19. *fallat. Non itaque ſi quis vix - - aliquem.* L. l. 21. *fidem notam.* l. 21. *id fidem non* L. l. 28. *aliquibus vertunt.* L.

* *Soran. Epheſ. cap.* IV. n *Hipp. de Art.* XV. 6. 7. o *Sext. Emp. adv. Mat. l.* 1. *c.* 3. *Macrob. Sat.* VII. 15. p *Cic. de N. D.* II. 4. q *Quintil. Declam.* VIII. *p.* 110. † *Galen. M. Med.* lxi. r *Aph.* II. 9.

CAP. VII.

De notis, quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit.

SED cum propoſuerim ſigna, quæ in omni adverſa valetudine communia eſſe conſueverunt; ad ea quoque tranſibo, ut, quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit notas, indicem. Quædam autem ſunt, quæ ante febres, quædam, quæ inter eas, quid aut intus ſit, aut venturum ſit, oſtendunt. Ante febres, ſi caput grave eſt, aut ex ſomno oculi caligant, aut frequentia ſternutamenta ſunt, circa caput aliquis pituitæ impetus timeri poteſt. Si ſanguis, aut calor abundat, proximum eſt, ut aliqua parte profluvium
48, 9. ſanguinis fiat. Si ſine cauſa quis emacreſcit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus eſt. Si præcordia dolent, aut inflatio gravis eſt, aut toto die non concocta fertur urina, cruditatem eſſe manifeſtum eſt. Quibus diu color *a* ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem *b* pallidam & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut alvo laborant. Si in continua febre puero venter nihil reddit,
64, 17, mutaturque ei color, nec ſomnus *c* accedit, ploratque is aſſidue, metuenda nervorum diſtentio eſt. Frequens autem deſtillatio in corpore tenui longoque, tabem timendam eſſe teſtatur. Ubi pluribus diebus non deſcen-

l. 8. om. *ad.* l. 20. *decidat.* l. 22. *inflammatio.* ibid. *non toto die.* l. 32. *diſtillatio.* l. 33. *timidam.*

a *II. Præd.* XXXIX. 1. 2. 3. b *II. Præd.* XXIX. 7. 8. c *Aph.* VII. 18.

deſcendit alvus, docet, aut ſubitam deiectionem, aut febriculam inſtare. Ubi pedes turgent, longæ deiectiones ſunt, ubi dolor in imo ventre & coxis eſt, aqua inter cutem inſtat; ſed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet. Idem propoſitum periculum eſt his, quibus voluntas deſidendi eſt, venter nihil reddit, niſi & ægre & durum, tumor in [d] pedibus eſt, idemque modo dextra, modo ſiniſtra parte ventris, invicem oritur atque finitur; ſed a iecinore id malum proficiſci videtur. Eiuſdem morbi nota eſt, ubi circa [e] umbilicum inteſtina torquentur (στρόφον Græci nominant) coxæque dolores manent, qui neque tempore, neque remediis ſolvuntur. Dolor autem articulorum, prout in pedibus, manibuſve, aut alia qualibet parte ſic eſt, ut eo loco nervi contrahantur; aut ſi id membrum, ex levi cauſa fatigatum, æque frigido, calidoque offenditur, ποδάγραν χειράγραν-ve, vel eius articuli, in quo id ſentitur, morbum futurum eſſe denunciat. Quibus in pueritia ſanguis ex naribus fluxit, dein fluere deſiit, hi vel capitis doloribus conflictentur neceſſe eſt, vel in articulis aliquas exulcerationes graves habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur. Quibus fœminis * menſtrua non proveniunt, neceſſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint, vel quælibet alia pars morbo infeſtetur. Eademque his pericula ſunt, quibus articulorum vitia, ut dolores, tumoreſque, ſine podagra ſimilibuſque morbis, oriuntur,

l. 3. *tument, et.* L. ibid. *aut dolor.* l. 7. *quibus, cum.* l. 9. *durum. Cum in.* l. 11. om. *ſed.* l. 15. *manent eaque neque.* l. 16. *calor autem.* l. 21. *oſtenditur.*

d *Præn.* VIII. 4. e *Aph.* IV. 11. * *Aph.* V. 57.

tur, & deſinunt. Utique, ſi ſæpe tempora iiſdem dolent, noctuque corpora inſudant, frons prurit, lippitudinis metus eſt. Si mulier a partu vehementes dolores habet, neque alia præterea ſigna mala ſunt, circa vigeſimum diem aut ſanguis per nares erumpet, aut in inferioribus partibus aliquid abſcedet. Quicunque etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet: magiſque, ſi iuvenis erit, per ſanguinis profuſionem; ſi ſenior, per ſuppurationem. Febris autem, quæ ſubito ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, fere revertitur. Cui fauces ſanguine & interdiu & noctu replentur, ſic, ut neque capitis dolores, neque præcordiorum, neque tuſſis, neque vomitus, neque febricula præceſſerit, huius aut in naribus, aut in faucibus ulcus reperietur. Si mulieri ex inguine febricula orta eſt, neque cauſa apparet, ulcus in vulva eſt. *f* Urina autem craſſa, ex qua quod deſidit, album eſt, ſignificat, circa articulos aut circa viſcera dolorem, metumque morbi eſſe. Eadem viridis, aut viſcerum dolorem, tumoremque cum aliquo periculo ſubeſſe, aut corpus certe integrum non eſſe, teſtatur. At ſi † ſanguis aut pus *g* in urina eſt, vel veſica, vel renes exulcerati ſunt. Si hæc craſſa, carunculas *h* quaſdam exiguas aut quaſi capillos habet, aut ſi *i* bullat, & male *k* olet, & interdum quaſi arenam, interdum quaſi ſanguinem trahit, dolent autem coxæ, quæque inter has ſuperque pubem ſunt, & acce-

l. 3 *ſi frons.* l. 5. om. *alia.* it. *neque præterea.* l. 7. om. *partibus.* l. 9. *ei alterutra ratione ſiniet.* L. l. 22. *deſidet.* l. 30. om. *aut.* l. 31. *aut male.* l. 32. *aut interdum.*

f *Aph.* IV. 74. *Plin.* XXVIII. 6. † *Aph.* IV. 78. 81. g *Aphor.* IV. 75. h *Aphor.* IV. 76. i *Plin.* XXVIII. 6. k *Aph.* IV. 81.

accedunt frequentes ructus, interdum vomitus bilioſus, extremæque partes frigeſcunt, urinæ crebra cupiditas, ſed magna difficultas eſt, & quod inde excretum eſt, aquæ ſimile, vel rufum, vel pallidum eſt, paulum tamen in eo levamenti eſt, alvus vero cum multo ſpiritu redditur, utique in renibus vitium eſt. At ſi paulatim deſtillat, vel ſi ſanguis per hanc editur, & in eo quædam cruenta concreta ſunt, idque ipſum cum difficultate redditur, & circa pubem interiores partes dolent, in eadem veſica vitium eſt. Calculoſi vero his indiciis cognoſcuntur. Difficulter urina redditur; paulatimque, interdum etiam ſine voluntate, † deſtillat. Eadem arenoſa *l* eſt, nonnunquam aut ſanguis, aut cruentum, aut purulentum aliquid cum ea excernitur. Eamque quidam promptius recti, quidam reſupinati, maximeque hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt, colemque extendendo, dolorem levant. Gravitatis quoque cuiuſdam in ea parte ſenſus eſt. Atque ea curſu, omnique motu augentur. Quidam etiam, cum torquentur, pedes inter ſe, ſubinde mutatis vicibus, implicant. Fœminæ vero oras naturalium ſuorum manibus admotis ſcabere crebro coguntur. Nonnunquam, ſi digitum admoverunt, ubi veſicæ cervicem is urget, calculum ſentiunt At, qui ſpumantem ſanguinem excreant, his in pulmone vitium eſt. Mulieri gravidæ *m* ſine modo fuſa alvus elidere partum poteſt. † Eidem ſi 73,34.
lac

l. 8. *Aut ſi.* l. 12. *inferiores.* l. 25. *augetur.* l. 30. *admoverint.* L.

† *Aph.* v. 80. l *Aph.* IV. 79. m *Aph.* v. 34.
† Solet. *Treverius.*

lac *n* ex mammis profluit, imbecillum eſt,
quod intus gerit. Duræ mammæ, ſanum il-
lud eſſe, teſtantur. Frequens *o* ſingultus,
& præter conſuetudinem continuus, iecur
inflammatum eſſe, ſignificat. Si *p* tumores
ſuper ulcera ſubito eſſe deſierunt, idque a
tergo incidit, vel diſtentio nervorum, vel
rigor timeri poteſt: at, ſi a priore parte id
evenit, vel lateris acutus dolor, vel inſania
expectanda eſt. Interdum etiam huiuſmo-
di caſum, quæ tutiſſima inter hæc eſt, pro-
47, 14. fuſio alvi ſequitur. Si ora *q* venarum,
40, 17. ſanguinem ſolita fundere, ſubito ſuppreſſa
ſunt, aut aqua inter cutem, aut tabes ſequi-
tur. Eadem tabes ſubit, ſi in lateris dolo-
67,2. re orta ſuppuratio intra *r* quadraginta dies
purgari non potuit. At, ſi longa *ſ* triſtitia
cum longo timore & vigilia eſt, atræ bilis
morbus ſubeſt. Quibus ſæpe ex naribus
fluit ſanguis, his aut lienis tumet, aut ca-
pitis dolores ſunt: quos ſequitur, ut quædam
ante oculos tanquam imagines obverſentur.
At, quibus magni lienes ſunt, his *t* gingi-
væ malæ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua
parte prorumpit. Quorum ſi nihil evenit,
215,13. neceſſe eſt in cruribus mala ulcera, & ex
his nigræ cicatrices fiant. Quibus cauſa do-
loris, neque ſenſus *u* eius eſt, his mens la-
bat. Si in ventrem *x* ſanguis confluxit,
ibi in pus vertitur. Si a coxis, & ab infe-
rioribus partibus dolor in pectus tranſit,
neque ullum ſignum malum acceſſit, ſup-
purationis eo loco periculum eſt. Quibus
ſine febre, aliqua parte, dolor, aut prurigo,
cum

l. 28. *mens laborat*. L. l. 34. *aliqua ex parte*.

n *Aph.* v. 52. o *Aph.* VII. 17. p *Aph.* v. 65. q *Aph.* VI. 12. r *Aph.* v. 15. ſ *Aph.* VI. 23. t *De Int. Aff.* XXXIV. 9. 10. *Æg. de Re Med. L.* III. *c.* 49. u *Aph.* II. 6. x *Aph.* VI. 20.

cum rubore aut calore eſt, ibi aliquid ſuppurat. Urina quoque, quæ in homine parum ſano liquida eſt, circa aures futuram aliquam ſuppurationem eſſe denunciat.

Hæc vero, cum ſine febre quoque vel latentium, vel futurarum rerum notas habeant, multo certiora ſunt, ubi febris acceſſit; atque etiam aliorum morborum tum ſigna naſcuntur. Ergo protinus inſania timenda eſt, ubi expeditior alicuius, quam ſani fuit, ſermo eſt, ſubitaque loquacitas orta eſt, & hæc ipſa ſolito audacior: aut ubi raro quis & vehementer ſpirat, venaſque concitatas habet, præcordiis duris & tumentibus. Oculorum *y* quoque frequens motus; & in capitis dolore offuſæ oculis tenebræ: vel, nullo dolore ſubſtante, ſomnus ereptus, continuataque nocte & die vigilia; vel proſtratum *z* contra conſuetudinem corpus in ventrem, ſic, ut ipſius alvi dolor id non coegerit; item, robuſto adhuc corpore, inſolitus dentium ſtridor, 55, 1.
inſaniæ ſigna ſunt. Si quid etiam abſceſſit, & , antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore in ſolita febre, ſubſedit, periculum affert primum furoris, deinde interitus. Auris *a* quoque dolor acutus, cum febre continua vehementique, ſæpe mentem turbat: & ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur; ſeniores tardius: quoniam neque æque magnas febres experiuntur, neque æque inſaniunt, ita ſuſtinent, dum is affectus in pus vertatur. Suffuſæ quoque *b* ſanguine mulie-

l. 1. *et calore.* l. 2. *ſano parum.* l. 21. *coeperit.* l. 24. *antequam ſputam prodiret.* L. l. 25. *adhuc corpore in.* l. 34. *his -- intus verſatur.*

y *Coac. Præn. III.* 331. 332. 333. z *Coac. Præn. VI.* 104. a *Coac. Præn. II.* 58. b *Aph.* V. 40.

mulieris mammæ, furorem venturum esse,
testantur. Quibus autem longæ *c* febres
sunt, his aut abscessus aliqui, aut articu-
lorum dolores erunt. Quorum faucibus in
febre illiditur spiritus, instat his nervo-
rum distentio. Si angina subito *d* finita est,
in pulmonem id malum transit; idque sæ-
pe intra septimum diem occidit: quod nisi
incidat, sequitur, ut aliqua parte suppu-
ret. Denique, post alvi longam resolutio-
226,14. nem *e* tormina: post hæc, intestinorum læ-
vitas oritur. Post nimias destillationes, ta-
bes *f*. Post lateris *g* dolorem, vitia pulmo-
num: post hæc, *h* insania. Post magnos *i*
fervores corporis, nervorum rigor, aut dis-
tentio. Ubi caput *k* vulneratum est, deli-
51,6. rium: ubi vigilia *l* torsit, nervorum disten-
58,30. tio: ubi vehementer venæ *m* super ulcera
moventur, sanguinis profluvium erit.

Suppuratio vero pluribus morbis excitatur.
133,28. Nam si longæ febres sine dolore, sine mani-
festa causa remanent, in aliquam partem
id malum incumbit, sed in iunioribus tan-
tum: nam in senioribus ex eiusmodi mor-
bo quartana fere nascitur. Eadem suppu-
ratio fit, si præcordia dura, dolentia ante
n diem vigesimum hominem non sustu-
lerunt, neque sanguis ex naribus fluxit,
maximeque in adolescentibus; utique, si
inter principia aut oculorum caligo, aut
capitis dolores fuerunt: sed tum in infe-
rioribus partibus aliquid abscedit. Aut si
præcordia tumorem *o* mollem habent, ne-
que habere intra sexaginta dies desinunt,
hæ-

l. 3. *aliquis.* l. 5. *eliditur.* l. 10. *Deinde post.* l. 18. *supra.* L. l. 20. *pluribus modis.* L. l. 23. 24. *incumbit, in iunioribus tamen nam. in.* alii om. *nam.* l. 26. *dura et.* l. 31. *sed cum.* l. 32. *abscessit.* ib. *At.*

c *Aph.* IV. 44. d *Aph.* V. 10. *Act. Meth. Med.* I. 17. e *Aph.* VII. 23. 75. f *De l. in Hom.* XXVII. I. g *Aph.* VII. 11. h *Aph.* VII. 12. i *Aph.* VII. 13. k *Aph.* VII. 14. l *Aph.* VII. 18. m *Aph.* VII. 21. n *Coac. Præn.* II. 228. o *Coac.* II. 232.

hæretque per omne id tempus febris; ſed tum in ſuperioribus partibus ſit abſceſſus: ac, ſi inter ipſa ulcera non fuit, circa aures erumpit. Cumque omnis longus tumor ad ſuppurationem fere ſpectet, magis eo tendit is, qui in præcordiis, quam is, qui in ventre eſt: & is, qui ſupra umbilicum, quam is, qui infra eſt. Si laſſitudinis etiam ſenſus in febre eſt, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abſcedit. † Interdum quoque urina tenuis & cruda ſic diu fertur, ut alia ſalutaria ſigna ſint, exque eo caſu plerumque infra tranſverſum ſeptum (quod διάφραγμα Græci vocant) fit abſceſſus. Dolor autem pulmonis, ſi neque per ſputa, neque per cucurbitulas, neque per ſanguinis detractionem, neque per victus rationem finitus eſt, vomicas aliquas interdum excitat, aut circa vigeſimum diem, aut circa triceſimum, aut circa quadrageſimum, nonnunquam etiam circa ſexageſimum. Numerabimus autem ab eo die, quo primum febricitavit aliquis, aut inhorruit, aut gravitatem eius partis ſenſit. Sed hæ vomicæ modo a pulmone, modo a coſtarum parte naſcuntur. Quod ſuppurat, ab ea parte, quam afficit, dolorem inflammationemque concitat, ipſum calidius eſt: &, ſi in partem ſanam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere aliquo videtur. Omnis etiam ſuppuratio, quæ nondum oculis patet, ſic deprehendi poteſt: ſi febris non dimittit, eaque interdiu levior eſt, noctu increſcit; p multus ſudor oritur; cupiditas

l. 1. om. *ſed.* l. 3. *ipſa initia ſanguis e naribus non fluit.* L. l. 7. 8. *quam is; qui infra eſt. Si laſſi.* l. 13. *ex quo eo.* l. 20. om. *triceſimum aut circa.* Aldus om. *circa quadrageſimum.* l. 25. *a contraria parte.* l. 26. om. *ab.* l. 28. *ipſumque.*

† *Aph.* IV. 31. p *De loc. in Hom.* XXVIII. 12.

tas tuſſiendi eſt, & pene nihil in tuſſi excreatur; oculi cavi ſunt; malæ rubent; venæ ſub lingua inalbeſcunt; in manibus fiunt adunci ungues; digiti, maximeque ſummi pallent; in pedibus *q* tumores ſunt; ſpiritus difficilius trahitur; cibi faſtidium eſt; puſtulæ toto corpore oriuntur. Quod ſi protinus initio dolor & tuſſis fuit, & ſpiritus difficultas, vomica vel ante vel circa vigeſimum diem erumpet. Si ſerius iſta cœperint, neceſſe eſt quidem increſcant; ſed quo minus cito adfecerint, eo tardius ſolventur. Solent etiam in gravi morbo
55, 6. pedes cum digitis unguibuſque nigreſcere: quod ſi non eſt mors conſecuta, & reliquum corpus invaluit, pedes tamen decidunt.

CAP. VIII.

Quæ notæ in quoque morbi genere vel ſpem vel pericula oſtendant.

SEQUITUR, ut in quoque morbi genere proprias notas explicem, quæ vel ſpem, vel periculum oſtendant. Ex veſica dolenti, ſi purulenta *a* urina proceſſit, inque ea læve & album ſubſedit, metum detrahit. In pulmonis morbo, ſi ſputo *b* ipſe levatur dolor, quamvis id purulentum eſt, tamen, ſi æger facile ſpirat, facile excreat, morbum ipſum non difficulter fert, poteſt ei ſecunda valetudo contingere. Neque inter initia terreri convenit, ſi protinus ſputum miſtum eſt rufo quodam & ſanguine, dummodo ſtatim edatur. Laterum *c* dolores.

l. 5. *calent.* l. 12. *adfuerint.* l. 16. *convaluit.* l. 27. *ipſe.* l. 29. om. *ſi.* l. 33. om. *et.* l. 34. *ſedetur.* al. *reddatur.*

q *De loc. in Hom.* XXVIII. 8. a *Præn.* XIX. 11. b *Præn.* XIII. 16. *Præd.* II. XII. 2. c *Aph.* V. 15.

lores, ſuppuratione facta, deinde intra
quadrageſimum diem purgata, finiuntur. 62,15.
Si in iocinore vomica eſt, & ex ea fer-
tur pus purum *d* & album, ſalus ei facilis. 71,13.
Id enim malum in tunica eſt. Ex ſuppu-
rationibus vero hæ tolerabiles ſunt, quæ
in *e* exteriorem partem feruntur, & acuun-
tur. At ex his, quæ intus *f* procedunt,
hæ leviores, quæ contra ſe cutem non af-
ficiunt, eamque & ſine dolore & eiuſdem
coloris, cuius reliquæ partes ſunt, ſinunt
eſſe. Pus *g* quoque, quacumque parte erum-
pit, ſi eſt læve, album & unius coloris, ſine 410,34
ullo metu eſt; &, quo effuſo, febris proti-
nus conquievit, deſieruntque urgere cibi fa-
ſtidium & potionis deſiderium. Si quan-
do etiam ſuppuratio deſcendit in crura,
ſputumque eiuſdem factum pro rufo puru-
lentum eſt, periculi minus eſt. At in ta-
be eius, qui ſalvus futurus eſt, ſputum eſſe
debet album, *h* æquale totum, eiuſdem-
que coloris, ſine pituita: eique etiam ſi-
mile eſſe oportet, ſi quid in nares a capi-
te deſtillat. Longe optimum eſt, *i* febrem
omnino non eſſe: ſecundum eſt, tan-
tillam eſſe, ut neque cibum impediat, ne-
que crebram ſitim faciat. Alvus *k* in hac
valetudine ea tuta eſt, quæ quotidie coa- 230,25.
cta, eaque convenientia his, quæ aſſumun-
tur, reddit. Corpus id, quod minime te-
nue, maximeque lati *l* pectoris atque ſetoſi
eſt, cuiuſque cartilago exigua, & carnoſa
eſt. Super tabem ſi mulieri quoque ſuppreſſa 72,13.
menſtrua fuerunt, & circa pectus atque
E 2 ſcapu-

l. 8. *Et ex.* l. 9. *conclvſa.* l. 13. *unius modi.* l. 25. *tantulum.*

d *Aphor.* VII. 45. e *Præn.* VII. 3. f *Præn.* VII. 5. g *Præn.* VII. 6. h *Prædict.* II. XII. 2. i *Præd.* II. XII. 4. k *Prædict.* II. XII. 5. l. *Prædict.* II. XII. 7.

ſcapulas dolor manſit, ſubitoque *m* ſanguis erupit, levari morbus ſolet: nam & tuſſis minuitur, & ſitis atque febriculæ deſinunt. Sed iiſdem *n* fere, niſi redit ſanguis, vomica erumpit: quæ quo cruentior, eo melior eſt. Aqua autem inter cutem minime terribilis
161,1. eſt, quæ nullo antecedente morbo cœpit: deinde, quæ longo morbo ſupervenit; utique, ſi firma *o* viſcera ſunt; ſi ſpiritus facilis; ſi nullus dolor; ſi ſine calore corpus eſt; æqualiterque in extremis partibus macrum eſt; ſi venter mollis; ſi nulla *p* tuſſis; nulla ſitis; ſi lingua, ne per ſomnum quidem, inareſcit; ſi cibi cupiditas eſt; ſi venter medicamentis movetur; ſi per ſe * excernit mollia & figurata; ſi non extenuatur; ſi urina, & vini mutatione, & epotis aliquibus medicamentis mutatur; ſi corpus ſine laſſitudine eſt, & motum facile ſuſtinet: ſiquidem in quo omnia hæc ſunt, is ex toto tutus eſt: in quo plura ex his ſunt, is in bona ſpe eſt. Articulorum vero vitia, ut podagræ chiragræque,
73,7. ſi iuvenes *q* tentarunt, neque callum induxerunt, ſolvi poſſunt: maximeque *r* torminibus leniuntur, & ſi quocunque modo ven-
73,16. ter fluit. Item morbus *ſ* comitialis ante pubertatem ortus, non ægre finitur. Et, in quo ab una parte corporis venientis acceſſionis ſenſus incipit, optimum eſt a manibus pedibuſve initium fieri: deinde, a lateribus: peſſimum inter hæc, a *t* capite. Atque in his quoque ea maxime proſunt, quæ per deiectiones excernuntur. Ipſa autem deie-
73,25. ctio ſine ulla noxa eſt, quæ ſine febre eſt; ſi ce-

l. 16. om. *non.* l. 19. *morbum facile.* l. 25. *ex* pro *ſi.*

m *II. Præd.* xiv. 3. n *II. Præd.* xiv. 6. 7. o *II. Præd.* xi. 6. p *II. Præd.* xi. 16. * *Aph.* vii. 29. q *II. Præd.* xv. 6. 7. 8. r *II. Præd.* xv. 4. ſ *II. Præd.* xvi. 1. *Aph.* v. 7. t *II. Præd.* xvi. 7.

ſi celeriter deſinit; ſi contrectato ventre
nullus motus eius ſentitur; ſi extremam al-
vum ſpiritus ſequitur. Ac ne tormina qui- 224.
dem periculoſa ſunt, ſi ſanguis & ſtrigmen-
ta deſcendunt, dum febris cæteræque acceſ-
ſiones huius morbi abſint: adeo ut etiam
gravida *u* mulier, non ſolum reſervari
poſſit, ſed etiam partum reſervare. Prodeſt-
que in hoc morbo, ſi iam ætate aliquis
proceſſit. Contra, inteſtinorum *x* lævitas 226.
facilius a teneris ætatibus depellitur, uti-
que, ſi ferri urina, & ali cibo corpus inci-
pit. Eadem ætas prodeſt & in coxæ dolore,
& humerorum, & in omni reſolutione ner-
vorum. Ex quibus coxa, ſi ſine torpore eſt,
ſi leviter friget, quamvis magnos dolores
habet, tamen & facile & mature ſanatur:
reſolutumque membrum, ſi nihilo minus
alitur, fieri ſanum poteſt. Oris reſolutio
etiam, alvo cita finitur. Omniſque deiectio
y lippienti prodeſt. At varix *z* ortus, vel 368,
per ora venarum ſubita profuſio ſanguinis, 28.
vel tormina, inſaniam tollunt. Humero- 348,
rum *a* dolores, qui ad ſcapulas vel manus 15.
tendunt, vomitu atræ bilis ſolvuntur. Et
quiſquis dolor deorſum tendit, ſanabilior eſt. 76,5.
Singultus *b* ſternutamento finitur. Longas
deiectiones *c* ſupprimit vomitus. Mulier ſan- 32,19.
guinem vomens, *d* profuſis menſtruis, li- 202,
beratur. Quæ menſtruis *e* non purgatur, ſi 33.
ſanguinem ex naribus fudit, omni pericu-
lo vacat. Quæ locis laborat, aut difficul-
ter *f* partum edit, ſternutamento levatur.
Cui calor & *g* tremor eſt, ſaluti delirium eſt.

l. 1. *contracto.* l. 3. *Acria tormina.* l. 4. *non ſunt.* l. 33. *levatur. Aeſtiva quartana fere brevis eſt.* vid. p. 76.

u *II. Præd.* XXX. 14. x *II. Præd.* XXXI. 12. 15. 16. y *Aph.* VI. 17. z *Aph.* VI. 21. a *II. Præd.* XLIV. 2. b *Aph.* VI. 13. c *Aph.* VI. 15. d *Aph.* V. 32. e *Aph.* V. 33. f *Aph.* V. 35. g *Aph.* VI. 26.

Lienosis bono *h* tormina sunt. Denique, ipsa
febris, quod maximè mirum videri potest,
139,18. sæpe præsidio est. Nam & *i* præcordiorum
dolores, si sine inflammatione sunt, finit; &
in iocinoris *k* dolore succurrit; & nervorum
distentionem *l* rigoremque, si postea cœpit,
ex toto tollit, & ex difficultate urinæ
74,28. morbum tenuioris intestini ortum, si urinam
per calorem movet, levat. At dolores
capitis, quibus oculorum caligo, & rubor
cum quadam frontis prurigine accedunt,
sanguinis *m* profusione, vel fortuita,
vel etiam petita, summoventur. Si capitis,
ac frontis *n* dolores ex vento, vel frigore
aut æstu sunt, gravedine & sternutamentis finiuntur.
Febrem autem *o* ardentem, quam
Græci καυσώδη vocant, subitus horror exsolvit.
Si in febre aures *p* obtusæ sunt, si
sanguis e naribus fluxit, aut venter resolutus
est, illud malum desinit ex toto. Nihil
plus adversus *q* surditatem, quam biliosa
alvus potest. Quibus in fistula *r* urinæ mi-
325,8. nuti abscessus, quos φύματα Græci vocant,
esse cœperunt; iis, ubi pus ea parte profluxit,
sanitas redditur. Ex quibus cum pleraque
per se proveniant, scire licet, inter ea
quoque, quæ ars adhibet, naturam plurimum
posse. Contra, si caput in febre continenti
dolet, neque quicquam remittit, malum
atque mortiferum est: maximeque id periculum
est pueris, a septimo anno ad quartumdecimum.
In pulmonis morbo, si sputum
primis diebus non fuit, deinde a septi-
56, 3. mo die cœpit, & ultra septimum mansit,
pericu-

l. 23. θυμαλα. θυματα. l. 27. *ea quoque, quæ.* l. 28. om. *in.* l. 29. *quicquam reddit.*

h *Aph.* VI. 48. i *Aph.* VI. 40. k *Aphor.* VII. 52. l *Aph.* IV. 57. m *Aphor.* VI. 10. *II. Præd.* XXXVI. 5. n *II. Præd.* XXXVI. 8. o *Aph.* IV. 58. p *Aph.* IV. 60. q *Aph.* IV. 28. r *Aphor.* IV. 82.

periculosum est: quantoque magis mixtos, 56,4.
neque inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil peius est, quam sincerum id edi, sive rufum est, sive cruentum, sive *s* album, sive glutinosum, sive pallidum, sive spumans: nigrum *t* tamen pessimum est. In eodem morbo periculosa sunt, tussis, destillatio; etiam, quod alias salutare habetur, *u* sternutamentum. Periculosissimumque est, si hæc secuta subita *x* de- 72,3.
iectio est. Fere vero, quæ in pulmonis, eadem in lateris doloribus, & mitiora signa, & asperiora esse consuerunt. Ex iocinore si 67,3.
pus *y* cruentum exit, mortiferum est. At ex suppurationibus hæ *z* pessimæ sunt, quæ intus tendunt, sic ut exteriorem quoque cutem decolorent: ex his deinde, quæ in exteriorem partem prorumpunt, quæ maximæ, quæque planissimæ sunt. Quod si, ne rupta quidem vomica, vel pure extrinsecus emisso, febris quievit, aut quamvis quieverit, tamen repetit, item, si sitis est, si cibi fastidium, si venter liquidus, si pus est lividum & pallidum, si nihil æger excreat nisi pituitam spumantem, periculum certum est. Atque ex his quidem suppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur: ex cæteris iuniores. At in tabe sputum mixtum purulentum, febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testatur. Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, ubi capilli *a* fluunt; ubi urina quædam *b* araneis similia subsi-

l. 18. *tum quæ.* l. 34. *superſidentia.* L.

s *Præn.* XIII. 6. t *Præn.* XIII. 8. u *Aph.* VI. 16. *Coac. Præn.* III. 174. *Præn.* XIII. 10. x *Aphor.* VI. 12. y *Aph.* VII. 45. z *Præn.* VII. a *Aph.* V. 11. b *Præn.* XII. 1. *Coac. Præn.* V. 49.

168,5. dentia ostendit; atque in sputis odor *c* fœdus est; maximeque, ubi post hæc orta
71,10. deiectio est, protinus moritur: utique, si tempus *d* autumni est: quo fere, qui cætera parte anni traxerunt, resolvuntur. Item, pus expuisse in hoc morbo, deinde ex toto spuere *e* desiisse, mortiferum est. Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo vomicæ, fistulæve oriri. quæ non facile sanescunt, nisi si multa signa bonæ valetudinis subsecuta sunt. Ex reliquis *f* vero minime facile sanantur virgines, aut eæ mulieres,
67,33. quibus super tabem menstrua suppressa sunt. Cui vero sano *g* subitus dolor capitis ortus est, dein somnus oppressit, sic ut stertat, neque expergiscatur, intra septimum diem pereundum est, magis si, cum
54,20. alvus cita non antecesserit, palpebræ dormientis non coeunt, sed album oculorum apparet. Quos tamen † ita mors sequitur, si id malum non est febre discussum. At *h* aqua inter cutem, si ex acuto morbo cœpit, ad sanitatem raro perducitur: utique, si contraria his, quæ supra posita sunt, subsequuntur. Aeque in ea quoque tussis *i* spem tollit: item, si sanguis sursum *k* deorsumve erupit, & aqua medium corpus implevit. Quibusdam etiam in hoc morbo *l* tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. Hi quidem tutiores sunt, quam qui supra comprehensi sunt, si attenduntur: sed fere fiducia secundæ valetudinis opprimuntur. Illud iure aliquis mirabitur, quomodo quædam simul & affligant nostra

l. 1. *in his.* l. 7. *Solet etiam in adolescentibus is morbus ex vomica.* L. l. 9. *qui.* l. 13. 14. *supervenit tabes, quod menstrua suppressa sint.* L. l. 17. *si eum.* l. 18. *si palp.* l. 19. *si alb.* l. 31. *attendunt.*

c *Aph.* v. 11. d *Aph.* III. 10. e *Aphor.* VII. 16. 78. f *II. Præd.* XIII. 5. g *Aph.* VI. 51. † cita *vel* certa, *lego.* h *Præn* VIII. 1. i *Aph.* VI. 35 VII. 47. k *II. Præd.* XI. 30. l *II. Præd.* XI. 33.

noſtra corpora, & parte aliqua tueantur.
Nam, ſive aqua inter cutem quem implevit,
ſive in magno abſceſſu *m* multum puris coiit,
ſimul id omne effudiſſe, æque mortiferum
eſt, ac ſi quis ſani corporis vulnere factus
exſanguis eſt. Articuli vero, qui ſic dolent,
ut ſuper eos ex callo quædam tubercula in- 68,23.
nata ſint, nunquam liberantur: quæque eo-
rum vitia vel in *n* ſenectute cœperunt, vel
in ſenectutem ab adoleſcentia pervenerunt,
ut aliquando leniri poſſunt, ſic nunquam
ex toto finiuntur. Morbus quoque comitia-
lis poſt annum quintum & vigeſimum or-
tus ægre curatur: multoque ægrius is, qui 68,27.
poſt quadrageſimum annum cœpit; adeo ut
in ea ætate * aliquid in natura ſpei, vix 68,26.
quicquam in medicina ſit. In eodem mor-
bo, ſi ſimul totum *o* corpus afficitur, ne-
que ante in partibus aliquis venientis ma-
li ſenſus eſt, ſed homo ex improviſo con- 172,9.
cidit, cuiuſcumque is ætatis eſt, vix ſa-
neſcit: ſi vero aut mens læſa eſt, aut ner-
vorum facta reſolutio, medicinæ locus non
eſt. Deiectionibus *p* quoque ſi febris acceſſit; 68,34.
ſi inflammatio iocinoris, aut præcordio-
rum, aut ventris; ſi immodica ſitis; ſi lon-
gius tempus; ſi alvus varia; ſi cum dolore
eſt, etiam mortis periculum ſubeſt: maxi-
meque, ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœ-
perunt. Iſque morbus maxime *q* pueros ab-
ſumit uſque ad annum decimum: cæteræ
ætates facilius ſuſtinent. Mulier *r* quoque
gravida eiuſmodi caſu rapi poteſt: atque,
etiamſi ipſa convaluit, partum tamen per- 61,34.

 dit.

l. 6. *vero, cui ſi.*

m *Aph.* VI. 27. n *II. Præd.* XV. 2. * *Aph.* II. 45.
o *II. Præd.* XVI. 4. p *II. Præd.* XXX. 3. 4. q *II Præd.*
XXX. 10. r *II. Præd.* XXX. 14.

dit. Quin etiam tormina *f* ab atra bile orſa mortifera ſunt: aut ſi ſub his, extenuato iam corpore, ſubito nigra alvus profluxit. At inteſtinorum *t* lævitas periculoſior eſt, ſi frequens deiectio eſt; ſi venter omnibus horis & cum ſono & ſine hoc profluit; ſi ſimiliter noctu & interdiu; ſi, quod excernitur, aut crudum eſt, aut nigrum, &, præter id, etiam læve, & mali odoris; ſi ſitis urget; ſi poſt potionem urina non redditur (quod evenit, quia tunc liquor omnis non in veſicam, ſed in inteſtina deſcendit;) ſi os exulceratur; ſi rubet facies, & quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur; ſi venter eſt quaſi fermentatus, pinguis atque rugoſus; ſi & cibi cupiditas non eſt. Inter quæ cum evidens mors ſit, multo evidentior eſt, ſi iam longum quoque id vitium eſt: maxime etiam, ſi in corpore ſenili eſt. Si vero in tenuiore inteſtino morbus eſt, † vomitus, ſingultus, nervo-
221, 29. rum diſtentio, delirium, mala ſunt. At in morbo arquato, *u* durum fieri iecur, pernicioſiſſimum eſt. Quos lienis *x* male habet, ſi tormina prehenderunt, deinde converſa ſunt vel in aquam inter cutem, vel in inteſtinorum lævitatem, vix ulla medi-
70,7. cina periculo ſubtrahit. Morbus inteſtini tenuioris *y*, niſi reſolutus eſt intra ſeptimum diem, occidit. Mulier *z* ex partu, ſi cum febre vehementibus etiam & aſſiduis capitis doloribus premitur, in periculo mortis eſt. Si dolor atque inflammatio eſt in his partibus, quibus viſcera con-

l. 4. *Aut.* l. 6. *cum ſomno.* l. 18. *in longinquum.* l. 24. *lienes -- habent.* l. 25. *inverſa.* l. 28. *tenuioris ex urinæ difficultate, niſi febre.*

f *Aph.* IV. 24. t *II. Præd.* XXXI. 2. 3. 4. † *Aph.* VII. 10. u *Aph.* VI. 42. x *Aph.* VI. 43. y *Aph.* VI. 44. z *Aph.* V. 55.

continentur, frequenter ſpirare, ſignum malum eſt. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, & in cervices ac ſcapulas tranſit, rurſuſque in caput revertitur, aut a capite ad cervices ſcapulaſque pervenit, perniciosus eſt: niſi vomicam aliquam excitavit, ſic, ut pus * extuſſiretur; aut niſi ſanguis ex aliqua parte prorupit; aut niſi in capite multa porrigo, totove corpore puſtulæ ortæ ſunt. Æque magnum malum eſt, ubi torpor *a* atque prurigo pervagantur, modo per totum caput, modo in parte; aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt, eaque ad ſummam quoque linguam perveniunt. Et, cum in iiſdem ex abſceſſibus auxilium ſit, difficilior ſanitas eſt, quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequuntur. In coxæ *b* vero doloribus, ſi vehemens torpor eſt, frigeſcitque crus & coxa, alvuſque niſi coacta non reddit, idque, quod excernitur, mucoſum eſt, iamque ætas eius hominis quadrageſimum annum exceſſit, is morbus erit longiſſimus, minimeque annuus; neque finiri poterit, niſi aut vere, aut † autumno. Difficilis æque curatio eſt, in eadem ætate, ubi humerorum dolor *c* vel ad manus pervenit, vel ad ſcapulas tendit, torporemque & dolorem creat, neque bilis vomitu levatur. Quacunque vero parte corporis membrum aliquod reſolutum eſt, ſi neque *d* movetur, & emacreſcit, in priſtinum habitum non revertitur; eoque minus, quo vetuſtius *e* id vitium eſt, & quo magis in corpore ſenili eſt. Omnique reſolutioni nervorum ad medicinam 39,24.
non

l. 6. *excitat.* l. 7. *extuſſiatur.* l. 8. *prorumpit.* l. 9. *prurigo.* l. 14. om. *ex.* l. 15. *eo tamen.* l. 23. *minimum.* l. 28. *levata eſt.*

* *Cæl. Aurelian. Acut. Morb.* II. 16. a *II. Præd.* XXXVII. b *II. Præd.* xlv. 2. *ad* 8. † *ex Hippocrate.* c *II. Præd.* xliv. 1. 2. d *II. Præd.* xlii. 8. e *II. Præd.* xliii. 2. 3.

178,32. non idonea tempora ſunt hiems *f* & autu-
mnus: aliquid ſperari poteſt vere & æſtate.
Iſque morbus mediocris † vix * ſanatur, ve-
hemens ſanari non poteſt. Omnis etiam do-
178,18. lor minus medicinæ paret, qui ſurſum *g* pro-
69,26. cedit. Mulieri *h* gravidæ ſi ſubito mammæ
emacuerunt, abortus periculum eſt. Quæ
neque *i* peperit, neque gravida eſt, ſi lac ha-
147,7. bet, a menſtruis defecta eſt. Quartana *k*
æſtiva, brevis: autumnalis fere longa eſt;
maximeque, quæ coepit hieme appropin-
quante. Si ſanguis *l* profluxit, deinde ſecu-
ta eſt dementia cum diſtentione nervorum,
periculum mortis eſt. Itemque, ſi medica-
mentis *m* purgatum, & adhuc inanem, ner-
vorum diſtentio oppreſſit: aut ſi in magno
dolore, extremæ partes frigent. Neque is
ad vitam *n* redit, qui ex ſuſpendio, ſpu-
mante ore, detractus eſt. Alvus *o* nigra,
ſanguini atro ſimilis, repentina, ſive cum
febre, ſive etiam ſine hac eſt, pernicio-
ſa eſt.

CAP. IX.

De Morborum curationibus.

COGNITIS indiciis, quæ nos vel ſpe conſolentur, vel metu terreant, ad curationes morborum tranſeundum eſt. Ex his quædam communes ſunt, quædam propriæ. Communes, quæ pluribus morbis opitulantur. Propriæ, quæ ſingulis. Ante de communibus dicam. Ex quibus tamen quædam non ægros ſolum, ſed ſanos quoque ſuſtinent, quædam in adverſa tantum valetudine adhibentur.

Omne

l. 5. *patet.* l. 7. *emarcuerunt.* al. *emacruerunt.*

f *II. Præd.* xliii. 4. † *Aph.* ii. 42. * *Aretæus de Morb. Diuturn.* i. 7. g *II. Præd.* xlvi. 9. h *Aph.* v. 37. i *Aph.* v. 39. k *Aph.* ii. 25. l *Aph.* v. 3. m *Aph.* v. 4. n *Aph.* ii. 43. o *Aph.* iv. 21.

Omne vero auxilium corporis, aut demit aliquam materiam, aut adiicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, ſimulque aut durat, aut mollit. Quædam non uno modo tantum, ſed etiam duobus inter ſe non contrariis adiuvant. Demitur materia, ſanguinis detractione, cucurbitula, deiectione, vomitu, frictione, geſtatione, omnique exercitatione corporis, abſtinentia, ſudore. De quibus protinus dicam.

CAP. X.

De ſanguinis detractione per venas. a

SANGUINEM, inciſa vena, mitti, novum non eſt: ſed nullum pene morbum eſſe, in quo non mittatur, novum eſt. Item, mitti iunioribus, & fœminis uterum non gerentibus, vetus eſt. In pueris *b* vero idem experiri, & in ſenioribus, & in gravidis quoque mulieribus, vetus non eſt. Siquidem antiqui, primam ultimamque ætatem ſuſtinere non poſſe hoc auxilii genus iudicabant; perſuaſerantque ſibi, mulierem gravidam, quæ ita curata eſſet, *c* abortum eſſe facturam. Poſtea vero uſus oſtendit, nihil ex his eſſe perpetuum, aliasque potiores obſervationes adhibendas eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat. Intereſt enim, non quæ ætas ſit, neque quid in corpore intus geratur, ſed quæ vires ſint. Ergo, ſi iuvenis imbecillus eſt; aut ſi mulier, quæ gravida non eſt, parum valet, male ſanguis mittitur. emoritur enim vis, ſi, quæ his ſuperer-

erat,

l. 14. om. *per venas.* l. 27. *potius.* l. 34. om. *his.*

a *Actuar. M. M. III.* 1. b *Actuar. M. M. III.* 8. c *Aphor.* v. 31.

erat, hoc modo erepta eſt. At firmus puer, & robuſtus ſenex, & gravida mulier valens, tuto ſic curantur. Maxime tamen in his medicus imperitus falli poteſt: quia fere minus roboris illis ætatibus ſubeſt. Mulierique prægnanti poſt curationem quoque viribus opus eſt, non tantum ad ſe, ſed etiam ad partum ſuſtinendum. Non, quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus eiiciendum eſt; cum præcipua in hoc ars ſit, quæ non annos numeret, neque conceptionem ſolam videat,
120,8. ſed vires *d* æſtimet, & ex eo colligat, poſſit
131,2. nec ne ſupereſſe, quod vel puerum, vel ſenem, vel in una muliere duo corpora ſimul ſuſtineat. * Intereſt etiam inter valens corpus, & obeſum; inter tenue, & infirmum. Tenuioribus magis ſanguis, plenioribus magis caro abundat. Facilius itaque illi detractionem eiuſmodi ſuſtinent: celeriusque ea, ſi nimium eſt pinguis aliquis, affligitur. Ideoque vis corporis melius ex venis, quam ex ipſa * ſpecie æſtimatur.

Neque ſolum hæc conſideranda ſunt, ſed etiam morbi genus quod ſit: utrum ſuperans, an deficiens materia læſerit: corruptum corpus ſit, an integrum. Nam ſi materia vel deeſt, vel integra eſt, iſtud alienum eſt. At ſi vel copia ſui male habet, vel corrupta eſt, nullo modo melius ſuccurritur. Ergo vehemens febris, ubi rubet corpus, plenæque venæ tument, ſangui-
178,21. nis detractionem requirit: item viſcerum
194,2. morbi, † nervorumque reſolutio, & rigor, & diſten-

l. 1. *et hoc.* om. *eſt.* l. 3. om. *ſic.* l. 10. *faciendum.* l. 15. *quod duo.* l. 16. *enim.* l. 21. *ea, ſi.* om. *aliquis.* L. l. 24. *enim ſolum.*

d *Soran. Epheſ. Iſag. c.* 23. * *Cicero in Oratore c.* 2.
† *Pantin. ad Celſum pag.* 238.

distentio: quicquid denique fauces difficul- 196, 21.
tate spiritus strangulat; quicquid subito supprimit vocem; quisquis intolerabilis dolor est; & quacumque de causa ruptum aliquid intus atque collisum est: item malus corporis habitus; omnesque acuti morbi, qui modo, ut supra dixi, non infirmitate, sed onere nocent.

Fieri tamen potest, ut morbus quidem id desideret, corpus autem vix pati posse videatur: sed, si nullum tamen appareat aliud auxilium, periturusque sit, qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adiutus, in hoc statu boni medici est ostendere, quam nulla spes sine sanguinis detractione sit; faterique, quantus in hac ipsa re metus sit: & tum demum, si exigatur, sanguinem mittere. De quo dubitari in eiusmodi re non oportet; satius est enim anceps auxilium experiri, quam nullum. Idque maxi- 178,
me fieri debet, ubi nervi resoluti sunt; ubi 19,29.
subito aliquis obmutuit, ubi angina *e* stran- 196,21.
gulatur; ubi prioris febris accessio pene confecit, paremque subsequi verisimile est, neque eandem videntur sustinere ægri vires posse.

Cum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est, neque enim semper concoctionem res expectat. Ergo, si ex superiore parte aliquis 203,20.
decidit, si contusus est, si ex aliquo subito 204, 9
casu sanguinem vomit, quamvis paulo ante sumpsit cibum, tamen protinus ei demenda materia est, ne, si subsederit, corpus affligat.

l. 11. om. *appareat.* al. *apparet.* l. 17. *exigetur.* l. 25. *eam.*

e *I. Epid.* vi. 26.

fligat. Idemque etiam in aliis caſibus repentinis, qui ſtrangulabunt, dictum erit. At, ſi morbi ratio patietur, tum demum, nulla cruditatis ſuſpicione remanente id fiet. Ideoque ei rei videtur aptiſſimus adverſæ valetudinis dies ſecundus, aut tertius. Sed ut aliquando etiam primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſic nunquam utile poſt diem quartum eſt, cum iam ſpacio ipſo materia & exhauſta eſt, & corpus corrumpit; ut detractio imbecillum id facere poſſit, non poſſit integrum. Quod ſi vehemens febris urget, in ipſo impetu eius ſanguinem mittere, hominem iugulare eſt. Expectanda ergo remiſſio eſt. Si non decreſcit, ſed creſcere deſiit, ſi neque remiſſio ſperatur, tunc quoque, quamvis peior, ſola tamen occaſio non omittenda eſt.

Fere etiam iſta medicina, ubi neceſſaria eſt, in biduum dividenda eſt. Satius eſt enim, primum levare ægrum, deinde perpurgare, quam ſimul omni vi effuſa fortaſſe præcipitare. Quod ſi in cura quoque aquæ, quæ inter cutem eſt, ita reſpondet; quanto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat?

Mitti vero is debet, ſi totius corporis cauſa ſit, ex brachio: ſi partis alicuius, ex ea ipſa parte, aut certe quam proxima: quia non ubique mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachiis, iuxta talos. Neque ignoro, quoſdam dicere, quam longiſſime [f] ſanguinem inde, ubi lædit, eſſe mittendum; ſic enim averti materiæ curſum; at illo modo in

l. 3. *patiatur.* l. *ſuſpectione.* al. *ſuſpictione.* l. 10. *vel* pro *et.* it. *corrupit.* l. 15. *intermiſſio eſt, ſi non decedit, cum.* l. 16. *is neque.* l. 21. *in primum.*

f *De Nat. Hum.* XXII. 4. *De Venis* XIII. 6.

in idipſum, quod gravatur, evocari. Sed idipſum falſum eſt. proximum enim locum primo exhaurit: ex ulterioribus autem eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur: ubi is ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, ne venit quidem. Videtur tamen uſus ipſe docuiſſe, ſi caput † fractum eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendum eſſe: ſi quod in humero * vitium eſt, ex altero brachio. credo, quia, ſi quid parum ceſſerit, opportuniores hæ partes iniuriæ ſunt, quæ iam male habent. Avertitur quoque interdum ſanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur. deſinit enim fluere qua nolumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere.

Mittere autem ſanguinem cum ſit expeditiſſimum, uſum habenti; tamen ignaro difficillimum eſt. Iuncta enim eſt vena arteriis, his nervi. Ita, ſi nervum ſcalpellus attigit, ſequitur nervorum *g* diſtentio, eaque hominem crudeliter conſumit. At arteria *h* inciſa neque coit, neque ſaneſcit: in- 283,24.
terdum etiam, ut ſanguis vehementer erumpat, efficit. Ipſius quoque venæ, ſi forte præciſa eſt, capita comprimuntur, neque ſanguinem emittunt. At ſi timide ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neque venam incidit. Nonnunquam etiam ea latet, neque facile reperitur. ita multæ res id difficile inſcio faciunt, quod perito facillimum eſt.

Incidenda ad medium vena eſt. Ex qua cum ſanguis erumpit, colorem eius habitumque

l. 1. *gravat.* l. 3. *exaruit.* l. 11. *quam quæ.*
l. 14. *volumus.* l. 18. *tum.*

† *Quidam vir doctus l.* tactum. * *Aph.* VI. 22.
g *De Morb.* III. 32. h *Aph.* VI. 18. 19. *l. De Morb.* VII. 21.

289, 7. tumque oportet attendere. Nam ſi is craſſus & niger eſt, vitioſus eſt; ideoque utiliter effunditur: † ſi rubet & pellucet, integer eſt; eaque miſſio ſanguinis adeo non prodeſt, ut etiam noceat, protinuſque is ſupprimendus eſt. Sed id evenire non poteſt ſub eo medico, qui ſcit, ex quali corpore ſanguis mittendus ſit. Illud magis fieri ſolet, ut æque niger aſſidue ac primo die profluat. quod quamvis ita eſt, tamen ſi iam ſatis fluxit, ſupprimendus eſt: ſemperque ante finis faciendus eſt, quam * anima deficiat.

Deligandumque brachium ſuperimpoſito expreſſo ex aqua frigida penicillo; & poſtero die adverſo medio digito vena ferienda, ut recens coitus eius reſolvatur, iterumque ſanguinem fundat. Sive autem primo, ſive ſecundo die ſanguis, qui craſſus & niger initio fluxerat, & rubere, & pellucere cœpit, ſatis materiæ detractum eſt, atque quod ſupereſt, ſincerum eſt: ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita eſt, donec valens cicatricula ſit; quæ celerrime in vena confirmatur.

CAP. XI.

De Sanguinis detractione per Cucurbitulas.

CUCURBITULARUM *a* vero duo genera ſunt: æneum, & corneum Ænea, altera parte patet; altera, clauſa eſt. Cornea, altera parte æque patens, altera foramen habet exiguum. In æneam linamen-

l. 9. om. *ac.* l. 15. *digito, non autem ſcapello vena.* ibid. *fricanda.* L. l. 34. *æneum.*

† *Caſaub. in Athenæum Animadv. L.* 1. *c.* 20. *pag.* 60.
* *Soran. Epheſius Iſagog.* 1. *cap.* 22. a *Proſp. Alpin. de Medic. Ægypt.* II. 13.

mentum ardens coniicitur, ac ſic os eius corpori aptatur, imprimiturque, donec inhæreat. Cornea, per ſe corpori imponitur; deinde, ubi ea parte, qua exiguum foramen eſt, ore ſpiritus adductus eſt, ſuperque cera cavum id clauſum eſt, æque inhæreſcit. Utraque non ex his tantum materiæ generibus, ſed etiam ex quolibet alio recte fit. Ac ſi cætera defecerunt, caliculus quoque aut pultarius, oris compreſſioris, ei rei commode aptatur. Ubi inhæſit, ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit: ſi integra eſt, ſpiritum. Ergo ubi materia, quæ intus eſt, lædit, illo modo: ubi inflatio, hoc imponi ſolet.

Uſus autem cucurbitulæ præcipuus eſt, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem ſatis eſt. Idque ipſum teſtimonium eſt, etiam ſcalpello ſanguinem, ubi membro ſuccurritur, ab ea potiſſimum parte, quæ iam læſa eſt, eſſe mittendum: quod nemo concurbitulam diverſæ parti im- 233, 34.
ponit, niſi cum profuſionem ſanguinis eo avertit; ſed ei ipſi, quæ dolet, quæque liberanda eſt.

Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis longis (quamvis & iis iam ſpacium aliquod acceſſit) ſive corrupta materia, ſive ſpiritu male habente. In acutis quoque quibuſdam, ſi levari corpus debet, & ex vena ſanguinem mitti, vires non patiuntur. Idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum; neque unquam periculoſum

 eſt,

l. 9. *At.* l. 18. *confirmandum.* l. 27. om. *etiam.* l. 28. *iam & iis.* al. *quamvis etiam ſpatium.*

eſt, etiamſi in medio febris impetu, etiamſi
in cruditate adhibetur. Ideoque ubi ſangui-
nem mitti opus eſt, ſi inciſa vena præceps
83,17. periculum eſt, aut ſi in parte corporis
etiam vitium eſt, huc potius confugiendum
eſt, cum eo tamen, ut ſciamus hic, ut nullum
periculum, ita levius præſidium eſſe; nec
232,15. poſſe vehementi *b* malo, niſi æque vehemens
auxilium ſuccurrere.

CAP. XII.

De Deiectione.

DEIECTIONEM autem antiqui va-
riis medicamentis, crebraque alvi du-
ctione in omnibus fere morbis molieban-
tur: dabantque aut nigrum veratrum, aut
filiculam, aut ſquamam æris, quam λεπίδα χαλκῦ
Græci vocant; aut lactucæ ma-
rinæ † lac, cuius gutta pani adiecta abun-
de purgat; aut lac vel aſininum, vel bu-
bulum, vel caprinum, eique ſalis paulum
adiiciebant, decoquebantque id, &, ſublatis
his, quæ coïerant, quod quaſi ſerum ſuper-
erat, bibere cogebant.

241,25. Sed medicamenta ſtomachum fere læ-
dunt. Ideoque omnibus catharticis aloë mi-
ſcenda eſt. Alvus ſi vehementius fluit,
aut ſæpius ducitur, hominem infirmat. Er-
go nunquam in adverſa valetudine medi-
camentum eius rei cauſa recte datur, niſi
ubi is morbus ſine febre eſt. Ut cum vera-
trum nigrum, aut atra bile vexatis, aut cum
87,13. *a* triſtitia inſanientibus, aut iis, quorum
177,33. nervi parte aliqua reſoluti ſunt, datur. At,
ubi

l. 4. *aut nobili.* L. l. 5. *etiam huc.* L. l. 17. *lepidochalcon.* al. λεπιδοχαλκόν.

b *De Arte* XIII. 16. *Eraſm. Adag.* malo nodo. *Chryſ. ad Geneſ. cap.* I. *Homil.* VI. † *Patin. pag.* 248.
a *I. Diæt.* XXIII. 10. *De Inſomn.* VI. 5. *de victu Acut.* LVI.

ubi febres ſunt, ſatius eſt eius rei cauſa cibos potioneſque aſſumere, qui ſimul & alant, & ventrem molliant. Suntque valetudinis genera, quibus ex lacte purgatio convenit.

2. *De Alvi ductione.* b

Plerumque vero alvus potius ducenda eſt. quod, ab Aſclepiade *c* quoque ſic temperatum, ut tamen ſervatum ſit, video plerumque ſeculo noſtro, præteriri. 29, 7. Eſt autem ea moderatio, quam is ſecutus videtur, aptiſſima, ut neque ſæpe † ea medicina tentetur, & tamen ſemel, vel ſummum bis, non omittatur, ſi caput grave eſt; ſi oculi caligant; ſi morbus maioris inteſtini eſt, quod Græci κῶλον nominant; ſi in imo ventre, aut in coxa dolores ſunt; ſi in ſtomachum quædam bilioſa concurrunt, vel etiam pituita eo ſe, humorve aliquis aquæ ſimilis confert; ſi ſpiritus difficilius redditur; ſi nihil per ſe venter excernit; utique, ſi iuxta quoque ſtercus eſt, & intus remanet; aut ſi ſtercoris odorem, nihil deiiciens, æger ex ſpiritu ſuo ſentit; aut ſi corruptum eſt, quod excernitur; aut ſi prima inedia febrem non ſuſtulit; aut ſi ſanguinem mitti, cum opus ſit, vires non patiuntur, tempuſve eius rei præteriit; aut ſi multum ante morbum aliquis potavit; aut ſi is, qui ſæpe, vel ſponte, vel caſu purgatus eſt, ſubito habet alvum ſuppreſſam. Servanda vero illa ſunt, ne ante diem tertium ducatur: ne ulla cruditate ſubſtante: ne in corpore infirmo, diuque in adverſa valetudine exhauſto: neve in eo, cui ſatis alvus reddit quotidie, quive

l. 6. *lotionibus.* al. *potionibus.* L. l. 7. *vituperatum.* L. l. 11. om. *ea.* L. l. 12. *ſemel ſumptum vel bis.* l. 28. *portavit.* l. 33. om. *in.*

b *Plutarch. de tuend. Valet. p.* 232. c *Plin.* XXVI. 3.
† *Craton. Conſilia Med. ex ed. Scholzii.*

ve eam liquidam habebit: ne in ipſo acceſſionis impetu, quia, quod tum infuſum eſt, alvo continetur, regeſtumque in caput, multo gravius periculum efficit. Pridie vero abſtinere debet æger, ut aptus tali curationi ſit. Eodem die ante aliquot horas aquam calidam bibere, ut ſuperiores eius partes madeſcant: tum iniicienda alvus eſt, ſi levi medicina contenti ſumus, pura aqua; ſi paulò valentiori, mulſa; ſi leni, ex aqua, in qua fœnum græcum, vel ptiſana, vel malva decocta ſit: ſi reprimendi cauſa, ex
109,30. † verbenis. Acris autem eſt marina aqua, vel alia ſale adiecto: atque utraque decocta commodior eſt. Acrior fit, adiecto vel oleo, vel nitro, vel melle quoque. Si acrior eſt, eo plus extrahit, ſed minus facile ſuſtinetur. Id quod infunditur, neque frigidum eſſe oportet, neque calidum; ne alterutro modo lædat. Cum infuſum eſt, quantum fieri poteſt, continere ſe in lectulo debet æger, nec primæ cupiditati deiectionis protinus cedere; ubi neceſſe eſt, tum demum deſidere. Fereque eo modo dempta materia, ſuperioribus partibus levatis, morbum ipſum mollit. Cum vero, quotiens res coëgit, deſidendo aliquis ſe exhauſit, paulisper debet conquieſcere; &, ne vires deficiant, utique eo die cibum aſſumere. qui plenior, an exiguus ſit dandus, ex ratione eius acceſſionis, quæ expectabitur, aut in metu non erit, æſtimari oportebit.

CAP.

l. 1. *habet.* L. *neve.* L. l. 5. *abſtineri.* l. 6. *horis.* L. l. 8. *immittenda in alvum.* al. *deiicienda.* al. *cienda alvus.* l. 10. om. *ex.* l. 14. *at.* L. l. 26. *tollit.* l. 31. *an.*

† *Pro quavis herba. Sic Plin.* XXVI. *c.* 10. Satyrii *nomine quaſvis herbas venerem excitantes nominat.*

CAP. XIII.

De Vomitu. a 29,21.

AT vomitus, ut in secunda quoque va-
letudine sæpe necessarius biliosis est;
sic etiam in his morbis, quos bilis conci-
tavit. Ergo omnibus, qui ante febres hor-
rore & tremore vexantur: omnibus, qui cho-
lera laborant: omnibus etiam cum qua-
dam hilaritate insanientibus; & comitiali 183,10.
quoque morbo oppressis necessarius est. Sed,
si acutus morbus est, sicut in cholera; si
febris est, inter horrores, asperioribus me-
dicamentis opus non est; sicut in deiectio-
nibus quoque supra dictum est. Satisque 84,31.
est, ea vomitus causa sumi, quæ sanis quo-
que sumenda esse proposui. At ubi longi
valentesque morbi sine febre sunt, ut co- 92,4.
mitialis aut insania, veratro quoque albo
utendum est. Id neque hieme, neque æsta-
te recte datur: optime, vere: tolerabiliter,
autumno. Quisquis daturus erit, id agere
ante debet, ut accepturi corpus *b* humidius
sit. Illud scire oportet, omne eiusmodi me-
dicamentum, quod † potui datur, non semper
ægris prodesse, semper *c* sanis nocere.

CAP. XIV.

De Frictione. a

DE frictione vero & gestatione adeo multa Asclepiades, tanquam inventor eius, *b* posuit in eo volumine, quod Communium Auxiliorum inscripsit, ut, cum trium tantum faceret mentionem, huius

l. *XII.* l. 12. *ut inter.* l. ead. *rigores. L.* l. 23. *humidum.* l. 27. *XIII.* l. 32. *quod in eo.* l. 33. om. *ut.*

a *Hippocrat. T.* 1. *pag.* 651. *III. De Diæt.* IV. b *Aph.* IV. 13. † *Vomitui.* c *Aph.* II. 36. IV. 16. a *Oribas. Med. Collect.* VI. 13. 16. 17. 18. *&c.* b *Plin.* XXVI. 3. *Mercur. de Arte Gym.* I. 7.

huius & vini & gestationis, tamen maximam partem in hoc consumpserit. Oportet autem neque recentiores viros in his fraudare, quæ vel repererunt, vel recte secuti sunt; & tamen ea, quæ apud antiquiores aliquos posita sunt, auctoribus suis reddere. Neque dubitari potest, quin latius quidem, & dilucidius, ubi & quomodo frictione utendum esset, Asclepiades præceperit; 348, 10. nihil tamen reperit, quod non a vetustissimo 549, 18. auctore Hippocrate paucis verbis comprehensum sit: qui dixit, Frictione, si vehemens sit, *c* durari corpus: si lenis, molliri: si multa, minui: si modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum utendum sit, cum aut adstringendum corpus sit, quod fluens est: aut molliendum, quod induruit: aut digerendum in eo, quod copia nocet: aut alendum id, quod tenue & infirmum est.

Quas tamen species, si quis curiosius æstimet, quod iam ad medicum non pertinet, facile intelliget, omnes ex una causa pendere, quæ demit. Nam & adstringitur aliquid, eo dempto, quod interpositum, ut id laxaretur, effecerat: & mollitur, eo detracto, quod duritiem creabat: & impletur, non ipsa frictione, sed eo cibo, qui postea usque ad cutem, digestione quadam relaxatam, penetrat. Diversarum vero rerum in modo causa est.

Inter unctionem autem & frictionem multum interest. Ungi enim, leniterque pertractari corpus, etiam in acutis & recentibus morbis oportet; in remissione tamen,

&

l. 1. *huius et aquæ.* Ald. *vinis s. et aquæ et.* alii: *huius et equi et.* l. 11. *repererit.* l. 18. *in eo, cui copia.* L. l. 27. om. *postea.*

c *III. Diæt.* xlii. 9. 10. *Oribas. Synops.* i. 4. *Plin.* xxviii. 4.

& ante cibum. Longa vero frictione uti, neque in acutis morbis, neque increſcentibus convenit; præterquam cum phreneticis ſomnus ea quæritur. Amat autem hoc auxilium valetudo longa, & iam a primo impetu inclinata. Neque ignoro, quoſdam dicere, omne auxilium neceſſarium eſſe increſcentibus morbis, non cum iam per ſe finiuntur. Quod non ita ſe habet. Poteſt enim morbus, etiam qui per ſe finem habiturus eſt, citius tamen adhibito auxilio tolli. quod duabus de cauſis neceſſarium eſt: ut & quam primum bona valetudo contingat; & ne morbus, qui remanet, iterum, quamvis levi de cauſa, exaſperetur. Poteſt enim morbus minus gravis eſſe, quam fuerit; neque ideo tamen ſolvi; ſed reliquiis quibuſdam inhærere, quas admotum aliquod auxilium diſcutit.

Sed ut, levata quoque adverſa valetudine, recte frictio adhibetur; ſic nunquam adhibenda eſt febre increſcente: verum, ſi fieri poterit, cum ex toto corpus ea vacabit; ſin minus, certe cum ea remiſerit. Eadem autem modo in totis corporibus eſſe debet, ut cum infirmus aliquis implendus eſt; modo in partibus; aut quia ipſa eius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius. Nam & capitis *d* longos dolores ipſius frictio levat; non in impetu tamen doloris: & membrum aliquod reſolutum ipſius frictione confirmatur. Longe tamen ſæpius aliud perfricandum eſt, cum aliud dolet: maximeque cum a ſummis, aut a mediis

F 5 parti-

l. 4. *requiritur. requirit.* l. 15. *quavis.* l. 19. *diſcutiat.* L. l. 24. om. *ſin.* l. 26. om. *eſt.* L. l. 27. *ipſa eius.* L.

d *Aretæus de Diut. Curat.* 1. 1.

partibus corporis evocare materiam volumus; ideoque extremas partes perfricamus. Neque audiendi sunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim ex viribus hominis colligendum est. Ut si quis perinfirmus est, potest satis esse quinquagies: si robustior, potest ducenties esse faciendum, inter utrumque deinde, prout vires sunt. Quo fit, ut etiam minus saepe in muliere, quam in viro: minus sape in puero, vel sene, quam in iuvene, manus dimovendae sint. Denique, si certa membra perfricantur, multa valentique frictione opus est. Nam neque totum corpus infirmari cito per partem potest, & opus est quam plurimum materiae digeri, sive id ipsum membrum, sive per id aliud levamus. At, ubi totius corporis imbecillitas hanc curationem per totum id exigit, brevior esse debet & lenior; ut tantummodo summam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo novae materiae fiat. In malis iam aegrum esse testatur, *e* ubi exterior pars corporis friget, interior cum siti calet, ut supra posui. Sed
55, 22. tunc quoque unicum in frictione praesidium est. quae si calorem in cutem evocavit, potest alicui medicinae locum facere.

CAP. XV.

De Gestatione. a

GESTATIO quoque longis etiam & inclinatis morbis aptissima est. utilisque est & his corporibus, quae iam ex

l. 5. *et si.* l. 22. *fricatione.* l. om. *id.* L. l. 26. om. *in cutem.* L. l. 29. *XIV.* l. 31. *et iam.* L.

e *Aph.* IV. 48. a *Oribas. Coll. Medic.* VI. 23.

ex toto febre carent; ſed adhuc exerceri per ſe non poſſunt; & his, quibus lentæ morborum reliquiæ remanent, neque aliter eliduntur. Aſclepiades etiam in recenti vehementique febre, præcipueque ardente, ad diſcutiendam eam, geſtatione dixit utendum eſſe. Sed id periculoſe fit; meliusque quiete eiuſmodi impetus ſuſtinetur. Si quis tamen *b* experiri volet, ſic experiatur, ſi lingua non erit aſpera, ſi nullus tumor, nnlla durities, nullus dolor viſceribus, aut capiti, aut præcordiis ſuberit. Et ex toto, nunquam geſtari corpus dolens debet, ſive id in toto, ſive in parte eſt; niſi tamen ſolis nervis dolentibus; neque unquam increſcente febre, ſed in remiſſione eius.

Genera *c* autem geſtationis plura ſunt: quæ adhibenda ſunt & pro viribus cuiuſque, & pro opibus; ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obſint. Geſtationum leniſſima eſt navi, vel in portu, vel in flumine; vehementior in alto mari; vel lectica, aut ſcamno: acrior, vehiculo. Atque hæc ipſa & intendi & leniri poſſunt. Si nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet, & moveri. Si ne id quidem eſt, at certe uni pedi lecti funiculus ſubiiciendus eſt, atque ita lectus huc & illuc manu impellendus. Et levia quidem genera exercitationis infirmiſſimis conveniunt: valentiora vero his, qui iam pluribus diebus febre liberati ſunt; aut his, qui gravium morborum initia ſic ſentiunt, ut adhuc febre vacent (quod & in tabe, & in ſto- machi

l. 5. *ardente febre.* L. l. 7. om. *eſſe.* L. l. 8. *in quiete.* l. 12. *Et ex.* l. 20. *deſint.* l. 23. *vehementior in alto mari navi.* L. l. 24. *hæ ipſæ.* L. l. 27. *fulcimentum ſubiiciendum.* L. l. 31. om. *qui iam pluribus diebus febre liberati ſunt, aut his.*

b *Oribaſ. Medic. Coll.* VI. 25. c *Oribaſ. Medic. Coll.* VI. 23.

machi vitiis, & (cum aqua cutem ſubiit, &
interdum in morbo regio fit) aut ubi qui-
dam morbi, qualis comitialis, qualis inſa-
87, 18. nia eſt, ſine febre, quamvis diu, manent.
In quibus affectibus ea quoque genera exer-
citationum neceſſaria ſunt, quæ comprehen-
dimus eo loco †, quo, quemadmodum ſa-
ni, neque firmi homines ſe gererent, præ-
cepimus.

CAP. XVI.

De Abſtinentia. a

ABSTINENTIÆ vero duo genera
ſunt. Alterum, ubi nihil aſſumit
æger: alterum, ubi non niſi quod oportet.
Initia morborum primum * famem, ſitim-
que deſiderant: ipſi deinde morbi, mode-
rationem, ut neque aliud quam expedit,
neque eius ipſius nimium ſumatur. neque
24, 33. enim convenit iuxta inediam protinus ſa-
tietatem eſſe. Quod ſi ſanis quoque cor-
poribus inutile eſt, ubi aliqua neceſſitas fa-
mem fecit; quanto inutilius eſt in corpore
etiam ægro? Neque ulla res *b* magis adiuvat
laborantem, quam tempeſtiva abſtinentia.
Intemperantes homines apud nos, ſibi cibi
tempora, modum curantibus dant. Rur-
ſus alii, tempora medicis pro dono remit-
tunt, ſibi ipſis modum vendicant. Libera-
liter agere ſe credunt, qui cætera illorum
arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi
ſunt; quaſi quæratur, quid medico liceat,
non quid ægro ſalutare ſit. Cui vehemen-
ter nocet, quoties in eius, quod aſſumitur,
vel

l. 8. *gerere debent.* L. l. *XV.* l. 23. *eſt infirmo, nedum ægro.* L. l. 26. *ipſi* pro *ſibi.* l. 27. om. *modum.*

† *Lib.* 1. *c.* 1. 2. a *Soran. Epheſ. Iſag. cap.* x. * *Hipp. de Vet. M. T.* xv. *n.* 10. b *Plin.* XXVIII. 4.

vel tempore, vel modo, vel genere peccatur.

CAP. XVII.

De Sudore.

SUDOR etiam duobus modis elicitur; aut ſicco calore, aut balneo. Siccus calor eſt, & arenæ calidæ, *a* & laconici, & clibani, & quarundam naturalium ſudationum, ubi e terra profuſus calidus vapor ædificio includitur, ſicut ſuper *b* Baias in myrtetis habemus. Præter hæc, ſole quoque & exercitatione is movetur. Utiliaque hæc genera ſunt, quoties humor intus nocet, isque digerendus eſt. Ac nervorum quoque quædam vitia ſic optime curantur. Sed cætera infirmis poſſunt convenire: Sol, & exercitatio tantum robuſtioribus; qui tamen ſine febre, vel initio morbi, vel etiam non gravibus morbis tenentur. Cavendum autem eſt, ne quid horum vel in *c* febre, vel in cruditate tentetur.

At balnei duplex uſus eſt. Nam modo, diſcuſſis febribus, initium cibi plenioris, vinique firmioris, valetudini facit; modo febrem ipſam tollit. Fereque adhibetur, ubi ſummam cutem relaxari, evocarique corruptum humorem, & habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo utebantur: Aſclepiades *d* audacius. Neque terrere autem ea res, ſi tempeſtiva eſt, debet: et ante tempus, nocet. Quiſquis febre liberatus eſt, ſimulatque ea uno die non acceſſit, eo, qui proximus eſt, poſt tempus acceſſio-

l. 3. *XVI.* l. 5. om. *etiam.* l. 9. *ſudationes.* l. 10. *a.* l. 11. *Batas.* L. l. 16. *Et.* L. l. 19. *inter initia morbi*, vel *etiam non amplius gravibus.* ibid. om. *non.* l. 32. *At.* L. alii *Et ſi.*

a *Aëtius Tetr. I. Serm. III.* 9. b *Horat. Epiſt.* xv. *l.* 1. *Ovid. de A. A. L.* 1. *Caſſiodor. Var. l.* ix. 6. c *l. de Morb. Mul.* lviii. 14. d *Plin.* xxvi. 3.

ceſſionis, tuto lavari poteſt. At ſi circuitum habere ea febris ſolita eſt, ſic ut tertio, quartove die revertatur, quandocunque non acceſſit, balneum tutum eſt. Manentibus vero adhuc febribus, ſi hæ ſunt lentæ, lienesque iamdiu male habent, recte medicina iſta tentatur: cum eo tamen, ne præcordia dura ſint, neve ea tumeant, neve lingua aſpera ſit, neve aut in medio corpore, aut in capite dolor ullus ſit, neve tum febris increſcat. Et in his quidem febribus, quæ certum circuitum habent, duo balnei tempora ſunt; alterum, ante horrorem; alterum, febre finita. In his vero, qui lentis febriculis diu detinentur, cum aut ex toto receſſit acceſſio; aut ſi id non ſolet, certe lenita eſt, iamque corpus tam integrum eſt, quam maxime eſſe in eo genere valetudinis ſolet.

Imbecillus homo, iturus in balneum, vitare debet, ne ante frigus aliquod experiatur: ubi in balneum venit, pauliſper reſidere, experirique, num tempora adſtringantur, & an ſudor aliquis oriatur: illud ſi incidit, hoc non ſecutum eſt, inutile eo die balneum eſt: & perungendus eſt is leniter, & auferendus, vitandumque omni modo frigus, & abſtinentia utendum. At ſi temporibus integris, primum ibi, deinde alibi ſudor incipit, fovendum os aqua calida; tum in ſolio deſidendum eſt; atque ibi quoque videndum, num ſub primo contactu aquæ calidæ ſumma cutis inhorreſcat, quod vix tamen fieri poteſt, ſi priora recte

l. 10. *ullus dolor.* l. 11. *At in.* al. *Atque in.* l. 17. *certe cum.* l. 23. *reſiſtere.* l. 27. *referendus.*

recte acesserunt. certum autem id signum inutilis balnei est.

Ante vero, quam in aquam calidam se demittat, an postea, aliquis perungi debeat, ex ratione valetudinis suæ cognoscat. Fere tamen (nisi ubi nominatim, ut postea fiat, id præcipietur) moto sudore [e] leniter corpus perungendum; deinde in aquam calidam demittendum est. Atque hic quoque habenda virium ratio est: neque committendum, ut per æstum anima deficiat; sed maturius is auferendus est, curioseque in vestimentis involvendus est, ut neque ad eum frigus aspiret: & ibi quoque, antequam aliquid assumat, insudet.

Fomenta quoque calida sunt, milium, sal, arena, quodlibet eorum calefactum, & in linteum coniectum. Si minore vi opus est, etiam solum linteum. At si maiore, extincti titiones, involutique panniculis, & sic circumdati. Quinetiam calido oleo replentur [f] utriculi: & in vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas vocant) aqua coniicitur; & sal sicco linteo excipitur, demittiturque in aquam bene calidam, tum super id membrum, quod fovendum est, collocatur. Iuxtaque ignem, ferramenta duo ignita sunt, capitibus paulo latioribus: alterum ex his demittitur in eum salem, & aqua super leviter aspergitur; ubi frigere cœpit, ad ignem refertur: idem & in altero fit; deinde invicem in utroque: inter quæ descendit salsus & calidus succus, qui contractis aliquo morbo nervis opitulatur. His omni-

142,18.

l. 1. *cesserunt.* l. 3. *vero, an postea.* l. 4. om. *an postea* l. 7. *leviter.* l. 9. om. *in.* L. l. 13. om. *que.* L. l. 18. L. transp. *etiam solum linteum s m. v. o. e.* l. 20. *extinctiones.* alii om. *titiones.* ib. *panniculi.* l. 22. 23. *ad similitudinem quas.* l. 24. *sacco linteo.* L. l. 29. *in siccum.* L. l. 32. *intereaque.* L. l. 33. *ascendit fumus.*

e *I. De Morb. Mul.* lviii. 13. f *Diogen. Laert. l.* v. *vit. Aristot. pag.* 117. *ed. Lond. Valeriola observ.* 1. *observ.* li. *in uxore partu difficili laborante.*

omnibus commune est, digerere id, quod vel præcordia onerat, vel fauces strangulat, vel in aliquo membro nocet. Quando autem quoque utendum sit, in ipsis morborum generibus dicetur.

CAP. XVIII.

Qui cibi, potionesve, aut valentis aut mediæ, aut imbecillæ materiæ sint.

CUM de his dictum sit, quæ detrahendo iuvant: ad ea veniendum est, quæ nos alunt, id est, cibum & potionem. Hæc autem non omnium tantum morborum, sed etiam secundæ valetudinis communia præsidia sunt. Pertinetque ad rem, omnium proprietates nosse: primum, ut sani sciant,
49,4. quomodo his utantur: deinde, ut exequen-
17,30. tibus nobis morborum curationes, liceat
18,12. species rerum, quæ assidue necessariæ erunt, subiicere: neque necesse sit subinde singulas eas nominare.

Scire igitur oportet, omnia legumina, quæque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est. Item omne animal quadrupes domi natum; omnem grandem feram, quales sunt caprea, cervus, aper, onager; omnem grandem avem, quales sunt anser, & pavo, & grus; omnes belluas marinas, ex quibus cetus est, quæque his pares sunt: item mel, & caseum. Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo *a* constat. In media vero materia

l. *XVII.* l. 18. *curationem.* l. 19. 20. *assumendæ necessario.* L. l. 20. *est.* l. 23. *fiunt.* l. 27. *capreæ. capræ.* l. 30. *cetos.* κῆτος. *cœtus.*

a *II. Diæt.* XXI. 10.

teria numerari ex oleribus debere ea, quorum radices, vel bulbos aſſumimus: ex quadrupedibus, leporem: aves omnes a minimis ad phœnicopterum: item piſces omnes, qui ſalem non patiuntur, ſolidive ſaliuntur. Imbecilliſſimam vero materiam eſſe, omne olus, & quicquid in cauliculo * naſcitur, qualis eſt cucurbita, & cucumis, & capparis; omnia † poma, oleas, cochleas, itemque conchylia.

Sed quamvis hæc ita diſcreta ſunt, tamen etiam, quæ ſub eadem ſpecie ſunt, magna diſcrimina recipiunt; aliaque res alia vel valentior eſt, vel infirmior. Siquidem plus alimenti eſt in carne, quam in ullo alio. Firmius eſt *b* triticum, quam milium: id ipſum, quam hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo; deinde ſimila; deinde cui nihil ademptum eſt, quod *c* αὐτόπυρον Græci vocant: infirmior eſt, ex polline, infirmiſſimus, cibarius panis. Ex leguminibus vero valentior faba, vel lenticula, quam piſum. Ex *d* oleribus valentior rapa, napique, & omnes bulbi (in quibus cepam quoque, & allium numero) quam paſtinaca, vel quæ ſpecialiter radicula appellatur. Item firmior braſſica, & beta, & porrum, quam lactuca, vel cucurbita, vel aſparagus. At ex fructibus ſurculorum valentiores uvæ, ficus, nuces, palmulæ, quam quæ poma proprie nominantur. Atque ex his ipſis firmiora, quæ ſuccoſa, quam quæ fragilia ſunt. Item ex his *e* avibus, quæ in media ſpecie ſunt, valentior ea, quæ pedibus, quam quæ volatu magis

niti

l. 7. *omnem caulem oleris.* l. 11. *ſint.* L. l. 15. *pane.* L. l. 20. *ex ſimila, deinde cum polline.* l. 30. *quæque.* L. l. 32. *frigida. fracida. friabilia.* l. 33. *valentiores eæ.* L.

* *Patin. p.* 282. 283. & 287. † *Id. ibid.* b *II. De Diæt.* x. 1 *Athen. Deipn. III.* 30. *pag.* 115. c *Idem ibid. cap.* 28. d *II. Diæt.* XXIV. e *II. Diæt.* XVII.

nititur: & ex his, quæ volatu fidunt, firmiores sunt, quæ grandiores aves, quam quæ minutæ sunt, ut ficedula & turdus. Atque eæ quoque, quæ in aqua degunt, leviorem cibum præstant, quam quæ natandi scientiam non habent. Inter domesticas vero quadrupedes, levissima suilla est; gravissima, bubula. Itemque ex feris, quo maius quodque animal, eo robustior ex eo cibus est. *f* Pisciumque eorum, qui ex media materia sunt, quibus maxime utimur, tamen gravissimi sunt, ex quibus salsamenta quoque fieri possunt, qualis lacertus est; deinde hi, qui, quamvis teneriores, tamen duri sunt, ut aurata, corvus, sparus, oculata; tum plani: post quos etiam leviores lupi, mullique; & post hos, omnes saxatiles.

Neque vero in generibus rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis: quod & ætate fit, & membro, & solo, & cœlo, & habitu. Nam quadrupes vel omne animal, si lactens est, minus alimenti præstat: itemque quo tenerior pullus cohortalis est. In piscibus quoque media ætas, quæ nondum summam magnitudinem implevit. Deinde ex eodem sue, ungulæ, rostrum, aures, cerebellum. Ex agno, hœdove, cum petiolis totum *g* caput aliquanto, quam cætera membra, leviora sunt; adeo ut in media materia poni possint. Ex avibus, colla, alæve recte infirmis annumerantur. Quod ad solum vero pertinet, frumentum quoque valentius est collinum, quam

l. 1. *nituntur*. L. l. 2. om. *quæ*. L. l. 3. om. *sunt*. l. 11. *sunt, quamvis*. L. l. 12. *tum ex*. L. l. 15. *scarus*. l. 17. *sunt, lupi*. L. l. 24. *lactans*. l. 26. *quæque*. L. l. 29. *pectiolis*. l. 32. *infirmissimis*. L.

f *II. Diæt.* XIIX. g *II. Diæt.* XXI. 2.

quam campeſtre. Levior *h* piſcis inter ſaxa editus, quam in arena; levior in arena, quam in limo. Quo fit, ut ex ſtagno, vel lacu, vel *i* flumine eadem genera graviora ſint. Leviorque, qui in alto, quam qui in vado vixit. Omne etiam ferum *k* animal domeſtico levius; & quodcumque humido cœlo, quam quod ſicco natum eſt. Deinde eadem omnia pinguia, quam macra; recentia, quam ſalſa; nova, quam vetuſta, plus alimenti habent. Tum res eadem magis alit iurulenta, quam aſſa; magis aſſa, quam elixa. Ovum durum valentiſſimæ materiæ eſt; molle, vel ſorbile, imbecilliſſimæ. Cumque panificia omnia firmiſſima ſint, elota tamen quædam genera frumenti, ut alica, oryza, ptiſana, vel ex iiſdem facta ſorbitio, vel pulticula, & aqua quoque madens panis, imbecilliſſimis annumerari poteſt.

Ex potionibus vero, quæcunque ex frumento facta eſt, itemque lac, mulſum, defrutum, paſſum, vinum aut dulce, aut vehemens, aut muſtum, aut magnæ vetuſtatis, valentiſſimi generis eſt. At acetum, & id vinum, quod † paucorum annorum, vel auſterum, vel lene eſt, in media materia eſt, ideoque infirmis nunquam generis alterius dari debet. Aqua omnium imbecilliſſima eſt. Firmiorque ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum: firmior ex eo vino, quod bono ſolo, quam quod tenui; quodque temperato cœlo, quam quod aut nimis humido, aut nimis ſicco, nimiumque aut frigido,

G 2 aut

l. 6. *vivit.* L. l. 13. *frixa* l. 25. *At acidum.* l. 27. *pingue* pro *lene.* L. l. 28. *eius generis dari.* L.

h *II. Diæt.* XIIX. 9. *Athenæus Deipn.* VII. *c.* 15. i *II. Diæt.* XIX. 1. k *II. Diæt.* XX. † *Patin. p.* 299.

aut calido natum eſt. Mulſum, quo plus mellis habet; defrutum, quo magis incoctum; paſſum, quo ex ſicciore uva eſt, eo valentius eſt. † Aqua leviſſima l pluvialis eſt; deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo; poſthæc ex nive, aut glacie; gravior his, ex lacu; graviſſima, ex palude. Facilis etiam, & neceſſaria cognitio eſt naturam eius requirentibus. Nam levis, pondere apparet; & ex his, quæ pondere pares ſunt, eo melior quæque eſt, quo celerius * & caleſit & frigeſcit; quoque celerius ex ea legumina percoquuntur.

Fere vero ſequitur, ut, quo valentior quæque materia eſt, eo minus facile concoquatur; ſed ſi concocta eſt, plus alat. Itaque utendum eſt materiæ genere pro viribus; modusque omnibus pro genere ſumendus. Ergo imbecillis hominibus, rebus infirmiſſimis opus eſt: mediocriter firmos, media materia optime ſuſtinet: & robuſtis apta validiſſima eſt. Plus deinde aliquis aſſumere ex levioribus poteſt: in his magis, quæ valentiſſima ſunt, temperare ſibi debet.

CAP. XIX.

Quæ natura ac proprietas cuiuſque rei ſit, qua veſcimur.

NEQUE hæc ſola diſcrimina ſunt; ſed etiam aliæ res boni ſucci, aliæ mali ſunt; quæ εὔχυμα, & κακόχυμα Græci vocant: aliæ lenes, aliæ acres: aliæ craſſiorem pituitam in nobis faciunt, aliæ tenuiorem: aliæ idoneæ ſunt ſtomacho, aliæ

l. 2. *decoctum.* L. *excoctum.* l. 4. *pluviatilis.* L. l. 27. *XVIII.* l. 31. εὔχυλα, κακόχυλας. al. εὔχυλȣς, & κακόχυλȣς.

† *Aquæ bonæ malæve ſigna enumerantur a Caſaubono* in Athenæum Animadv. *L.* 11. *c.* 7. l *Pallad. R.R. I.* 17. *Colum. de R.R. I.* * *Aph.* V. 26.

aliæ alienæ ſunt: Itemque aliæ inflant, aliæ ab hoc abſunt: aliæ calefaciunt, aliæ refrigerant: aliæ facile in ſtomacho aceſcunt, aliæ non facile intus corrumpuntur; aliæ movent alvum, aliæ ſupprimunt: aliæ citant urinam, aliæ tardant: quædam ſomnum movent, quædam ſenſus excitant. Quæ omnia ideo noſcenda ſunt, quoniam aliud alii, vel corpori, vel valetudini, convenit.

CAP. XX.

De his, quæ boni ſucci ſunt.

BONI ſucci ſunt, triticum, ſiligo, alica, oryza, amylum. Item & lenes ſunt & ſtomacho aptæ & calefaciunt, tragum, ptiſana, *a* lac, caſeus mollis, omnis venatio, omnes aves, quæ ex media materia ſunt: ex maioribus quoque hæ, quas ſupra nominavimus: medii inter teneros duroſque piſces, ut mullus, & lupus verna; lactuca, urtica, malva, cucumis, cucurbita, ovum ſorbile, portulaca, cochleæ, palmulæ: ex pomis quodcunque neque acerbum, neque acidum eſt: vinum dulce, vel lene, paſſum, defrutum, oleæ, quæ ex his duobus in alterutro ſervatæ ſunt: † vulvæ, roſtra, * trunculique ſuum, omnis pinguis caro, omnis glutinoſa, omne iecur.

CAP. XXI.

De his, quæ mali ſucci ſunt.

MALI vero ſucci ſunt, milium, panicum, hordeum, legumina, caro domeſtica permacra, omniſque caro ſalſa, omne *a* ſalſamentum, garum, vetus caſeus,

l. 1. om. *ſunt.* l. 9. *aliter.* l. 10. *XIX.* l. 11. om. *de his.* ibid. *ſunt.* L. om. *Item - - calefaciunt.* l. 19. *lupus, olera.* ibid. om *olera.* L. l. 20. om. *ovum ſorbile.* l. 24. *quæve.* L. l. 25. *trunculique in ſumma o. p.* l 27. *ovum ſorbile.* L. l. 29. *XX.* l. 30. om. *de his.* ib. *ſunt.*

a *Varro R. R. II.* 11. † *Plin. Ep. l.* 1. *Ep.* 15.
* *in Tyron. notis occurrit vox* Trunculus *p.* 167.
a *Athen. Deipn. III. c.* 31. *pag.* 116.

ſeus, cicer, radicula, rapa; napi, bulbi, braſſica, magiſque etiam cyma eius, aſparagus, beta, cucumis, porrum, eruca, naſturtium, thymum, nepeta, ſatureia, hyſſopum, ruta, anethum, feniculum, cuminum, aniſum, lapathum, ſinapi, allium, cepa, lienes, renes, inteſtina, pomum quodcunque acidum vel acerbum eſt, acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum, * piſces quoque ſaxatiles, omneſque, qui ex tenerrimo genere ſunt, aut hi, qui rurſus nimium duri viroſique ſunt, ut fere quos ſtagna, lacus, limoſive rivi ferunt, quive in nimiam magnitudinem exceſſerunt.

CAP. XXII.

Quæ res lenes, quæve acres ſint.

LENES autem ſunt, ſorbitio, pulticula, laganum, amylum, ptiſana, pinguis caro, & quæcunque glutinoſa eſt. quod fere quidem in omni, quæ domeſtica, fit, præcipue tamen in ungulis, trunculiſque ſuum, in petiolis capituliſque hœdorum & vitulorum & agnorum, omnibuſque cerebellis. Item hi qui proprie bulbi nominantur; lac; defrutum, paſſum; nuclei pinei. Acria ſunt, omnia nimis auſtera, omnia acida, omnia ſalſa; & mel quidem, quo melius eſt, eo magis. Item allium, cepa, eruca, ruta, naſturtium, cucumis, beta, braſſica, aſparagus, ſinapi, radicula, intubus, ocimum, lactuca, maximaque olerum pars.

CAP.

l. 1. *fiſer.* L. l. 6. *lapatium.* l. 8. *eſt, acida, acetum.* l. 15. *XXI.* l. 18. *ſorbitiones.* l. 23. *pectiolis.* l. 25. *lac & quæ proprie dulcia.* L. ibid. *Item ſi qui.* l. 26. om. *lac.*

* *Refutat Celſum Nonn. de Re Cibar.* l. 3. *c.* 13. *p.* 319.

CAP. XXIII.

De his, quæ craſſiorem, quæve tenuiorem pituitam faciunt.

CRASSIOREM autem pituitam faciunt, ova ſorbilia, alica, oryza, amylum, ptiſana, lac, bulbi, omniaque fere glutinoſa. Extenuant eandem, omnia ſalſa, atque acria, & acida.

CAP. XXIV.

De his, quæ ſtomacho idonea ſunt.

STOMACHO autem aptiſſima ſunt, quæcunque auſtera ſunt, etiam quæ acida ſunt, quæque contacta ſale modico ſunt. Item panis ſine fermento, & elota alica, vel oryza, vel ptiſana; omnis avis, omnis venatio; atque utraque vel aſſa, vel elixa: ex domeſticis animalibus bubula: ſi quid ex cæteris ſumitur, macrum potius, quam pingue: ex ſue, ungulæ, roſtra, aures, vulvæque ſteriles: ex oleribus, intubus, lactuca, paſtinaca, cucurbita elixa, ſiſer: ex pomis, ceraſium, morum, ſorbum, pirum fragile, quale cruſtuminum vel Nævianum eſt: item pira, quæ reponuntur, Tarentina, atque Signina; malum orbiculatum, aut Scandianum, vel Amerinum, vel cotoneum, vel Punicum, uvæ ex olla, molle ovum, palmulæ, nuclei pinei, *a* oleæ albæ ex *b* dura muria, eædem aceto intinctæ, vel nigræ, quæ in arbore bene permaturuerunt, vel quæ in paſſo, defrutove ſervatæ ſunt. vinum auſterum, licet

l. 1. *XXII.* l. 2. om. *de his.* l. 9. *XXIII.* l. 12. om *De his.* ib. *quæ res--idoneæ.* l. 13. *apta.* L. l. 14. *et quæ.* ib. om. *ſunt.* L. l. 21. *vulvæ ſterileſque.* l. 22. *in tuba.* L. l. 23. *ceraſum.* L. l. 25. *mevianum.* l. 26. *ponuntur.* L. l. 33. *verſatæ.* L.

a *Mercurial. Var. Lect. I.* 3. b *Mercurial. Var. Lect. II.* 26. *ſed refutatur a L. Nonnio de Re Cibar. l.* 3. *c.* 45. *pag.* 421.

iam asperum sit, item resinatum: duri ex media materia pisces, ostrea, pectines, murices, purpuræ, cochleæ: cibi, potionesque* vel frigidæ, vel ferventes, absinthium.

CAP. XXV.

Quæ res alienæ stomacho sint.

ALIENA vero stomacho sunt, omnia tepida, omnia salsa, omnia iurulenta, omnia *a* prædulcia, omnia pinguia, sorbitio, panis fermentatus, idemque vel ex milio, vel ex hordeo, oleum, radices olerum, & quodcunque olus ex oleo garove estur, mel, mulsum, defrutum, passum, lac, omnis caseus, uva recens, ficus & viridis & arida, legumina omnia, quæque inflare consueverunt: item thymum, nepeta, satureia, hyssopum, nasturtium, lapathum, lapsana, iuglandes. Ex his autem intelligi potest, non, quicquid boni succi est, protinus stomacho convenire; neque quicquid stomacho convenit, protinus boni succi esse.

CAP. XXVI.

De his, quæ inflant.

INFLANT autem, omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia iurulenta, mustum, atque etiam id vinum, cui nihil adhuc ætatis accessit: ex oleribus, allium, cepa, brassica, omnesque radices, excepto sisere & pastinaca, bulbi, ficus etiam aridæ, sed magis virides, uvæ recentes, nuces omnes, exceptis nucleis pineis,

l. 4. *fervidæ.* L. l. 5. *XXIV.* l. 8. *sunt.* l. 10. om. *omnia.* l. 18. *lapatium.* ib. *lampsana.* L. *lapsanum.* l. 24. *XXV.* l. 26. *Quæ inflant, vel inflationem levant.* l. 28. *prædulcia.* L.

a *Calvis. apud Sosip. Charis. Instit. Gram.* l. 1.

pineis, lac, omniſque *b* caſeus, quicquid deinde ſubcrudum aliquis aſſumpſit.

De his, quæ minime inflant.

Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piſcibus, pomis, oleis, conchiliis, ovis vel mollibus vel ſorbilibus, vino vetere. Feniculum vero, & anethum, inflationes etiam levant.

CAP. XXVII.

De his, quæ calefaciunt, aut refrigerant. p. 31.

AT calefaciunt, piper, ſal, caro omnis iurulenta, allium, cepa, ficus arida, ſalſamentum, vinum, & quo meracius eſt, eo magis.

Refrigerant, olera, quorum crudi caules aſſumuntur, ut intubus, & lactuca; item coriandrum, cucumis, elixa cucurbita, beta, mora, ceraſia, mala auſtera, pira fragilia, caro elixa, præcipueque acetum, ſive cibus ex eo, ſive potio aſſumitur.

CAP. XXVIII.

De his, quæ intus facile corrumpuntur.

FACILE autem intus corrumpuntur, panis fermentatus; & quiſquis alius quam ex tritico eſt: lac, mel, ideoque lactaria atque omne piſtorium opus; teneri piſces, oſtrea, olera, caſeus & recens & vetus, craſſa vel tenera caro, vinum dulce, mulſum, defrutum, paſſum; quicquid deinde vel iurulentum eſt, vel nimis dulce, vel nimis tenue.

l. 2. *denique.* L. l. 3. om. *inſcriptio.* l. 9. *XXVI.* l. 10. om. *De his.* l. 19. *ceraſa.* l. 23. *XXVII.* l. 24 *Quæ res intus facile vitiantur vel minus corrumpuntur.* l. 28. 29. *eſt, & omne piſtorium opus, lac, mel itemque lactentia atque teneri.* L. l. 32. *denique.*

b *De Vict. Acut.* lix. 5.

De his, quæ intus minime vitiantur.

At minime intus vitiantur, panis ſine fermento, aves, & eæ potius duriores; aurati piſces, neque ſolum aurata pura, aut ſcarus, ſed etiam lolligo, locuſta, polypus: item bubula, omniſque dura caro; eademque aptior eſt, ſi macra, ſi ſalſa eſt; omniaque ſalſamenta: cochleæ, murices, purpuræ: vinum auſterum, vel reſinatum.

CAP. XXIX.

32,9. *De his, quæ alvum movent.*

At alvum movent, panis fermentatus, magiſque ſi *a* cibarius vel hordeaceus eſt; braſſica, ſi ſubcruda eſt, lactuca; anethum, naſturtium, ocimum, urtica, portulaca, radicula, capparis, allium, cepa, malva, lapathium, beta, aſparagus, cucurbita, ceraſia, mora, poma omnia mitia, ficus etiam arida, ſed magis viridis, uvæ recentes, pingues minutæ aves, cochleæ, ga-
107,32. rum, ſalſamenta, oſtrea, pelorides, echini,
106,32. muſculi, & omnes fere conchulæ, maximeque ius earum; ſaxatiles, & omnes teneri piſces, ſepiarum atramentum; ſi qua caro aſſumitur, pinguis eadem, vel iurulenta, vel elixa; aves, quæ natant; mel crudum, lac, lactaria omnia, mulſum, vinum dulce vel ſalſum, aqua tenera, omnia tepida, *b* dulcia, pinguia, elixa, iurulenta, ſalſa, diluta.

CAP.

l. 1. om. *inſcriptio.* l. 3. *duri p.* L. l. 4. *puta.* L. l. 11. *XXVIII.* l. 13. om. *De his.* l. 19. *lapatio. lapathum.* L. l. 20. *ceraſa.* l. 23. *ſalſamentum.* L. l. 29. *lactentia.* L. al. *lactantia.*

a *Victor. Variar. Lect. l.* 22. b *Athen. Deipn. III.* 33.

CAP. XXX.

De his, quæ alvum adstringunt. 32, 9.

CONTRA adstringunt, panis ex siligine, vel ex simila; magis, si sine fermento est; magis etiam si ustus est; intenditurque vis eius etiam, si bis coquitur; pulticula vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio; itemque ex iisdem sorbitio; & magis, si hæc ante fricta sunt: lenticula, cui vel beta, vel intubus, vel ambubeia, vel plantago adiecta est; magisque etiam, si illa ante fricta est: per se etiam intubus, vel ex plantagine, vel * ambubeia fricta; minuta olera, brassica bis decocta; dura ova; magisque, si assa sunt: minutæ aves, merula, palumbes; magisque, si in posca decoctus est: grus, omnesque aves, quæ magis currunt, quam volant; lepus, caprea; iecur ex his, quæ sevum habent, maximeque bubulum, ac sevum ipsum: *a* caseus, qui vehementior vetustate fit, vel ea mutatione, quam in eo transmarino videmus; aut si recens est, ex melle, mulsove decoctus: item mel coctum, pira immatura, sorba, magisque ea, quæ torminalia vocantur, mala cydonea, & punica, oleæ vel albæ vel præmaturæ, myrta, palmulæ, purpuræ, murices, vinum resinatum vel asperum, item mera- 103,33.
cum, acetum, mulsum quod inferbuit, asperum item defrutum, passum, aqua vel tepida vel præfrigida, dura, id est, ea quæ tarde † putrescit, ideoque pluvia potissimum, omnia dura, macra, austera, aspera,

l. 1. *XXIX.* l. 2. om. *De his.* al. *Quæ res.* al. *constringant.* l. 6. *tostus.* L. l. 17. *Palumpes--decocta.* l. *cotonea.* l. 27. *permaturæ.* l. 29. om. *asperum.* l. 33. *putescit.* L. ibid. *pluviatilis.* L.

* *Salm. Exerc. Plin. pag.* 583. *a F. ed. Ultrai.* a *De Vict. Acut.* lix. 5. † *Al.* putrescit.

ra, tosta, & in eadem carne, assa potius, quam elixa.

CAP. XXXI.

De his, quæ urinam movent.

URINAM autem movent, quæcunque in horto nascentia boni odoris sunt, ut apium, ruta, anethum, ocimum, mentha, hyssopum, anisum, coriandrum, nasturtium, eruca, feniculum. præter hæc, asparagus, capparis, nepeta, thymum, satureia, lapsanum, pastinaca, magisque agrestis, radicula, siser, cepa. Ex venatione, maxime lepus; vinum tenue, piper & rotundum & longum, sinapi, absinthium, nuclei pinei.

CAP. XXXII.

De his, quæ ad somnum apta sunt.

SOMNO vero aptum est papaver, lactuca, maximeque æstiva, cuius cauliculus iam lacte repletus est, morum, porrum.

De his, quæ sensum excitant

Sensus excitant, nepeta, thymum, satureia, hyssopum, præcipueque pulegium, ruta, & cepa.

CAP. XXXIII.

De his, quæ materiam evocant.

EVOCARE vero materiam multa admodum possunt. Sed ea, quæ ex peregrinis medicamentis maxime constant, aliisque magis, quam quibus ratione victus succur-

l. 3. *XXX.* l. 4. *Quæ res u. m.* l. 9. *anesum.* l. 11. *lampsana.* l. 18. *XXXI.* l. 19. *Quæ res somnum movent aut sensus excitant.* l. 24. om. *inscriptio.* l. 25. *Sensus vero e.* L. l. 28. *XXXII.* l. 29. *Quæ res corpus aut erodant, aut reprimant, aut refrigerent, aut calefaciant, aut durent, aut emolliant.* l. 32. *cum ex.* L. l. 33. *constent.* L.

ſuccurritur, opitulantur, in præſentia differam: ponam vero ea, quæ prompta, & his morbis, de quibus protinus dicturus ſum, apta, corpus erodunt, & ſic ex eo, quod mali eſt, extrahunt. Habent autem hanc facultatem, ſemina erucæ, naſturtii, radiculæ; præcipue tamen omnium ſinapi. Salis quoque & fici eadem vis eſt.

De his, quæ reprimunt.

Leniter vero ſimul & reprimunt & molliunt, lana ſuccida, ex aceto vel vino, cui oleum adiectum eſt; contritæ palmulæ, furfures in ſalſa aqua vel aceto decocti.

At ſimul reprimunt & refrigerant, herba muralis (παρθένιον vel περδίκιον appellant) ſerpillum, pulegium, ocimum, herba ſanguinalis (quam Græci πολύγονον vocant) portulaca, papaveris folia, capreolique vitium, coriandri folia, hyoſcyamum, muſcus, ſiſer, apium, ſolanum (quam στρύχνον Græci vocant) braſſicæ folia, intubus, plantago, feniculi ſemen, contrita pira vel mala, præcipueque cydonea, lenticula,
aqua frigida, maximeque pluvialis, vinum, 290,18.
acetum, & ex horum aliquo magis, madens
vel panis, vel farina, vel ſpongia, vel ci- 204,15.
nis, vel lana ſuccida, vel etiam linteolum; creta cimolia, gypſum, melinum, myrteum, *a* roſa, acerbum oleum, verbenarum contuſa cum teneris caulibus folia; cuius generis ſunt olea, cupreſſus, myrtus, lentiſcus, tamaris, liguſtrum, roſa, rubus, laurus, hedera, punicum malum.

Sine

l. 1. *opitulentur*. L. l. 5. *quicquid*. L. l. 10. om. *inſcriptio*. l. 11. *vel aceto*. ibid. *quo* ſcriptum pro *quoi*. l. 14. *decoctæ*. l. 17. *pulegum*. l. 18. πολυγόνιον. l. 24. *cotonea*. l. 26. om. *magis*. L. l. 28. *lacinia* pro *cinis*. L. l. 33. *tamarix*.

a *Patin*. *p*. 328.

Sine frigore autem reprimunt, cocta mala cydonea, malicorium, aqua calida, in qua verbenæ coctæ sunt, quas supra proposui, pulvis vel ex fece vini, vel ex myrti foliis, amaræ nuces.

31,20. *De his, quæ calefaciunt.*

105,11. Calefacit vero, ex qualibet farina cataplasma, sive ex tritici, sive ex farris, sive hordei, sive ervi, vel lolii, vel milii, vel panici, vel lenticulæ, vel fabæ, vel lupini, vel lini, vel fœni græci, ubi ea deferbuit, calidaque imposita est. Valentior tamen ad id omnis farina est ex mulso, quam ex aqua cocta. Præterea cyprinum, irinum, medulla, adeps ex fele iuncta oleo, magisque, si vetus est, sal, nitrum, git, piper, quinquefolium.

De his, quæ durant, aut emolliunt.

Fereque, quæ vehementer & reprimunt & refrigerant, durant: quæ autem calefaciunt & digerunt, ea emolliunt: præcipueque ad emolliendum potest cataplasma ex lini vel fœ-
17, 21. ni græci semine.

194,2. His autem omnibus, & simplicibus, & permixtis, varie medici utuntur; ut magis, quid quisque persuaserit sibi, appareat, quam quid evidenter compererit.

LIBER

l. 1. *cotonea.* l. 6. om. *inscriptio.* l. 15. *felle.* l. 16. *nigrum.* l. 18. om. *inscriptio.* l. 20. om. *autem.* l. 21. *et* pro *ea.*

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De morborum generibus.

PROVISIS omnibus, quæ pertinent ad univerſa genera morborum, ad ſingulorum cnrationes veniam. Hos autem in duas ſpecies Græci diviſerunt; alioſque ex his acutos, alios longos eſſe dixerunt. Ideoque, quoniam non ſemper eodem modo reſpondebant, eoſdem alii inter acutos, alii inter longos retulerunt. Ex quo plura eorum genera eſſe, manifeſtum eſt. Quidam enim breves acutique ſunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipſi cito finiuntur. Quidam longi, ſub quibus neque ſanitas in propinquo, neque exitium eſt. Tertiumque genus eorum eſt, qui modo acuti, modo longi ſunt. idque non in febribus tantummodo, in quibus frequentiſſimum eſt; ſed in aliis quoque fit. Atque etiam, præter hos, quartum eſt; quod neque acutum dici poteſt, quia non perimit; neque utique longum, quia, ſi occurritur, facile ſanatur. Ego, cum de ſingulis dicam, cuius quiſque generis ſit, indicabo.

Dividam autem omnes in eos, qui in totis corporibus conſiſtere videntur, & eos, qui oriuntur in partibus. Incipiam a prioribus, pauca de omnibus præfatus. In nul- 405,16.
lo quidem morbo minus fortuna ſibi vendicare

l. 7. *Prævisis.* l. 17. *utique.* l. 34. *plus* pro *minus.* L.

care quam ars poteſt: utpote cum, repugnante *a* natura, nihil medicina proficiat. Magis tamen ignoſcendum medico eſt parum proficienti in acutis morbis, quam in longis. Hic enim breve ſpacium eſt, intra quod, ſi quod auxilium non profuit, æger extinguitur: ibi & deliberationi, & mutationi remediorum tempus patet; adeo ut raro, ſi inter initia medicus acceſſit, obſequens æger ſine illius vitio pereat. Longus tamen morbus cum penitus inſedit, quod ad difficultatem pertinet, acuto par eſt. Et acutus quidem, quo vetuſtior eſt; longus autem, quo recentior, eo facilius curatur.

Alterum illud ignorari non oportet,
18, 13. quod non omnibus ægris eadem auxilia conveniunt. Ex quo incidit, ut alia atque alia ſummi auctores, quaſi ſola, venditaverint, prout cuique ceſſerant. Oportet itaque, ubi aliquid non reſpondet, non tanti putare auctorem, quanti ægrum, & experiri * aliud atque aliud. Sic tamen, ut in acutis morbis cito mutetur, quod nihil prodeſt: in longis, quos tempus, ut facit, ſic etiam ſolvit, non *b* ſtatim condemnetur, ſi quid non ſtatim profuit: minus vero removeatur, ſi quid paulum ſaltem iuvat; quia profectus tempore expletur.

CAP.

l. 1. *ars*; *ars, quam natura*. L. l. 2. *fortuna*.
l. 19. *vendicaverint*.

a *Hippocrat. Lex. T. II.* 10. *Seneca de Tranq. An.* c. VI. † *Hipp. de A. T.* XX. 6. * *Philo Judæus de Joſepho pag.* 531. *ed.* 1631. b *Cæl. Aurelian. Tard. Paſſ.* IV. 3. *pag.* 454.

CAP. II.

Quomodo morbi cognoſcantur, & an increſcant, an conſiſtant, an minuantur; & qua ratione ab initio, qui languere incipit, curari debeat.

PROTINUS autem inter initia ſcire facile eſt, quis acutus morbus, quis longus ſit: non in his ſolis, in quibus ſemper ita ſe habet; ſed in his quoque, in quibus variat. Nam ubi ſine intermiſſionibus acceſſiones & dolores graves urgent, acutus morbus eſt. Ubi lenti dolores, lentæve febres ſunt, & ſpacia inter acceſſiones porriguntur, acceduntque ea ſigna, quæ in priore *a* volumine expoſita ſunt, longum hunc futurum eſſe, manifeſtum eſt.

Videndum etiam eſt, morbus an increſcat, an conſiſtat, an minuatur: quia quædam remedia increſcentibus morbis, plura inclinantibus conveniunt. Eaque, quæ creſcentibus apta ſunt, ubi acutus increſcens urget, in remiſſionibus potius experienda ſunt. Increſcit autem morbus, dum graviores dolores, acceſſionesque veniunt; hæque & ante, quam proximæ, revertuntur, & poſtea deſinunt. Atque in longis quoque morbis, etiam tales notas non habentibus, ſcire licet, increſcere, ſi ſomnus incertus eſt, ſi deterior concoctio, ſi fœdiores deiectiones, ſi tardior ſenſus, ſi pigrior mens, ſi percurrit corpus frigus aut calor, ſi id magis pallet. Ea vero, quæ contraria his ſunt, decedentis eius notæ ſunt.

l. 2. om. *an conſiſtant.* L. l. 8. *ſolum.* l. 9. *etiam.* l. 11. *acceſſionum dolore gravi urgentur.* l. 20. *inclinatis.* L. l. 20. *decreſc.* l. 29. *fœtidiores.* L.

a *II. 6. v.*

Præter hæc, in acutis *b* morbis ſerius æger alendus eſt, nec niſi iam inclinatis; ut primo dempta materia impetum frangat. In longis maturius, ut ſuſtinere ſpacium affecturi mali poſſit. Ac, ſi quando is non in toto corpore, ſed in parte eſt; magis tamen ad rem pertinet, vim totius corporis molliri, quam proprie partes ægræ ſanentur. Multum etiam intereſt, ab initio quis recte curatus ſit, an perperam: quia curatio minus his prodeſt, in quibus aſſidue fruſtra fuit. Si quis temere habitus, adhuc integris viribus vivit, admota curatione momento reſtituitur.

Sed cum ab his cœperim, quæ notas quaſdam futuræ adverſæ valetudinis exhibent, curationum quoque principium ab animadverſione eiuſdem temporis faciam. Igitur, ſi quid ex his, quæ propoſita ſunt,
298,15. incidit, omnium optima ſunt, † quies &
348,21. abſtinentia: ſi quid bibendum, aqua; idque interdum uno die fieri ſatis eſt; interdum, ſi terrentia manent, biduo: proximeque abſtinentiam ſumendus eſt cibus exiguus, bibenda aqua, poſtero die etiam vinum, deinde invicem alternis diebus, modo aqua, modo vinum, donec omnis cauſa metus finiatur. per hæc enim ſæpe inſtans gravis morbus diſcutitur. Plurimique falluntur, dum ſe primo die protinus ſublaturos languorem, aut exercitatione, aut balneo, aut coacta deiectione, aut vomitu, aut ſudationibus, aut vino ſperant. non quo non interdum id incidat,

l. 2. *inclinantis.* ib. ~~*ut*~~ *inedia, dempta.* L. l. 4. *adventuri.* ibid. *At.* L. l. 7. *moliri.* l. 8. *quam propriæ partes ægre.* al. *per quam propriæ partes.* Rectius tunc *proprie* ſcribas. *quam partis, cum per eam p.* L. l. 24. *abſtinere etiam.* l. 28. *cauſæ.* l. 34. *quod.* L.

b *Aph.* 1. 4. & 10. † *Liv.* 22. *c.* 18.

dat, aut non decipiat, ſed quo ſæpius fallat; ſolaque abſtinentia ſine ullo periculo medeatur. Cum præſertim etiam pro modo terroris moderari liceat: &, ſi leviora indicia fuerunt, ſatis ſit a vino tantum abſtinere, quod ſubtractum plus, quam ſi cibo aliquid dematur, adiuvat: ſi paulo graviora, ſatis ſit, non aquam tantum bibere, ſed etiam cibo carnem ſubtrahere: interdum panis quoque minus, quam pro conſuetudine aſſumere, humidoque cibo eſſe contentum, & olere potiſſimum. Satisque ſit, tum ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abſtinere, cum vehementes notæ terruerunt. Neque dubium eſt, quin vix quiſquam, qui non diſſimulavit, ſed per hæc mature morbo occurrit, ægrotet.

CAP. III.

De Febrium generibus.

ATQUE hæc quidem ſanis facienda ſunt, tantum cauſam metuentibus. ſequitur vero curatio febrium, quod & in toto corpore, & vulgare maxime morbi genus eſt. Ex his una *a* quotidiana, altera tertiana, altera quartana eſt. Interdum etiam longiore circuitu quædam redeunt, ſed id raro evenit. In prioribus, & morbi ſunt, & medicina.

Ac quartanæ quidem *b* ſimpliciores ſunt. Incipiunt fere ab horrore: deinde calor erumpit; finitaque febre biduum integrum eſt, ita quarto die revertitur.

Tertianarum vero duo genera ſunt. Al-

l. 1. *quod.* L. l. 15. *facile* pro *ſatis.* l. 15. *irruerunt.* l. 26. *tertia* pro *altera.*

a *I. Epidem. III.* 14. &c. b *Ibidem* 17.

terum eodem modo, quo quartana, & incipiens, & desinens; illo tantum interposito discrimine, quod unum diem præstat integrum, tertio redit. Alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex octo autem & quadraginta horis fere sex & triginta per accessionem occupat (interdum etiam vel minus, vel plus) neque ex toto in † remissione desistit; sed tantum levius est. Id genus plerique medici ἡμιτριταῖον appellant.

Quotidianæ vero variæ sunt, & multiplices. Aliæ enim protinus a calore incipiunt, aliæ a frigore, aliæ ab horrore. Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit. Rursus aliæ sic desinunt, ut ex toto sequatur integritas: aliæ sic, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quædam reliquiæ remaneant, donec altera accessio accedat: ac sæpe aliæ vix quicquam aut nihil remittunt, sed ita, ut cœpere, continuant. Deinde, aliæ fervorem ingentem habent, aliæ tolerabilem: aliæ quotidie pares sunt, aliæ impares; atque invicem altero die leniores, altero vehementiores: aliæ tempore eodem postridie revertuntur, aliæ vel serius vel celerius: aliæ diem noctemque accessione & decessione implent, aliæ minus, aliæ plus; aliæ, cum decedunt, sudorem movent, aliæ non movent; atque alias per sudorem ad integritatem venitur, alias corpus tantum imbecillius redditur. Accessio-

l. 14. om. *a frigore.* l. 23. *remittant.* om. *cœpere.* it. *continuent.* l. 30. *accessionem & decessionem.*

† *Est proprium verbum medicorum, Gronov. ad Senec. Epist.* 53.

ceſſiones etiam, modo ſingulæ ſingulis diebus fiunt, modo binæ plureſve concurrunt. Ex quo ſæpe evenit, ut quotidie plures acceſſiones remiſſioneſque ſint; ſic tamen, ut unaquæque alicui priori reſpondeat.

Interdum vero acceſſiones quoque confunduntur, ſic ut notari neque tempora earum, neque ſpacia poſſint. Neque verum eſt, quod dicitur a quibuſdam, nullam febrem inordinatam eſſe, niſi aut ex vomica, aut ex inflammatione, aut ex ulcere. Facilior enim ſemper curatio foret, ſi hoc verum eſſet. Sed, quod evidentes cauſæ faciunt, facere etiam abditæ poſſunt. Neque de re, ſed de verbo controverſiam movent, qui, cum aliter aliterque in eodem morbo febres accedant, non eaſdem inordinate redire, ſed alias aliaſque ſubinde oriri dicunt. Quod tamen ad curandi rationem nihil pertineret, etiamſi vere diceretur. Tempora quoque remiſſionum modo liberalia, modo vix ulla ſunt.

CAP. IV.

De curationum diverſis generibus.

ET febrium quidem ratio maxime talis eſt. Curationum vero diverſa genera ſunt, prout auctores aliquos habent. Aſclepiades officium eſſe medici dicit, ut tuto, ut celeriter, ut iucunde curet. Id votum eſt: ſed fere periculoſa eſſe nimia & feſtinatio & voluptas ſolet. Qua vero moderatione utendum ſit, ut quan-

l. 1. *non* pro *modo*. l. 10. *nullam non*. l. 14. *Nam quod.* L. l. 20. *dicit*. l. 31. *et ut iucunde*. l. 33. *nimium*.

tum fieri poteſt, omnia iſta contingant, prima ſemper habita ſalute, in ipſis partibus curationum conſiderandum erit.

Et ante omnia quæritur, primis diebus æger qua ratione continendus ſit. Antiqui, medicamentis quibuſdam datis, concoctionem moliebantur; eo quod [a] cruditatem maxime horrebant: deinde eam materiam, quæ lædere videbatur, ducendo ſæpius alvum ſubtrahebant. Aſclepiades medicamen-
29, 7. ta ſuſtulit; alvum non toties, ſed fere ta-
85, 7. men in omni morbo, ſubduxit. Febre vero ipſa præcipue ſe ad remedium uti profeſſus eſt. Convellendas etiam vires ægri putavit, luce, vigilia, ſiti ingenti; ſic, ut ne os quidem primis diebus elui ſineret. Quo magis falluntur, qui per omnia iucundam eius diſciplinam eſſe contendunt. Is enim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis vero tortoris vicem exhibuit.

Ego autem, medicamentorum dari potiones, & alvum duci non niſi raro debere, concedo. Et id non ideo tamen agendum, ut ægri vires convellantur, exiſtimo: quoniam ex imbecillitate ſummum periculum eſt. Minui ergo tantum materiam ſuperantem oportet; quæ naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit. Itaque abſtinendus a cibo primis diebus eſt, & in luce habendus æger (niſi infirmus) interdiu eſt, quoniam corpus iſta quoque digerit; iſque cubare quam maximo conclavi debet.

Quod ad ſitim vero ſomnumque pertinet,

l. 14. *etiam* pro *enim*. L. l. 18. *concipiunt*. L. l. 19. *Is enim*. al. *et is enim*. Lind. *etenim*. l. 26. *et ex*. l. 28. *detrahatur*. l. 30. om. *et*. l. 31. om. *eſt*.

a *Aphor*. 1. 22.

net, moderandum eſt, ut interdiu vigilet; noctu, ſi fieri poteſt, conquieſcat: ac neque potet, neque nimium ſiti crucietur. Os etiam eius elui poteſt, ubi & ſiccum eſt, & ipſi fœtet. quamvis id tempus aptum potioni non eſt. Commodeque Eraſiſtratus dixit, ſæpe inferiore parte humorem non requirente, os & fauces requirere; neque ad rem, male haberi ægrum, pertinere. Ac primo quidem ſic tenendus eſt.

Optimum vero medicamentum eſt, opportune cibus datus, qui quando primum dari debeat, quæritur. Plerique ex antiquis tarde dabant, ſæpe quinto die, ſæpe ſexto, & id fortaſſe vel in Aſia, vel in Aegypto, 8, 22
cœli ratio patitur. Aſclepiades, ubi ægrum triduo per omnia fatigaverat, quarto die cibo deſtinabat. At Themiſon nuper, non, quando cœpiſſet febris, ſed quando deſiiſſet, aut certe levata eſſet, conſiderabat, &, ab illo tempore expectato die tertio, ſi non acceſſerat febris, ſtatim: ſi acceſſerat, ubi ea vel deſierat, vel, ſi aſſidue inhærebat, certe ſe inclinaverat, cibum dabat.

Nihil autem horum utique perpetuum eſt. 17, 2.
Nam poteſt primo die primus cibus dandus eſſe, poteſt ſecundo, poteſt tertio, poteſt non niſi quarto, aut quinto; poteſt poſt unam acceſſionem, poteſt poſt duas; poteſt poſt plures. Refert enim, qualis morbus ſit, quale corpus, quale cœlum, quæ ætas, quod tempus anni. Minimeque, in rebus multum inter ſe differentibus, quod intermittendum non eſt, 18,33
perpetuum eſſe præceptum temporis poteſt.

l. 1. *interdum.* l. 7. *interiore.* L. l. 17. *quartum diem.* L. l. 23. *ſi certe.* l. 33. om. *quod intermittendum non eſt.* L.

In morbo, qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est: itemque eo *b* cœlo, quod magis digerit. Ob quam causam in Aphrica nullo die æger abstineri recte videtur. Maturius etiam puero, quam iuveni: æstate quam hieme, dari debet. *c* Unum illud, & semper, & ubique servandum est, ut ægri
78,13. vires subinde assidens medicus inspiciat,
131,21. & quamdiu supererunt, abstinentia pugnet; si imbecillitatem vereri cœperit, cibo subve-
295,22. niat. Id enim eius officium est, ut ægrum, neque supervacua materia oneret, neque imbecilliorem fame perdat. Idque apud Erasistratum quoque invenio: qui, quamvis parum docuit, quando venter, quando corpus ipsum exinaniretur, dicendo tamen, hæc esse visenda, & tum cibum dandum, cum corpori deberetur: satis ostendit, dum vires superessent, dari non oportere; ne deficerent, consulendum esse.

Ex his autem intelligi potest, ab uno medico multos non posse curari: eumque, si artifex est, idoneum esse, qui non multum ab ægro recedit. Sed, qui quæstui serviunt, quoniam is maior ex populo est, libenter amplectuntur ea præcepta, quæ sedulitatem non exigunt; ut in hac ipsa re. Facile est enim dies vel accessiones numerare his quoque, qui ægrum raro vident: ille assideat necesse est, qui, quod solum opus est, visurus est, quando nimis imbecillus futurus sit, nisi cibum acceperit. In pluribus tamen ad initium cibi dies quartus aptissimus esse consuevit.

Est

l. 2. *quo.* l. 3. *imbecillitatem.* ibid. *fami prodat.* it. *Itaque.* l. 17. *vissenda. vincenda. videnda.* L..

b *Aph.* I. 15. c *Aph.* I. 9.

Eſt autem alia etiam de diebus *d* ipſis dubitatio, quoniam antiqui potiſſimum *e* impares ſequebantur, eoſque, tanquam tunc de ægris iudicaretur, κρισίμους † nominabant. *f* Hi erant dies tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus, quartus decimus, unus & vigeſimus; ita ut ſumma potentia ſeptimo, deinde quartodecimo, deinde uni & vigeſimo daretur. Igitur ſic ægros nutriebant, 138, 9.
ut dierum imparium acceſſiones expectarent: deinde poſtea cibum, quaſi levioribus acceſſionibus inſtantibus, darent: adeo ut Hippocrates, *g* ſi alio die febris deſiſſet, recidivam timere ſit ſolitus.

Id Aſclepiades iure ut vanum repudiavit; neque in ullo die, quia par imparve eſſet, ægris vel maius vel minus periculum eſſe dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt; & opportunius poſt eorum acceſſiones cibus datur. Nonnumquam etiam in ipſo morbo, dierum ratio mutatur; fitque gravior, qui remiſſior eſſe conſueverat. Atque ipſe quartus decimus par eſt, in quo eſſe magnam vim antiqui fatebantur. Qui cum octavum primi naturam habere contenderent, ut ab eo ſecundus ſeptenarius numerus inciperet, ipſi ſibi repugnabant, non octavum, neque decimum, neque duodecimum diem ſumendo, quaſi potentiorem: plus enim tribuebant nono, & undecimo. Quod cum feciſſent ſine ulla probabili ratione, ab undecimo, non ad tertium decimum, ſed ad quartum decimum tranſibant. Eſt etiam apud Hippocratem, ei, quem ſe-

H 5 ptimus

l. 5. *In his erat.* l. 17. *his.* al. *iis.* l. 18. *impares.* l. 19. *febrium.* L. al. *earum.* l. 27. om. L. *numerus.* l. 29. *ſumendum.*

d *I. Epidem. III. de Partu ſeptim.* VII. VIII. e *Julian. Imper. Epiſt. pag.* 207. † *Cæl. Aurel. Acut. Morb.* I. 14. f *Aph.* II. 23. 24. g *Aph.* IV. 61.

timus dies liberaturus ſit, quartum eſſe graviſſimum. Ita, illo quoque auctore, in die pari & gravior febris eſſe poteſt, & certa futuri nota. Atque idem alio loco quartum quemque diem, ut in utrumque efficaciſſimum apprehendit; id eſt, quartum, ſeptimum, undecimum, quartumdecimum; decimumſeptimum. in quo & ab impari ad paris numeri rationem tranſit, & ne hoc quidem propoſitum conſervavit: cum a ſeptimo die undecimus, non quartus, ſed quintus ſit. Adeo apparet, quacumque ratione ad numerum reſpeximus, nihil rationis, ſub illo quidem auctore, reperiri. Verum in his quidem antiquos tunc celebres admodum Pythagorici numeri fefellerunt: cum hic quoque medicus non numerare dies debeat, ſed ipſas acceſſiones intueri; & ex his coniectare, quando dandus cibus ſit.

Illud autem magis ad rem pertinet, ſcire, tumne oporteat dari, cum iam bene venæ conquieverunt, aut etiamnum manentibus reliquiis febris. Antiqui enim quam integerrimis corporibus alimentum offerebant. Aſclepiades, inclinata quidem febre, ſed adhuc tamen inhærente. In quo vanam rationem ſecutus eſt: non quo non ſit interdum maturius cibus dandus, ſi mature timetur altera acceſſio: ſed quo ſcilicet quam ſaniſſimo dari debeat. * minus enim corrumpitur, quod integro corpori infertur. Neque tamen verum eſt, quod Themiſoni videbatur, ſi duabus horis

l. 8. om. *et.* L. l. 9. om. *numeri.* ibid. *tranſit.* *Et.* L. l. ead. *in hoc.* L. l. 13. *reſpexerimus.* L. al. om. l. 22. *cibum ne. tum.* al. *num.* l. 24 *febrium.* l. 28. 30. *quod.* L. l. 31. *non niſi quam.* L. l. 33. *tamen non vanum.*

* *Aphor.* 1. 19.

ris integer futurus eſſet æger, ſatius eſſe tunc dare; ut ab integro corpore potiſſimum diduceretur. Nam ſi diduci tam celeriter poſſet, id eſſet optimum. Sed cum hoc breve tempus non præſtet, ſatius eſt, principia cibi a decedente febre, quam reliquias ab incipiente excipi. Ita, ſi longius tempus ſecundum eſt, quam integerrimo dandus eſt: ſi breve, etiam antequam ex toto integer fiat. Quo loco vero integritas eſt, eodem eſt remiſſio, quæ maxime in febre continua poteſt eſſe. Atque hic quoqne quæritur, utrum tot horæ expectandæ ſint, quot febrem habuerunt: an ſatis ſit, primam partem earum præteriri, ut ægris iucundius inſidat, quibus interdum non vacat. Tutiſſimum eſt autem, ante totius acceſſionis tempus præterire: quamvis, ubi longa febris fuit, poteſt indulgeri ægro maturius, dum tamen ante minime pars dimidia prætereatur. Idque non in ea ſola febre, de qua proxime dictum eſt, ſed in omnibus ita ſervandum eſt.

CAP. V.

De Febrium ſpeciebus, & ſingularum curationibus: & primo, quando cibus febricitantibus dandus ſit.

HÆC magis per omnia genera febrium perpetua ſunt: nunc ad ſingulas earum ſpecies deſcendam. Igitur ſi ſemel tantum acceſſit, deinde deſiit, eaque vel ex inguine, vel ex laſſitudine, vel ex æſtu,

l. 5. *eſſe.* l. 8. *ſecuturum pro ſecundum.* L. l. 9. *etiam breve.* L. l. 11. *ſi qua maxime.* al. *quanta maxima.* L. l. 12. *At hoc.* L. *at hic.* al. l. 20. *minimum.* l. 21. *minime v.* al. *minimum vacat.* l. 34. *ſanguine* vel *ingluvie* pro *inguine* ponendum ALMELOVEENIUS inſcite quidem putat.

æſtu, aliave ſimili re fuit, ſic, ut interior nulla cauſa metum fecerit, poſtero die, cum tempus acceſſionis ita tranſiit, ut nihil moveret, cibus dari poteſt. At, ſi ex alto calor venit; & gravitas vel capitis vel præcordiorum ſecuta eſt; neque apparet, quid corpus confuderit; quamvis unam acceſſionem ſecuta integritas eſt: tamen, quia tertiana timeri poteſt, expectandus eſt dies tertius; &, ubi acceſſionis tempus præteriit, cibus dandus eſt, ſed exiguus; quia quartana quoque timeri poteſt. Et die quarto demum, ſi corpus integrum eſt, eo cum fiducia utendum. Si vero poſtero, tertiove, aut quarto die ſecuta febris eſt; ſcire licet, morbum eſſe. Sed tertianarum, quartanarumque (quarum & certus circuitus eſt, & finis integer, & quia liberaliter quieta tempora ſunt) expeditior ratio eſt. de quibus ſuo loco dicam.

Nunc vero eas explicabo, quæ quotidie urgent. Igitur tertio quoque die cibus ægro commodiſſime datur; ut alter febrem minuat, alter viribus ſubveniat. Sed is dari debet, ſi quotidiana febris eſt, quæ ex toto deſinat, ſimulatque corpus integrum factum eſt: ſin, quamvis non acceſſiones, febres tamen iunguntur, & quotidie quidem increſcunt, ſed ſine integritate tamen remittunt, cum corpus ita ſe habet, ut maior remiſſio non expectetur: ſi altero die gravior, altero levior acceſſio eſt, poſt graviorem. Fere vero graviorem acceſſionem levior *a* nox ſequitur: quo fit, ut graviorem acceſſionem nox quoque triſtior antecedat.

At,

l. 12. *At.* L. l. 17. om. *eſt.* L. l. 18. om. *quia.* L. ibid. al. om. *et.* l. 26. *ſi.*

a *Aphor.* II. 13.

At, ſi continuatur febris, neque levior unquam ſit, & dari cibum neceſſe eſt, quando dari debeat, magna diſſenſio eſt. Quidam, quia fere * remiſſius matutinum tempus ægris eſt, tunc putant dandum. Quod ſi reſpondet, non quia mane eſt, ſed quia remiſſio eſt ægris, dari debet. Si vero ne tunc quidem ulla requies ægris eſt, hoc ipſo peius id tempus eſt, quod, cum ſua natura melius eſſe debeat, morbi vitio non eſt, ſimulque inſequitur tempus meridianum; a quo cum omnis æger fere peior ſiat, timeri poteſt, ne ille magis etiam, quam ex conſuetudine, urgeatur. Igitur alii veſpere tali ægro cibum dant. Sed, cum eo † tempore fere peſſimi ‡ ſint, qui ægrotant, verendum eſt, ne, ſi quid tunc moverimus, fiat aliquid aſperius. Ob hæc ad mediam noctem, decurro, id eſt, finito iam graviſſimo tempore, eodemque longiſſime diſtante, ſecuturis vero antelucanis horis; quibus omnes fere maxime dormiunt: deinde matutino tempore; quod natura ſua leviſſimum eſt.

Si vero febres vagæ ſunt: quia verendum eſt, ne cibum ſtatim ſubſequantur; quandocunque quis ex acceſſione levatus eſt, tunc debet aſſumere. At, ſi plures acceſſiones eodem die veniunt, conſiderare oportet, paresne per omnia ſint (quod vix fieri poteſt) an impares. Si per omnia pares ſunt: poſt eam potius acceſſionem cibus dari debet, quæ non inter meridiem & veſperem deſinit. Si impares ſunt: conſide-

l. 7. *remiſſior eſt æger.* al. *ægro.* l. 8. *quia hoc.* L. l. 18. *Ob hæc alii differunt ad.* l. 19. *decurſo iam.* L. l. 21. *Secutius vero datur.* l. 32. *ſint.*

* *Cæl. Aurel. Morb. Chronic* II. 14. *p.* 427. *Buxtorf. Lex. Chald. p.* 540. † *Cæl. Aurel. A. M. l.* 1. *c.* 15. *pag.* 48. ‡ *Achill. Tatius de Clitophont. pag.* 21.

ſiderandum eſt, quo diſtent. Nam, ſi altera gravior, altera levior eſt, poſt graviorem dari debet: ſi altera longior, altera brevior, poſt longiorem: ſi altera gravior, altera longior eſt, conſiderandum eſt, utra magis affligat, illa vi, an hæc tempore, & poſt eam dandus eſt. Sed plane plurimum intereſt, quantæ qualeſque inter eas remiſſiones ſint. Nam, ſi poſt alteram febrem motio manet, poſt alteram integrum corpus eſt; integro corpore, cibo tempus aptius eſt.

Si ſemper febricula manet; ſed alterum tamen longius tempus remiſſionis eſt; id potius eligendum eſt; adeo ut, ubi acceſſiones continuantur, protinus, inclinata priore, dandus cibus ſit. Etenim perpetuum eſt, ad quod omne conſilium dirigi poteſt; cibum quam maxime ſemper ab *b* acceſſione futura reducere: &, hoc ſalvo, dare quam integerrimo corpori. Quod non inter duas tantum, ſed etiam inter plures acceſſiones ſervabitur. Sed, cum ſit aptiſſimum, tertio quoque die cibum dare; tamen, ſi corpus infirmum eſt, quotidie dandus eſt: multoque magis, ſi continentes febres ſine remiſſione ſunt; quantoque magis corpus affligunt; aut ſi duæ pluresve acceſſiones eodem die veniunt. Quæ res efficit, ut & a primo die protinus cibus dari quotidie debeat, ſi protinus venæ conciderunt: & ſæpius eodem die, ſi inter plures acceſſiones ſubinde vis corpori deeſt. Illud tamen in his ſervandum eſt; ut poſt eas fe-

bres

l. 21. *corpore.* L.

b *Aphor.* 1. 11.

bres minus cibi detur, poſt quas, ſi per corpus liceret, omnino non daretur. Cum vero febris inſtet, incipiat, augeatur, conſiſtat, decedat, deinde in deceſſione conſiſtat, aut finiatur; ſcire licet, optimum cibo tempus eſſe febre finita: deinde, cum deceſſio eius conſiſtit: tertium, ſi neceſſe eſt, quandocumque decedit: cætera omnia periculoſa eſſe. Si tamen propter infirmitatem neceſſitas urget, ſatius eſſe, conſiſtente iam incremento febris, aliquid offerre, quam increſcente: ſatius eſſe, inſtante, quam incipiente: cum eo tamen, ut nullo tempore is, qui deficit, non ſit ſuſtinendus.

Neque hercule ſatis eſt, ipſas tantum febres medicum intueri, ſed etiam totius corporis habitum, & ad eum dirigere curationem; ſeu ſuperſunt vires, ſeu de- 120, 8.
ſunt, ſeu quidam mali affectus interveniunt. Cum vero ſemper ægros ſecuros agere conveniat, ut corpore tantum, non etiam animo laborent: tum præcipue, ubi cibum ſumſerunt. Itaque, ſi qua ſunt, quæ exaſperatura eorum animos ſunt; optimum eſt, ea, dum ægrotant, eorum notitiæ ſubtrahere: 358, 11.
ſi id fieri non poteſt, ſuſtinere tamen poſt cibum, poſtque ſomni tempus, & cum experrecti ſunt, tum exponere.

CAP. VI.

Quando potiones febricitantibus dari expediat.

SED de cibo facilior quidem cum ægris ratio eſt: quorum ſæpe ſtomachus hunc

l. 7. *tertio.* l. 23. *Atque ſi.* l. 25. *eadem ægrotantium.* l. 27. *uſque.* al. *ad uſque.* l. 33. *quoniam.* L.

hunc reſpuit, etiamſi mens concupiſcit. De potione vero ingens pugna eſt; eoque magis, quo maior febris eſt. Hæc enim ſitim accendit, & tum maxime aquam exigit, cum illa periculoſiſſima eſt. Sed docendus æger eſt, ubi febris conquieverit, protinus ſitim quoque quieturam: longioremque acceſſionem fore, ſi quod ei datum fuerit alimentum: ita celerius eum deſinere ſitire, qui non bibit. Neceſſe eſt tamen, quanto facilius etiam ſani famem, quam ſitim ſuſtinent, tanto magis ægris in potione, quam in cibo indulgere. Sed primo quidem die nullus humor dari debet: niſi ſubito ſic venæ conciderunt, ut cibus quoque dari debeat. Secundo vero, cæteriſque etiam, quibus cibus non dabitur, tamen, ſi magna ſitis urgebit, potio dari poteſt.

Ac ne illud quidem, ab Heraclide Tarentino dictum, ratione caret: ubi aut bilis ægrum, aut cruditas male habet, expedire quoque, per modicas potiones miſceri
218,15. novam materiam corruptæ. Illud videndum eſt, ut, qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoque, ubi ſine illo datur, deligantur, aut cum ægrum dormire cupiemus: quod fere ſitis prohibet. Satis autem convenit, cum omnibus *a* febricitantibus nimius humor alienus ſit, tum præcipue eſſe fœminis, quæ ex partu in febres inciderunt.

Sed cum tempora cibo potionique febris & remiſſionis ratio det, non eſt expedi-

l. 6. *quieverit.* l. 23. *medicas.* l. 27. om. *aut.* L.

a *Aphor.* 1. 16.

pcditiſſimum ſcire, quando æger febricitet, quando melior ſit, quando deficiat: ſine quibus diſpenſari illa non poſſunt. Venis enim maxime credimus, † fallaciſſimæ rei; quia ſæpe iſtæ lentiores celeriores-ve ſunt, & ætate, & ſexu, & corporum natura. Et plerumque ſatis ſano corpore, ſi ſtomachus infirmus eſt, nonnunquam etiam incipiente febre, ſubeunt & quieſcunt: ut imbecillus is videri poſſit, cui facile laturo gravis inſtat acceſſio. Contra ſæpe eas concitat & reſolvit ſol, & balneum, & exercitatio, & metus, & ira, & quilibet alius animi affectus. adeo ut, cum primum medicus venit, ſolicitudo ægri dubitantis, quomodo illi ſe habere videatur, eas moveat. Ob quam cauſam, *a* periti medici eſt, non protinus ut venit, apprehendere manu brachium: ſed primum reſidere hilari vultu, percunctarique, quemadmodum ſe habeat; &, ſi quis eius metus eſt, eum probabili ſermone lenire; tum deinde eius corpori manum admovere. Quas venas autem conſpectus medici movet, quam facile mille res turbant! Altera res eſt, cui credimus, calor, æque fallax. Nam hic quoque excitatur æſtu, labore, ſomno, metu, ſolicitudine.

Igitur intueri quidem etiam iſta oportet: ſed his non omnia credere. Ac protinus quidem ſcire, non febricitare eum, cuius venæ naturaliter ordinatæ ſunt, teporque talis eſt, qualis eſſe ſanis ſolet. Non protinus autem ſub calore motuque febrem eſſe,

l. 5. *leniores.* l. 11. *facile adhuc gravis.* al. *facile adhuc laturo.* l. 16. *ille.* l. 23. *carpo.* L. l. 29. *omnia etiam iſta.* l. 33. *nec protinus etiam.* L.

† *Pancirolæ obſerv.* IV. a *De decent. ornatu T.* IX. X. *Pallad. Sophiſt. in l.* V. *Epidem. pag. m.* 201. *Actuar. de M. M. II.* 2.

esse, concipere: sed ita, si summa quoque arida inæqualiter cutis est; si calor & in fronte est, & ex imis præcordiis oritur; si spiritus ex naribus cum fervore prorumpit; si color, aut rubore, aut pallore novo mutatus est; si oculi graves, & aut persicci, aut subhumidi sunt; si sudor, cum fit, inæqualis est; si venæ non æquis intervallis moventur. Ob quam causam medicus neque in tenebris, neque a capite ægri debet residere; sed illustri loco adversus eum, ut omnes notas, ex vultu quoque cubantis perspiciat.

Ubi vero febris fuit, atque decrevit, spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliæ paulum madescant, quæ sudorem venturum esse testentur. Ac si qua eius nota est, tunc demum dare potui calidam aquam; cuius salubris effectus est, si sudorem per omnia membra diffundit. Huius
135,31. autem rei causa, continere æger sub veste satis multa manus debet; eademque crura, pedesque contegere: qua mole plerique ægros in ipso impetu febris, potissimeque ubi ardens ea est, male habent. Si sudare corpus cœpit, linteum tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere. At ubi sudor omnis finitus est, aut, si is non venit, ubi quam maxime potuit, idoneus esse cibo æger videtur, sub veste leniter ungendus est, tum detergendus, deinde ei cibus dandus.

Cibus † autem febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certe quam proxi-

l. 1. *sese, concipere.* l. 3. om. *ex.* al. *ex intimis.* l. 7. *sit.* l. 13. *illustri loco percipiat.* l. 14. *expectari.* al. *expensari.* l. 17. *At.* ibid. om. *eius.* l. 23. *male.* l. 24. *pessimeque.* l. 29. *tepuit, et.* L. l. 33. *His autem.*

† 1. *Aphor.* 16.

proximus: utique ex materia quam leviſſima; maximeque † ſorbitio: eaque, ſi magnæ febres fuerunt, quam tenuiſſima eſſe debet. Mel quoque deſpumatum huic recte adiicitur, quo corpus magis nutriatur: ſed id, ſi ſtomachum offendit, ſupervacuum eſt; ſicut ipſa quoque ſorbitio. Dari vero in vicem eius poteſt, vel intrita ex aqua calida, vel alica elota, ſi firmus eſt ſtomachus, & compreſſa alvus, ex aqua mulſa; ſi vel ille languet, vel hæc profluit, ex poſca. Et primo quidem cibo ita ſatis eſt: ſecundo vero aliquid adiici poteſt, ex eodem tamen genere materiæ, vel olus, vel conchylium, vel pomum. Ac, dum febres quidem increſcunt, hic ſolus idoneus cibus eſt. Ubi vero aut deſinunt, aut levantur, ſemper quidem incipiendum eſt ab aliquo ex materia leviſſima, adiiciendum vero aliquid ex media, ratione habita ſubinde & virium hominis, & morbi. 78,14.

Apponendi vero ægro varii cibi (ſicut Aſclepiades præcepit) tum demum ſunt, 120,8.
ubi faſtidio urgetur, neque ſatis vires ſufficiunt: ut paulum ex ſingulis deguſtando, famem vitet. At ſi neque vis, neque cupiditas deeſt, nulla varietate ſolicitandus æger eſt; ne plus aſſumat, quam concoquat. Neque verum eſt, quod ab eo dicitur, facilius concoqui cibos varios. eduntur quidem facilius: ad concoctionem autem materiæ genus & modus pertinent. Neque inter magnos dolores, neque increſcente *b* morbo, tutum eſt, ægrum cibo impleri; ſed ubi

l. 12. *puſca.* l. 15. *At.* l. 22. *Ponendi.* l. 30. *educuntur.* al. *eduntur enim.*

† *Hippocr. de Vet. M.* XI, XII. b *Aph.* I. 7. 8.

ubi inclinata iam in melius valetudo eſt.

Sunt aliæ quoque obſervationes in febribus neceſſariæ; atque id quidem videndum eſt, quod quidam ſolum præcipiunt, an adſtrictum corpus ſit, an profluat. Quorum alterum ſtrangulat, quod continet, alterum digerit. Nam, ſi adſtrictum eſt, ducenda alvus eſt, movenda urina, eliciendus omni modo ſudor. In hoc genere morborum ſanguinem etiam miſiſſe, concuſſiſſe vehementibus geſtationibus corpus, in lumine habuiſſe, imperaſſe famem, ſitim, vigiliam prodeſt. Utile eſt etiam ducere in balneum, prius demittere in ſolium, tum ungere, iterum ad ſolium redire, multaque aqua fovere inguina; interdum etiam oleum in ſolio cum aqua calida miſcere; uti cibo rarius & ſerius, tenui, ſimplici, molli, calido, exiguo; maximeque oleribus, qualia ſunt, lapathum, urtica, malva; vel iure etiam concharum, muſculorumve, aut locuſtarum: neque danda caro, niſi elixa, eſt At potio eſſe debet magis liberalis, & ante cibum, & poſt hunc, & cum hoc, ultra quam ſitis coget. Poteritque a balneo etiam pingue ius, aut dulcius dari vinum: poterit ſemel, aut bis interponi Græcum ſalſum.

37,7. Contra vero, ſi corpus profluet, ſudor
147,19. coercendus, quies adhibenda erit; tenebris, ſomnoque, quandocunque volet, utendum; non niſi levi geſtatione corpus agitandum, & pro genere mali ſubveniendum. Nam, ſi venter fluit, aut ſi ſtomachus non continet, ubi febris decrevit, libera-

l. 3. *quoque.* l. 6. om. *quod continet.* L. l. 13. *dimittere.* ibid. *item.* l. 20. *lopotium.* l. 25. *pinguis.* al. *pinguius aut.* l. 30. *ſomniſque: ſomnique.* l. ead. *quando volet.* l. 31. *leni.*

beraliter oportet aquam tepidam potui dare, & vomere cogere; niſi aut fauces, aut præcordia, aut latus dolet, aut vetus morbus eſt.

Si vero ſudor exercet, duranda cutis eſt, vel nitro, vel ſale; quæ cum oleo miſcentur. At, ſi levius id vitium eſt, oleo corpus ungendum eſt: ſi vehementius, roſa, vel melino, vel myrteo, cui vinum auſterum ſit adiectum.

Quiſquis autem fluore æger eſt, cum venit in balneum, prius ungendus, deinde in ſolium demittendus eſt. Si in cute vitium eſt, frigida quoque, quam calida aqua melius utetur. Ubi ad cibum ventum eſt, dari debet is valens, frigidus, ſiccus, ſimplex, qui quam minime corrumpi poſſit, panis toſtus, caro aſſa, vinum aſperum, vel certe ſubauſterum; ſi venter profluit, calidum: ſi ſudores nocent, vomituſve ſunt, frigidum.

CAP. VII.

Quomodo peſtilentes febres curari debeant.

DESIDERAT etiam propriam animadverſionem in febribus peſtilentiæ caſus. In hac minime utile eſt, aut fame, aut medicamentis uti, aut ducere alvum. Si vires ſinunt, ſanguinem mittere optimum eſt; præcipueque, ſi cum dolore febris eſt. Si id parum tutum eſt, ubi febris aut tenuata eſt, aut levata, vomitu pectus purgare. Sed in hoc maturius, quam

l. 13. *dimittendus.* l. 16. *his.* l. 18. *auſterum.* L. l. 19. *et, ſi v.* L. l. 32. *cum ardore.* L. l. 33. *levata eſt.*

in aliis morbis, ducere in balneum opus est; vinum calidum, & meracius dare, & omnia glutinosa: inter quæ quoque carnem, generis eiusdem. Nam quo celerius eiusmodi tempestates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate, rapienda sunt. Quod si puer est, qui laborat; neque tantum robur eius est, ut sanguis mitti possit, siti ei utendum est; ducenda alvus vel aqua vel ptisanæ cremore; tum demum is levibus cibis nutriendus. Et ex toto non sic pueri, ut viri, curari debent. Ergo, ut in alio quoque genere morborum, parcius in his agendum est; non facile sanguinem mittere, non facile ducere alvum, non cruciare vigilia, fameve, aut nimia siti, non vino curare, satis convenit. Vomitus post febrem eliciendus est: deinde dandus cibus ex levissimis; tum is dormiat: postero quoque die, si febris manet, abstineatur: tertio, ad similem cibum redeat. Dandaque opera est, quantum fieri potest, ut inter opportunam abstinentiam cibosque opportunos, omissis cæteris, nutriatur.

2. *Curatio ardentis febris.*

Si vero ardens febris extorret, nulla medicamenti danda potio est; sed in ipsis accessionibus oleo & aqua refrigerandus est: quæ miscenda manu sunt, donec albescant. Etiam amplo conclavi tenendus, quo multum & purum aerem trahere possit; 37,20. neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantum velandus est. Possunt etiam super stomachum imponi,

l. 9. *cucurbitulis ei.* L. l. 17. om. *non curare vina satis.* l. 18. om. *satis convenit.* L. l. 20. *quoque.* L. l. 21. *abstineat.* L. l. 23. *cibo opportuno.* L. l. 25. om. inscriptio. Alii, *caput VIII.* l. 30. *Et* pro *etiam.*

poni, folia vitis in aqua frigida tincta. Ac ne ſiti quidem nimia vexandus eſt. Alendus maturius eſt, id eſt a die tertio, & ante cibum iiſdem perungendus. Si pituita in ſtomacho coiit, inclinata iam acceſſione, vomere cogendus eſt; & tunc dandum frigidum olus, aut pomum, ex his, quæ ſtomacho conveniunt. Si ſiccus manet ſtomachus, protinus vel ptiſanæ, vel alicæ, vel oryzæ cremor dandus eſt, cum quo recens adeps cocta ſit. Cum vero in ſummo incremento morbus eſt, utique non ante diem quartum, magna ſiti antecedente, frigida aqua copioſe præſtanda eſt, ut bibat etiam ultra ſatietatem; &, cum iam venter & præcordia ultra modum repleta, ſatisque refrigerata ſunt, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt; ſed ipſa aqua frigida, tantum ad ſatietatem data, pro medicamento utuntur. Ubi utrumlibet factum eſt, multa veſte operiendus eſt, **131,21.**
& collocandus, ut dormiat. Fereque poſt longam ſitim & vigiliam, poſt multam ſatietatem, poſt infractum calorem, plenus ſomnus venit; per quem ingens ſudor effunditur, idque præſentiſſimum auxilium eſt: ſed in his tamen, in quibus præter ardorem, nulli dolores, nullus præcordiorum tumor; nihil prohibens, vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus; non ulcus, non defectio, non profluvium alvi fuit. Si quis autem in huiuſmodi febre leviter *a* tuſſit, is neque vehementi ſiti conflictari, neque bibere aquam frigidam debet; ſed eo modo

l. 27. *tantum* pro *tamen.* L. l. 29. om. *in thorace.* L. l. 31. *non defectio, non deiectio.* alii om. *non defectio.* l. 31. Quæ ſequuntur poſt *fuit,* omittit *Florentina* & PINZI & JUNTA & RUBEUS. l. 32. *leniter.* L. l. 33. *conflictatur.*

a *Aphor.* IV. 54.

curandus eſt, quo in cæteris febribus præcipitur.

CAP. VIII.

Curatio ſemitertianæ febris, quæ ἡμιτριταῖος *dicitur.*

AT, ubi id genus tertianæ eſt, quod ἡμιτριταῖον Medici appellant, magna cura opus eſt, ne id fallat. Habet enim plerumque frequentiores acceſſiones deceſſioneſque, ut aliud morbi genus videri poſſit; porrigiturque febris in horas viginti quatuor, & triginta ſex; ut, quod idem eſt, non idem eſſe videatur. Et magnopere neceſſarium eſt, neque dari cibum, niſi in ea remiſſione, quæ vera eſt; &, ubi ea venit, protinus dari. Plurimique ſub alterutro curantis errore ſubito moriuntur. Ac, niſi magnopere aliqua res prohibet, inter initia ſanguis mitti debet; tum dari cibus, qui neque incitet febrem, & tamen longum eius ſpatium ſuſtineat.

CAP. IX.

Curatio lentarum febrium.

NONNUNQUAM etiam lentæ febres ſine ulla remiſſione corpus tenent; ac neque cibo, neque ulli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet, ut morbum mutet: fortaſſe enim curationi opportunior fiet. Sæpe igitur ex aqua frigida, cui oleum ſit adiectum, corpus eius pertractandum eſt, quoniam interdum ſic evenit, ut horror oriatur, & fiat initium quod-

l. 12. *porrigit.*

quoddam novi motus; exque eo, cum magis corpus incaluit, ſequatur etiam remiſſio. In his frictio quoque ex oleo & ſale ſalubris videtur.

At, ſi diu frigus eſt, & torpor, & iactatio corporis, non alienum eſt, in ipſa febre dare mulſi tres aut quatuor cyathos, vel cum cibo vinum bene dilutum. Intenditur enim ſæpe ex eo febris; & maior ortus calor ſimul & priora mala tollit, & ſpem remiſſionis, inque ea curationis oſtendit.

Neque hercule iſta curatio nova eſt, qua nunc quidam traditos ſibi ægros, qui ſub cautioribus medicis trahebantur, interdum † contrariis remediis ſanant. Siquidem 19, 15.
apud antiquos quoque ante Herophilum & Eraſiſtratum, maximeque poſt Hippocratem fuit Petron quidam, qui febricitantem hominem, ubi acceperat, multis veſtimentis operiebat, ut ſimul calorem in- 134, 34.
gentem, ſitimque excitaret. Deinde, ubi paulum remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat; ac, ſi moverat ſudorem, explicuiſſe ſe ægrum iudicabat: ſi non moverat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum vomere cogebat. Si alterutro modo febre liberaverat, protinus ſuillam aſſam, & vinum homini dabat. Si non liberaverat, decoquebat aquam ſale adiecto, eamque bibere cogebat, ut movendo ventrem purgaret.

Et intra hæc omnis eius medicina erat. Eaque non minus grata fuit his, quos Hippocratis ſucceſſores non refecerant; quam

l. 4. *utilis.* l. 7. *mulſæ.* Rom. leg. l. 11. om. *que.* l. 12. *hercules.* l. 18. *Petro.* πέτρων. l. 24. *iudicabat.* l. 30. *vomendo.* L.

† *Senec. de Clem.* 1. 9.

nunc eſt his, quos Herophili vel Eraſiſtrati
475,19. æmuli diu tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina; quia plures, ſi protinus a principiis excepit, interemit. Sed, cum eadem omnibus convenire non poſſint, fere, quos ratio non reſtituit, temeritas † adiuvat. Ideoque eiuſmodi medici melius alienos ægros, quam
121,9. ſuos nutriunt. Sed eſt circumſpecti quoque hominis, & novare interdum, & augere morbum, & febres accendere; quia curationem, ubi id, quod eſt, non recipit, poteſt recipere id, quod futurum eſt.

CAP. X.

Remedia in febribus ad capitis dolorem, & præcordiorum inflammationem, & ariditatem & ſcabritiem linguæ.

CONSIDERANDUM etiam eſt, febres ne ſolæ ſint, an alia his quoque mala accedant; id eſt, num caput doleat, num lingua aſpera, num præcordia intenta ſint. Si capitis dolores ſunt, roſam cum aceto miſcere oportet, & in id ingerere: deinde habere duo pitacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemque æquent: ex his invicem alterum in aceto & roſa habere, alterum in fronte; aut intinctam iiſdem lanam ſuccidam imponere. Si acetum offendit, pura roſa utendum eſt. Si roſa ipſa lædit, oleo acerbo. Si iſta parum iuvant, teri poteſt vel iris arida, vel nuces amaræ, vel quælibet herba ex refrigerantibus. Quorum quidlibet ex aceto impoſitum, dolo-

l. 24. om. *in*. L.

† *Exemp. vide apud Valleriolam lib. 3. obſ. 4.*

dolorem minuit; sed magis aliud in alio. Juvat etiam panis cum papavere iniectus, vel cum rosa, cerussa, spumave argenti. Olfacere quoque vel serpillum, vel anethum, non alienum est.

At, si in præcordiis inflammatio & dolor est, primo superimponenda sunt cataplasmata reprimentia; ne, si calidiora fuerint, plus eo materiæ concurrat. Deinde, ubi prima inflammatio se remisit, tunc demum ad calida & humida veniendum est; ut ea, quæ remanserint, discutiant. Notæ vero inflammationis sunt quatuor, rubor, & tumor, cum calore, & dolore. Quo magis erravit Erasistratus, qui febrem nullam 5,7.
sine hac esse dixit.

Ergo, si sine inflammatione dolor est, nihil imponendum est. hunc enim statim ipsa febris solvit. At, si neque inflammatio, 70, 3.
neque febris, sed tantum præcordiorum dolor est; protinus calidis & siccis fomentis uti licet. Si vero lingua sicca est, & scabra, detergenda primum penicillo est ex aqua calida: deinde ungenda mixtis inter se rosa & melle. Mel purgat, rosa reprimit, simulque siccescere non sinit. At si scabra non est, sed arida, ubi penicillo detersa est, ungi rosa debet, cui ceræ sit paulum adiectum.

CAP.

l. 10. *primo.* l. 12. *remanserunt.* L. l. 19. *solvet.*

CAP. XI.

Remedia contra frigus, quod febrem præcedit

SOLET etiam ante febres eſſe frigus; idque vel moleſtiſſimum morbi genus eſt. Ubi id expectatur, omni potione prohibendus æger eſt: hæc enim paulo ante data, multum malo adiicit. Item maturius veſte multa tegendus eſt. Admovenda partibus his, pro quibus metuimus, ſicca & calida fomenta: ſic, ut ne ſtatim vehementiſſimi calores incipiant, ſed paulatim increſcant. Perfricandæ quoque eæ partes manibus unctis ex vetere oleo ſunt, eique adiiciendum aliquid ex calefacientibus. Contentique medici quidam una frictione, etiam ex quolibet oleo, ſunt. In harum febrium remiſſionibus nonnulli tres aut quatuor ſorbitionis cyathos, etiamnum ultra manente febre, dant: deinde, ea bene finita, reficiunt ſtomachum cibo frigido & leni. Ego tum hoc puto tentandum, cum parum cibus, ſemel & poſt febrem datus, prodeſt.

Sed curioſe perſpiciendum eſt, ne tempus remiſſionis decipiat. Sæpe enim in hoc quoque genere valetudinis iam minui febris videtur, & rurſus intenditur. Itaque ei remiſſioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, & iactationem, fœtoremque quendam oris, quem ὄζην Græci vocant, minuit. Illud ſatis convenit, ſi quotidie pares acceſſiones ſunt, quotidie parvum cibum dandum:

l. 13. *fomentatio.* ibid. om. *ut.* l. 20. om. *aut.* L. l. 21. *etiam num non.* om. *ultra.* l. 22. *reſtituunt.* l. 23. *levi.* L. l. 28. *iam minimi.* l. 31. *iactationem fervoremque corporis, quem* ζέσιν *Gr.* L.

dum : ſi impares, poſt graviorem, cibum; poſt leviorem, aquam mulſam.

CAP. XII.

Curatio horroris in febribus.

HORROR autem eas fere febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur; ideoque *a* tutiſſimæ ſunt, maximeque curationes admittunt. Nam ubi incerta tempora ſunt, neque alvi ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur. Incertum eſt enim, quando febris ventura ſit : ita fieri poteſt, ut, ſi ſubito venerit, ſumma in eo pernicies ſit, quod auxilii cauſa fuit inventum, Nihilque aliud fieri poteſt, quam ut primis diebus bene abſtineatur æger: deinde, ſub deceſſu febris eius, quæ graviſſima eſt, cibum ſumat.

At ubi certus circuitus eſt, facilius omnia illa tentantur; quia facilius proponere nobis & acceſſionum & deceſſionum vices poſſumus. In his autem, cum *b* veteraverunt, utilis fames non eſt. Primis tantummodo diebus ea pugnandum eſt: deinde dividenda curatio eſt, & ante horror, tum febris diſcutienda. Igitur cum primum aliquis inhorruit, & ex horrore incaluit, dare ei oportet potui tepidam aquam ſubſalſam, & vomere eum cogere: nam fere talis horror ab his oritur, quæ bilioſa in ſtomacho reſederunt. Idem faciendum eſt, ſi proximo quoque circuitu æque acceſſit: ſæpe enim ſic diſcutitur. Jamque,

l. 14. *poterit.* l. 15. *ſit.* l. 18. *abſtineat.* L. l. ead. *deinde ſucceſſu.* l. 22. *inveteraverunt.* Rittershuſius ad Phædr. l. Fab. 2. l. 33. om. *ac.*

a *Aph.* IV. 43.

que, quod genus febris ſit, ſcire licet. Itaque ſub expectatione proximæ acceſſionis, quæ inſtare tertia poteſt, deducendus in balneum eſt; dandaque opera eſt, ut per tempus horroris in ſolio ſit. Si ibi quoque ſenſerit, nihilominus idem ſub expectatione acceſſionis quartæ faciat: ſiquidem eo quoque modo ſæpe is diſcutitur. Si nec balneum quidem profuit, ante acceſſionem allium edat, aut bibat calidam aquam cum pipere: ſiquidem ea quoque aſſumpta calorem movent; qui horrorem non admittit. Deinde eo modo, quo in frigore præceptum eſt, antequam inhorreſcere poſſit, operiatur. fomentiſque protinus calidioribus totum corpus circumdare convenit,
95,20. maximeque involutis extinctis teſtis & titionibus.

Si nihilominus horror perruperit, multo oleo calefacto inter ipſa veſtimenta perfundatur; cui æque ex calefacientibus aliquid ſit adiectum: adhibeaturque frictio, quantam is ſuſtinere poterit, maximeque in manibus & pedibus: & ſpiritum ipſe contineat. Neque deſiſtendum eſt, etiamſi horror eſt. ſæpe enim pertinacia iuvantis malum corporis vincit.

Si quid evomuit, danda aqua tepida, iterumque vomere cogendus eſt; utendumque eiſdem eſt, donec horror finiatur. Sed præter hæc ducenda alvus eſt, ſi tardius horror quieſcet: ſiquidem id quoque exonerato corpore prodeſt. Ultima poſt hæc auxilia ſunt, geſtatio & ambulatio. Cibus autem

l. 13. *eodem.* L. l. 16. *validioribus.* l. 26. *horror redit.* l. 33. *corpori.*

autem in eiuſmodi morbis maxime dandus eſt, qui mollem alvum præſtet; caro glutinoſa; vinum, cum dabitur, auſterum.

CAP. XIII.

Curatio quotidianæ febris.

HÆC ad omnes circuitus febrium pertinent: diſcernendæ tamen ſingulæ ſunt, ſicut rationem habent diſſimilem. Si quotidiana eſt, triduo primo magnopere abſtinere oportet; tum cibis, altero quoque die uti. Si res inveteraverit, poſt febrem experiri balneum, & vinum; magiſque, ſi horrore ſublato, hæc ſupereſt.

CAP. XIV.

Curatio tertianæ febris.

SI tertiana vero, quæ ex toto intermittit, aut quartana eſt; mediis diebus, & ambulationibus uti oportet, aliiſque exercitationibus, & unctionibus. Quidam ex antiquioribus medicis Cleophantus, in hoc genere morborum, multo ante acceſſionem, caput ægri multa *a* calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat. Quod, quamvis pleraque eius viri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades, recte tamen præteriit: eſt enim anceps.

Ipſe, ſi tertiana febris eſt, tertio die poſt acceſſionem dicit alvum duci oportere: quinto, poſt horrorem vomitum elicere; deinde poſt febrem, ſicut illi mos erat, adhuc

l. 2. *ac caro.* L. l. 4. *auſterum ſit.* l. 20. *ſi vero t.* l. 34. *ſicuti.*

a *Aphor.* VII. 42.

huc calidis dare cibum & vinum : ſexto die, in lectulo detineri : ſic enim fore, ne ſeptimo die febris accedat. Id ſæpe fieri poſſe, veriſimile eſt. Tutius tamen eſt, hoc ipſo ordine tria remedia, vomitus, alvi ductionis, vini potus, per triduum, id eſt, die tertio, & quinto, & ſeptimo tentare : nec vinum, niſi poſt acceſſionem, die ſeptimo bibere.

Si vero primis diebus diſcuſſus morbus non eſt, inciditque in vetuſtatem, quo die febris expectabitur, in lectulo ſe contineat; poſt febrem perfricetur: tum, cibo aſſumpto, bibat aquam; poſtero die, quo cibo vacat, & ab exercitatione unctioneque, aqua tantum contentus, conquieſcat. Et id quidem optimum eſt. Si vero imbecillitas urgebit, & poſt febrem vinum; & medio die paulum cibi debebit aſſumere.

CAP. XV.

Curatio quartanæ febris.

EADEM in quartana facienda ſunt. Sed cum hæc tarde [a] admodum finiatur, niſi primis diebus diſcuſſa eſt, diligentius ab initio præcipiendum eſt, quid in ea debeat fieri. Igitur, ſi cui cum horrore febris acceſſit, eaque deſiit, eodem die & poſtero tertioque continere ſe debet, & aquam tantummodo calidam primo die poſt febrem ſumere; biduo proximo, quantum fieri poteſt, ne hanc quidem: quarto die, ſi cum horrore febris revertitur, [b] vomere, ſicut ante præceptum eſt : deinde poſt

l. 4. *ut hoc ipſo ordine utamur. Tria.* al. *vt ipſo ordine* l. 9. *bibat.* l. 14. *a cibo* L. l. 32. *ſi quarto.*

a *I. Epidem. III.* 17. b *De Affect.* XIX. 2.

poſt febrem, modicum cibum ſumere, vini quadrantem. Poſtero tertioque die abſtinere; aqua tantummodo calida, ſi ſitis eſt, aſſumpta. Septimo die balneo frigus prævenire, abſtinere, continere ſe debet, & aqua tantummodo calida, ſi ſitis eſt, uti: ac tum ita nono die balneo frigus prævenire, &, ſi febris redierit, ducere alvum; ubi ex eo corpus conquieverit, inunctione vehementer perfricari, eodem modo ſumere cibum & vinum, biduo proximo ſe abſtinere, frictione ſervata. Decimo tertio die rurſus balneum experiri; &, ſi poſtea febris acceſſit, æque perfricari, vinum copioſius bibere. Ac ſic proximum eſt, ut quies tot dierum, & abſtinentia cum cæteris, quæ præcipiuntur, febrem tollant.

Si vero nihilominus remanet, aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus; idque agendum, ut, quod diu ſuſtinendum eſt, corpus facile ſuſtineat. Quo minus etiam curatio probari Heraclidis Tarentini debet, qui primis diebus ducendam alvum, deinde abſtinendum uſque in ſeptimum diem dixit. Quod ut ſuſtinere aliquis poſſit; tamen etiam febre liberatus vix refectioni valebit. adeo, ſi febris ſæpius acceſſerit, concidet. Igitur, ſi tertio decimo die morbus remanebit, balneum neque ante febrem, neque poſt eam tentandum erit; niſi interdum iam horrore diſcuſſo. Horror ipſe per eadem, quæ ſupra præſcripta ſunt, expugnandus. Deinde poſt febrem oportebit ungi, & vehementer perfricari;

cibum

l. 3. *ſitiet.* l. 5 -- 7. om. *et aqua prævenire.* l. 6. *ſi ſitiet ac tum.* l. 7. *ſeptimo.* al. *octavo.* al. *primo.* l. 8. om. *et.* l. 11. *vino.* L. l. 12. om. *tertio.* l. 13. om. *et.* l. 15. *Ac ſi.* l. 15. 16. *ut abſtinentia cum.* l. 24. om. *uſque.* L. l. 29. om. *re.* l. 34. *debet.*

cibum & validum; & fortiter aſſumere; vino uti, quantum libebit: poſtero die, cum ſatis quieverit, ambulare, exerceri, ungi, perfricari fortiter; cibum accipere ſine vino: tertio die abſtinere.

Quo die vero febrem expectabit, ante ſurgere, & *c* exerceri, dareque operam oportet, ut in ipſam exercitationem tempus febris incurrat: ſic enim ſæpe illa diſcutitur. At, ſi in opere occupavit, tum demum ſe recipere. In eiuſmodi valetudine, medicamenta ſunt, oleum, frictio, exercitatio, cibus, vinum. Si venter adſtrictus eſt, ſolvendus eſt.

Sed hæc facile validiores faciunt. Si imbecillitas occupavit, pro exercitatione geſtatio eſt. Si ne hanc quidem ſuſtinet, adhibenda tamen frictio eſt. Si hæc quoque vehemens onerat, intra quietem, & unctionem, & cibum ſiſtendum eſt; dandaque opera eſt, ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat. Nam quartana neminem † iugulat: ſed, ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt; quod tamen, niſi culpa vel ægri *d* vel curantis, nunquam fit.

CAP. XVI.

Curatio duarum quartanarum.

AT, ſi duæ quartanæ ſunt, neque hæ quas propoſui, exercitationes adhiberi poſſunt: aut ex toto quieſcere opus eſt, aut, ſi id difficile eſt, leviter ambulare, hinc conſidere, diligenter involutis pedibus

l. 2. *quanto.* L. l. 7. *non oportet.* l. 20. *ſuſtinendum. conſiſtendum.* L. l. 25. *nonnunquam. non unquam.* l. 30. om. *hæ.* L. l. 33. *leniter.* L.

c *Ariſtot. Probl. Sect. II.* 58. † *Tulpius Obſerv. l.* 3. *cap.* 53. d *Hippocr. I. Epidem. Sect. III.* 4.

bus & capite. Quoties febris accessit & desiit, cibum modicum sumere, & vinum; reliquo tempore, nisi imbecillitas urget, abstinere. Aut, si duæ febres pene iunguntur, post utramque cibum sumere: deinde vacuo tempore, & moveri aliquid, & post unctionem cibo uti. Cum vero vetus quartana raro, nisi vere, *a* solvatur; utique eo tempore attendendum est, ne quid fiat, quod valetudinem impediat. Prodestque in vetere quartana, mutare subinde victus genus, a vino ad aquam, ab aqua ad vinum, a lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes transire: esse radicem, deinde vomere: iureve pulli gallinacei ventrem resolvere: oleum ad frictiones adiicere, calefacientia ante accessionem sorbere, vel aceti cyathos duos, vel unum sinapis, cum tribus Græci vini salsi; vel mista paribus portionibus, 37,7. & in aqua diluta, piper, castoreum, laser, 132,27. myrrham. Per hæc enim similiaque corpus agitandum est, ut moveatur ex eo statu, quo detinetur.

Si febris quievit, diu meminisse eius diei convenit: eoque vitare frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facile enim revertitur, nisi a sano quoque aliquandiu timetur.

CAP. XVII.

Curatio quotidianæ febris, quæ ex quartana facta sit.

AT, si ex quartana, quotidiana facta est: cum id vitio inciderit, per bi- 146,25. duum

l. 4. *At.* L. l. 6. *aliquantum.* L. l. 16. *oleo - - adiicere calef.* L. l. 34. *initio.* L.

a *Epidem.* VI. *Sect.* VI. 42.

dum abſtinere oportet, veſpere frictione uti, & aquam tantummodo potui dare; tertio die ſæpe fit, ne febris accedat. Sed ſive fuit, ſive non fuit, cibus poſt acceſſionis tempus eſt dandus: &, ſi manet, per biduum abſtinentia, quanta maxima imperari corpori poteſt, & fricatione quotidie utendum eſt.

CAP. XVIII.

De tribus inſaniæ generibus: & primo de ejus curatione, quæ a Græcis φρενῖτις *dicitur.*

ET febrium quidem ratio expoſita eſt. Superſunt vero alii corporis affectus, qui huic superveniunt, ex quibus eos, qui certis partibus aſſignari non poſſunt, protinus jungam. Incipiam ab inſania, primamque hujus ipſius partem aggrediar, quæ & acuta, & in febre eſt. Græci φρενῖτιν appellant.

Illud ante omnia ſcire oportet, interdum in acceſſione ægros deſipere, & loqui aliena. Quod non quidem leve eſt; neque incidere poteſt, niſi in febre vehementi, non tamen æque peſtiferum eſt. nam plerumque breve eſſe conſuevit, levatoque acceſſionis impetu, protinus mens redit. Neque id genus morbi remedium aliud deſiderat, quam quod in curanda febre præceptum eſt.

Phrenitis [a] vero tum demum eſt, cum continua dementia eſſe incipit, aut cum æger, quamvis adhuc ſapiat, tamen quasdam

l. 1. om. *veſpere.* l. 2. om. *et.* ibid. *veſperi potui.* l. 5. *et ſi.* l. 6. *maxime.* l. 13. *phreneſis.* l. 14. *curatio.* L. l. 16. *his.* l. 17 om. *non.* L. l. 20. *phreneſin.* l. 32. *Phreneſis.*

a *Trallian. l. 13. Cæl. Aurelian. Præf. Lib. 1. Acutor. Morb. pag. 7.*

dam vanas imagines accipit: perfecta eſt, ubi mens illis imaginibus addicta eſt. Eius autem plura genera ſunt: ſiquidem ex phreneticis alii hilares, alii triſtes ſunt: alii facilius continentur, & intra verba deſipiunt; alii conſurgunt, & violenter quædam manu faciunt: atque ex his ipſis, alii nihil niſi impetu peccant; alii etiam artes adhibent, ſummamque ſpeciem ſanitatis in captandis maiorum operum occaſionibus præbent; ſed exitu deprehenduntur.

Ex his autem eos, qui intra verba deſipiunt, aut leviter etiam manu peccant, onerare aſperioribus coercitionibus ſupervacuum eſt. Eos vero, qui violentius ſe gerunt, vincire convenit; ne vel ſibi vel alteri noceant. Neque credendum eſt, ſi vinctus aliquis, dum levari vinculis cupit, ſanum iam ſe ſingat; quamvis prudenter & miſerabiliter loquatur, quoniam is dolus inſanientis eſt.

Fere vero antiqui tales ægros in tenebris habebant; eo quod eis contrarium eſſet, exterreri; & ad quietem animi tenebras ipſas conferre aliquid iudicabant. At Aſclepiades, tanquam tenebris ipſis terrentibus, † in lumine habendos eſſe dixit. Neutrum tamen perpetuum eſt. Alium enim lux, alium tenebræ magis turbant. reperiunturque, in quibus nullum diſcrimen deprehendi, vel hoc, vel illo modo poſſit. Optimum itaque eſt, *b* utrumque experiri, & habere eum, qui tenebras horret, in luce; eum, qui lucem, in tenebris. At ubi

l. 4. *phreniticis.* l. 6. *inſurgunt.* L. l. 10. *malorum.* L. l. 17. *alteri ſibi.* l. 23. *illis.* L. l. 26. *ipſis tenebris.* L. l. 27. *eos* pro *eſſe* ponit. L.

† *Cœl. Aurel. M. A. l.* 1. *c.* 15. *p.* 40. b *Cœl. Aurel. Acut. Morb. lib.* 9. *Aretæus de Curat. Acut. l.* 1.

nullum tale discrimen est, æger, si vires habet, loco lucido: si non habet, obscuro continendus est.

Remedia vero adhibere, ubi maxime furor urget, supervacuum est: simul enim febris quoque increscit. Itaque tum nihil nisi continendus æger est. Ubi vero res patitur, festinanter subveniendum est. Asclepiades perinde esse dixit, his sanguinem * mitti, ac si *c* trucidentur: rationem hanc secutus, quod neque insania esset, nisi febre intenta; neque sanguis, nisi in remissione eius, recte mitteretur. Ipse in his somnum multa frictione quæsivit. Sed cum & intentio febris somnum impediat; & frictio non, nisi in remissione eius, utilis sit: hoc quoque auxilium debuit præterire. Quid igitur est? Multa in præcipiti *d* periculo recte fiunt, alias omittenda. Et continua quoque febris habet tempora, quibus, etsi non remittit, non tamen crescit. Estque hoc, ut non optimum, sic satis tamen secundum remediis tempus. Quod si vires ægri patiuntur, sanguis quoque mitti debet.

Nec minus deliberari potest, an alvus ducenda sit. Tum, interposito die, convenit caput ad † cutem tondere: deinde aqua fovere, in qua verbenæ aliquæ decoctæ sint, vel ex reprimentibus: aut prius fovere, deinde tondere, & iterum fovere: ac novissime rosa caput naresque implere; offerre etiam naribus rutam, ex aceto contritam, & movere sternutamenta medicamentis in id effi-

l. 6. *Tum itaque.* l. 10. *hanc rat.* L. l. 11. *cum febre.* L. l. 14. *Sed ipse.* l. 15. om. *sed.* l. 17. *Itaque hoc.* l. 20. *continuata.* l. 22. om. *sic.* l. 23. *remedii.* al. *remedii genus.* l. 26. *dubitari.* L. l. 30. om. *vel.* L. al. *vel aliud ex.* l. 33. *et movere.* L. l. 34. *ad id.* L.

* *V. S. quando & qualis conveniat* Coel. Aurel. Acut. Morb. *I. c.* 10. c *Cœl. Aurelian. Acut. Morb. I.* 25. d *Valleriola Observ.* 1. *lib.* 1. † *Cœl. Aur. Acut. Morb. I.* 10. & *c.* 15.

efficacibus. Quæ tamen facienda ſunt in his, quibus vires non deſunt. Si vero imbecillitas eſt, roſa tantum caput, adjecto ſerpyllo, ſimilive aliquo, madefaciendum eſt. Utilis etiam in quibuſcumque viribus herbæ duæ ſunt, ſolanum & muralis, ſi ſimul ex utraque, ſucco expreſſo, caput impleatur. Cum ſe febris remiſerit, frictione utendum eſt: parcius tamen in his, qui nimis hilares, quam in his, qui nimis triſtes ſunt.

Adverſus omnium autem ſic inſanientium animos gerere ſe pro cujuſque natura neceſſarium eſt. Quorundam enim vani metus levandi ſunt: ſicut in homine prædivite famem timente incidit; cui ſubinde falſæ hæreditates nunciabantur. Quorundam audacia coercenda eſt: ſicut in his fit, in quibus continendis plagæ quoque adhibentur. Quorundam etiam intempeſtivus riſus objurgatione & minis prohibendus eſt. Quorundam diſcutiendæ triſtes cogitationes: ad quod ſymphoniæ, & cymbala, ſtrepituſque proficiunt. Sæpius tamen aſſentiendum, quam repugnandum eſt: paulatimque, & non evidenter, ab his, quæ ſtulte dicuntur, ad meliora mens ejus abducenda eſt. Interdum etiam elicienda ipſius intentio: ut fit in hominibus ſtudioſis literarum, quibus liber legitur, aut recte, ſi delectantur; aut perperam, ſi id ipſum eos offendit. Emendando enim convertere animum incipiunt. Quin etiam recitare, ſi qua meminerunt, cogendi

l. 2. *tamen.* l. 6. om. *ſi.* l. 9. 10. *iis.* l. 21. om. *et.* l. 27. *dicentur.* l. 28. om. *ejus.* L. ib. om. *eſt* L. l. 33. *advertere* L.

di ſunt. Ad cibum quoque quoſdam non deſiderantes reduxerunt hi, qui inter epulantes eos collocaverunt.

Omnibus vero ſic affectis ſomnus & difficilis, & præcipue neceſſarius eſt. ſub hoc enim plerique *d* ſaneſcunt. Prodeſt ad id, atque etiam ad mentem ipſam componendam, crocinum unguentum cum irino in caput datum. Si nihilominus vigilant, quidam ſomnum moliuntur potui dando aquam, in qua papaver aut hyoſcyamus decocta ſit: alii mandragoræ mala pulvino ſubiiciunt: alii vel amomum, vel ſycamini lachrymam fronti inducunt. Hoc nomen apud Medicos reperio. Sed cur Græci morum συκάμινον *e* appellant, cum mori nulla lachryma ſit? Sic vero ſignificatur lachryma arboris in Ægypto naſcentis, quam ibi συκόμορον appellant. Plurimi, decoctis papaveris corticibus, ex ea aqua ſubinde ſpongia os & caput fovent.

Aſclepiades ea ſupervacua eſſe dixit: quoniam in lethargum ſæpe converterent. Præcepit autem, ut primo die, a cibo, potione, ſomno abſtineretur: veſpere ei daretur potui aqua: tum frictio admoveretur lenis, ita ut ne manum quidem, qui fricaret, vehementer imprimeret: poſtero deinde die, iiſdem omnibus factis, veſpere ei daretur ſorbitio & aqua, rurſuſque frictio adhiberetur. Per hanc enim nos conſecuturos, ut ſomnus accedat. Id interdum fit, & quidem adeo, ut, illo confitente, nimia fricatio etiam lethargi periculum afferat.

Sed

l. 2. *ii.* l. 9. *vigilant hi.* al. *vigilantii.* l. 11. ὑοσκύαμος. l. 12. *ſit.* l. 13. *ſicamini.* l. 15. *cum Gr.* l. 16. om. *cum.* l. 17. *eſt.* l. 19. *moroſicon.* μορόσικον. *moroſycon.* l. 20. *aqua cum ſp.* L. l. 21. *ſubinde fovent.* l. 23. *convertunt.* L. *compellerent.* al. l. 26. *tunc.* l. 34. *frictio.*

d *Aphor.* II. 2. e *Bodæus a Stapel ad Theophraſt. Hiſtor. Plant. IV.* 2.

Sed ſi ſic ſomnus non acceſſit, tum demum illis medicamentis arceſſendus eſt: habita ſcilicet eadem moderatione, quæ hic quoque neceſſaria eſt; ne, quem obdormire volumus, excitare poſtea non poſſimus. Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus iuxta cadens; vel geſtatio * poſt cibum, & noctu; maximeque lecti ſuſpenſi motus.

Neque alienum eſt, ſi neque ſanguis ante miſſus eſt, neque mens conſtat, neque ſomnus accedit, † occipitio inciſo cucurbitulam admovere: quæ, quia levat morbum, poteſt etiam ſomnum facere. Moderatio autem in cibo quoque adhibenda eſt: nam neque æger implendus, ne inſaniat: neque ieiunio utique vexandus eſt, ne imbecillitate in cardiacum incidat. Opus eſt autem cibo infirmo, maximeque ſorbitione, & potione aquæ mulſæ, cuius ternos cyathos bis hieme, quater æſtate dediſſe ſatis eſt.

Alterum genus inſaniæ eſt, quod ſpacium longius recipit; quia fere ſine febre incipit, leves deinde febriculas excitat: & conſiſtit in triſtitia, quam videtur bilis ‡ atra contrahere. In hac utilis detractio ſanguinis eſt. Si quid hanc prohibet, prima eſt abſtinentia: ſecunda, per album veratrum vomitumque purgatio: poſt utrumlibet, adhibenda bis die frictio eſt. Si magis valet, frequens etiam exercitatio; in ieiuno
vomitus; cibus, ſine vino, dandus ex me- 155,26.
dia materia eſt. Quam quoties poſuero, ſcire licet, etiam ex infirmiſſima dari poſſe;

l. 2. *accerſendus.* l. 6. *ſaliens.* l. 13. om. *etiam.* l. 17. *recidat.* l. 19. om. *et.* l. 20. om. *bis.* L. ib. *æſtate vero quatuor.* L.

* *Cœl. Aurel. A. M. I.* 15. *pag.* 46. † *Cœl. Aurel. I. c.* 11. *p.* 27. ‡ *Aretæus de Morb. Diut. l.* 6. *Trallian. I.* 16.

dum ne ea ſola quis utatur: valentiſſima tantummodo eſſe removenda. Præter hæc, ſeruanda alvus eſt quam tenerrima: removendi terrores, & potius bona ſpes afferenda: quærenda delectatio ex fabulis, ludiſque, quibus maxime capi ſanus aſſueverat: laudanda, ſi qua ſunt, ipſius opera, & ante oculos ejus ponenda: leviter objurganda vana triſtitia: ſubinde admonendus, in his ipſis rebus, quæ ſolicitant, cur non potius lætitiæ, quam ſolicitudinis cauſa ſit. Si febris quoque acceſſit, ſicut aliæ febres curanda eſt.

Tertium inſaniæ genus eſt ex his longiſſimum; adeo ut vitam ipſam non impediat; quod robuſti corporis eſſe conſuevit. Hujus autem ipſius ſpecies duæ ſunt. Nam quidam imaginibus, non mente falluntur; qualem inſanientem Ajacem vel Oreſtem poëtarum fabulæ ferunt: quidam animo deſipiunt. Si imagines fallunt, ante omnia videndum eſt, triſtes, an hilares ſint. In triſtitia, nigrum veratrum dejectionis cauſa, in hilaritate, album, ad vomitum excitandum, dari debet. Idque, ſi in potione non accepit, pani adjiciendum eſt, quo facilius fallat. Nam, ſi bene ſe purgaverit, ex magna parte morbum levabit. Ergo etiam, ſi ſemel datum veratrum parum profecerit, interpoſito tempore iterum dari debet. Neque ignorare oportet, leviorem eſſe morbum cum g riſu, quam ſerio, inſanientium. Illud quoque perpetuum eſt in omnibus morbis, ubi ab inferiore parte purgandus aliquis

l. 1. *illa.* ib. *valentiſſimam.* L. l. 2. *removendam.* l. 17. om. *ipſius* L. l. 18. *fallunt* L. l. 26. *accipit* L.

g *Aph.* VI. 53.

aliquis eſt, *h* ventrem eius ante ſolvendum eſſe: ubi a ſuperiore, comprimendum.

Si vero conſilium inſanientem fallit, tormentis quibuſdam optime curatur. Ubi perperam aliquid dixit, aut fecit; fame, vinculis, plagis coërcendus eſt. Cogendus eſt & attendere, & ediſcere aliquid, & meminiſſe. Sic enim fiet, ut paulatim metu cogatur conſiderare, quid faciat. Subito etiam terreri, & expaveſcere, in hoc morbo prodeſt; & fere, quicquid animum vehementer perturbat. Poteſt enim quædam fieri mutatio, cum ab eo ſtatu mens, in quo fuerat, abducta eſt. Intereſt etiam, ſi ipſe ſine cauſa ſubinde rideat, an mœſtus demiſſusque ſit. Nam demens hilaritas terroribus his, de quibus ſupra dixi, melius curatur. Si nimia triſtitia eſt, prodeſt lenis, ſed multa bis die frictio: item ſuper caput aqua frigida infuſa, demiſſumque corpus in aquam & oleum.

Illa communia ſunt: inſanientes vehementer exerceri deberi; multa frictione uti; neque pinguem carnem, neque vinum aſſumere; cibis uti poſt purgationem, ex media materia, quam leviſſimis; non oportere 153, 32. eſſe vel ſolos, vel inter ignotos, vel inter 170,26. eos, quos aut contemnant, aut negligant; mutare debere regiones, &, ſi mens redit, annua peregrinatione eſſe jactandos.

Raro, ſed aliquando tamen, ex metu delirium naſcitur. Quod genus inſanientium, ſpecie, ſimilique victus genere curandum eſt: præterquam quod in hoc

l. 15. *metus.* ibid. *dimiſſisque.* al. *dimiſſusque.* l. 16. *demenſis. dementis.* l. 19. *ſuper* L. l. 33. *ſpecie ſimile* L.

h *Aph.* VII. 70.

hoc insaniæ genere solo recte vinum datur.

CAP. XIX.

a *De Cardiacis.*

HUIC morbo præcipue contrarium est id genus, quod καρδιακὸν a Græcis nominatur; quamvis sæpe ad eum phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat. Id autem nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis; quod, stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licetque protinus scire id esse, ubi venarum exigui imbecillique pulsus sunt; sudor autem supra consuetudinem, & modo, & tempore, ex toto thorace, & cervicibus, atque etiam capite prorumpit, pedibus tantummodo & cruribus siccioribus, atque frigentibus.

Acuti id morbi genus est. Curatio prima est, supra præcordia imponere, quæ reprimant, cataplasmata: secunda, sudorem prohibere. Id præstat acerbum oleum, vel rosa, vel melinum, aut myrteum. Quorum aliquo corpus leniter perungendum; ceratumque ex aliquo horum tum imponendum est.

Si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma, vel cimolia creta, vel etiam subinde horum pulvere respergendus. Idem præstat pulvis ex contritis aridæ myrti vel rubi foliis, aut ex austeri & boni vini arida fece. Pluraque similia sunt, quæ si desunt, satis utilis est quilibet ex

l. 5. *cardiaci morbi curatio.* l. 6. *His morbis.* L. l. 7. *cordiacum.* l. 8. *phrenitici.* l. 9. *laborat.* L. l. 10. *hoc vero.* L. l. 17. *ex capite.* L. l. 19. 20. *At ubi id morbi genus est, curatio.* l. 21. *reprimunt.* L. l. 23. *cohibere.* L. l. 25. *leviter.* l. 30. om. *etiam.* L. l. 32. *aridi.*

a *Cœl. Aurelian. Acut. Morb. II.* 30. 31. *Trallian. VII.* 9.

ex via pulvis iniectus. Super hæc vero, quo minus corpus inſudet, levi veſte debet eſſe contectus, loco non calido, feneſtris patentibus, ſic ut perflatus quoque aliquis accedat.

Tertium auxilium eſt, imbecillitati iacentis cibo vinoque ſuccurrere. Cibus non multus quidem, ſed ſæpe tamen nocte ac die dandus eſt; ut nutriat, neque oneret. Is eſſe debet ex infirmiſſima materia, & ſtomacho aptus. Niſi autem neceſſe eſt, ad vinum feſtinare non oportet. Si verendum eſt, ne deficiat, tum & intrita ex hoc, & hoc ipſum auſterum quidem, ſed tamen tenue, meracum, egelidum ſubinde & liberaliter dandum eſt; adiecta polenta, ſi modo is æger parum cibi aſſumit. Idque vinum eſſe debet, neque nullarum virium, neque ingentium: recteque tota die ac nocte, vel tres heminas æger bibet; ſi vaſtius corpus eſt, plus etiam: ſi cibum non accipit, perunctum ante perfundere aqua frigida convenit, & tum dare.

Quod ſi ſtomachus reſolutus parum continet, & ante cibum, & poſt eum ſponte vomere oportet; rurſuſque poſt vomitum cibum ſumere. Si ne id quidem manſerit, ſorbere vini cyathum, interpoſitaque hora, ſumere alterum. Si id quoque ſtomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis ſuperillinendum eſt: qui, ubi inaruerunt, efficiunt, ut vinum in ſtomacho contineatur, exque eo toti corpori calor venisque vis redeat.

Ulti-

l. 3. *potiuſque*. L. l. 15. *meraculum*. L. l. 20. *duas vel*. l. 27. *is*, L. l. 29. *iterum*. L.

Ultimum auxilium eſt, in alvum ptiſanæ vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere, ſiquidem id quoque vires tuetur. Neque alienum eſt, naribus quoque æſtuantis admouere, quod reficiat; ut eſt roſa & vinum: &, ſi qua in extremis partibus frigent, unctis & calidis manibus fovere. Per quæ ſi conſequi potuimus, ut & ſudoris impetus minuatur, & vita prorogetur, incipit jam tempus ipſum eſſe præſidio. Ubi in tuto eſſe videtur, verendum tamen eſt, ne ad eandem imbecillitatem cito recidat. Itaque, vino tantum remoto, quotidie validiorem cibum debet aſſumere, donec ſatis virium corpori redeat.

CAP. XX.

De Lethargicis.

ALTER quoque morbus eſt, aliter phrenetico † contrarius. In illo difficilior ſomnus, prompta ad omnem audaciam mens eſt: at in hoc marcor, & inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas. λήθαργον Græci nominant. Atque id quoque genus* acutum eſt, &, niſi ſuccurritur, celeriter jugulat.

Hos ægros *a* quidam ſubinde excitare nituntur, admotis his, per quæ ſternutamenta evocantur, & his, quæ odore fœdo movent, qualis eſt pix cruda, lana ſuccida, piper, veratrum, caſtoreum, acetum, allium, cepa. Juxta etiam galbanum incendunt, aut pilos aut cornu cervium: ſi id non eſt, quodlibet aliud. Hæc enim cum comburuntur, odorem fœdum movent.

Thar-

l. 5. *id eſt roſam.* l. 11. *eſſe in tuto.* l. 12. *ut ne* L. ib. *in* L. l. 18. *De Lethargo & ejus curatione.* l. 20. *phrenitico.* l. 20. *In eo.* L. l. 22. om. *at.* L. l. 23. *nominarunt.* L. λήθαργος *Græce nominatur.* l. 24. om. *atque.* l. 27. *Proinde ex eo ægros.* ib. om. *ſubinde.* L. l. 27. *quæ per.* l. 30. *pix uſta.* L. l. 32. om. *aut pilos.* L. l. 3. om. *id.* L. l. 34. *odore fœdo.* L.

† *Alex. Trall. l.* 14. * *Cæl. Aur. M. A. l.* 11. *c.* 1.

a *Trallian. l.* 15. *Aretæus de Morb. Acut. Curat. l.* 2.

Tharrias vero quidam, acceſſionis eſſe id malum, dixit, levarique, cum ea deceſſit. Itaque eos, qui ſubinde excitant, ſine uſu male habere. Intereſt autem, in deceſſione expergiſcatur æger, an, cum febris non levetur, aut, levata quoque ea, ſomnus urgeat. Nam ſi expergiſcitur, adhibere ei, ut ſopito, ſupervacuum eſt. neque enim vigilando melior fit; ſed per ſe, ſi melior eſt, vigilat. Si vero continens ei ſomnus eſt, utique excitandus eſt; ſed his temporibus, quibus febris leviſſima eſt, ut excernat aliquid, & ſumat. Excitat autem validiſſime repente aqua frigida ſuperinfuſa. Poſt remiſſionem itaque, perunctum oleo multo corpus, tribus aut quatuor amphoris totum per caput perfundendum eſt. Sed hoc utemur, ſi æqualis ægro ſpiritus erit, ſi mollia præcordia. Sin aliter hæc erunt, ea potiora, quæ ſupra comprehenſa ſunt. Et, quod ad ſomnum quidem pertinet, commodiſſima hæc ratio eſt.

Medendi autem cauſa, caput radendum; deinde poſtea fovendum eſt aqua, in qua laurus, aut ruta decocta ſit. Altero die imponendum caſtoreum, aut ruta ex aceto contrita, aut lauri baccæ, aut hedera cum roſa & aceto. Præcipueque proficit, & ad excitandum hominem, naribus admotum, & ad morbum ipſum depellendum, capiti frontive impoſitum ſinapi. Geſtatio etiam in hoc morbo prodeſt: maximeque opportune cibus datus, id eſt, in remiſſione, quanta maxima inveniri poterit. Aptiſſima

l. 5. *febris levatus.* L. l. 14. om. *ſuper.* l. 16. *totum corpus.* L. l. 24. *poſca* pro *poſtea.* L. om. *aqua.* L. l. 25. *altera vero.* L. l. 34. *maxime.*

ſima autem ſorbitio eſt, donec morbus decreſcere incipiat, ſic ut, ſi quotidie gravis acceſſio eſt, hæc quotidie detur: ſi alternis, poſt graviorem, ſorbitio, poſt leviorem, mulſa aqua. Vinum quoque cum tempeſtivo cibo datum non mediocriter adiuvat.

Quod ſi poſt longas febres eiuſmodi torpor corpori acceſſit, cætera eadem ſervanda ſunt. Ante acceſſionem autem, tribus quatuorve horis caſtoreum ſi venter adſtrictus eſt, cum ſcammonea mixtum, ſi non eſt, per ſe ipſum cum aqua dandum eſt. Si præcordia mollia ſunt, cibis utendum eſt plenioribus: ſi dura, in iisdem ſorbitionibus ſubſiſtendum; imponendumque eſt præcordiis, quod ſimul & reprimat & emolliat.

CAP. XXI.

a *De Hydropicis.*

SED hic quidem acutus eſt morbus. Longus vero fieri poteſt eorum, quos aqua inter cutem male habet, niſi primis diebus ſuccurritur; ὕδρωπα Græci vocant. Atque eius tres ſpecies ſunt. Nam modo, ventre vehementer intento, creber intus, ex motu ſpiritus, ſonus eſt: modo corpus inæquale eſt, tumoribus aliter aliterque per totum id orientibus: modo intus in uterum aqua contrahitur; &, moto corpore, ita movetur, ut impetus eius conſpici poſſit. Primum τυμπανίτην: ſecundum, λευκοφλεγματίαν, vel

l. 2. *incipiat. Si autem q.* L. l. 9. om. *corpori.* L. l. 11. om. *caſtoreum.* L. ibid. *dandum eſt caſtoreum.* L. l. 12. om. *mixtum.* L. l. 13. *caſtoreum cum.* L. l. 16. om. *eſt.* L. l. 20. *De aqua inter cutem, hoc eſt hydropico morbo.* l. 24. *niſi enim.* L. l. 25. *in ὕδρ. quam.* L. l. 26. *incidunt.* L. l. 26. *Eiusque.* L.

a *Aretæus de Diuturn. Morb. II.* 1.

vel ὑποσάρκα; tertium, ἀσκίτην Græci nominant. Communis tamen omnium est humoris nimia abundantia: ob quam ne ulcera *b* quidem in his ægris facile sanescunt. Sæpe vero hoc malum per se incipit: sæpe 68,7.
alteri vetusto morbo, maximeque quartanæ, supervenit.

Facilius in servis, quam in liberis tollitur. quia, cum desideret famem, sitim, mille alia tædia, longamque patientiam, promptius iis succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne hi quidem, qui sub alio sunt, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur. Ideoque non ignobilis medicus, Chrysippi discipulus, apud Antigonum regem, amicum quendam eius, * notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitum, negavit posse sanari. Cumque alter medicus Epirotes Philippus se sanaturum polliceretur; respondit, illum ad morbum ægri respicere; se, ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim cum summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua devorando, bibendoque suam urinam, in exitium sese præcipitavit.

Inter initia tamen, non difficillima curatio est, si imperata sunt corpori, quies, sitis, inedia. At si malum inveteraverit, non sine magna molestia discutitur. † Metrodorum tamen, Epicuri discipulum, referunt, cum hoc morbo tentaretur, neque æquo animo ferret necessariam sitim, ubi diu ab-

l. 1. *hyposarca.* ὑπὸ τὴν σάρκα. L. l. 2. *nominarunt.* ib. om. *omnium.* l. 9. *sitim* &. L. l. 11. *his.* l. 27. *exitum.* l. 30. *inveteravit.* l. 31. *mole.* L. l. 34. om. *ferret.* L. ibid *sitim sustineret.* L.

b *Aph.* VI. 8. * *Apulei. Metam.* X. medicus notæ perfidiæ. *L.* 3. §. 4. *de liber. exhibend.* notæ nequitiæ homo.

† *Ejus vitam describit Diogenes Laertius.*

abſtinuerat, ſolitum bibere, deinde evomere. Quod, ſi redditur, quicquid receptum eſt, multum tædio demit: ſi a ſtomacho retentum eſt, morbum auget. ideoque in quolibet tentandum non eſt.

Sed ſi febris quoque eſt, hæc in primis ſubmovenda eſt per eas rationes, per quas huic ſuccurri poſſe propoſitum eſt. Si ſine febre æger eſt, tum demum ad ea veniendum eſt, quæ ipſi morbo mederi ſolent. Atque hic quoque, quæcunque ſpecies eſt, ſi nondum nimis occupavit, iiſdem auxiliis opus eſt. Multum ambulandum, currendum aliquando, & ſuperiores maxime partes ſic perfricandæ, ut calorem in cutem evocet: inter quæ, ſpiritum ipſe contineat. Evocandus eſt ſudor, non exercitatione tantummodo, ſed etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano, ſimilibusque aliis: maximeque utiles ſunt naturales, & ſiccæ ſudationes; quales ſuper *c* Baias ha-
93, 11. bemus in myrtetis. Balneum, atque omnis humor alienus eſt. Ieiuno recte catapotia dantur, facta ex duabus abſinthii, myrrhæ tertia parte.

Cibus eſſe debet ex media *d* quidem materia, ſed tamen generis durioris. Potio non ultra danda eſt, quam ut vitam ſuſtineat: optimaque eſt, quæ urinam movet. Sed id ipſum moliri cibo, quam medicamento melius eſt. Si tamen res coget, ex his aliquid, quæ id præſtent, erit decoquendum, eaque aqua potui danda. Videntur autem hanc facultatem habere, iris, nardum,

l. 14. *aliquid.* ibid. *& ſuperiores.* L. l. 15. om. *calorem: inter quæ.* l. 17. *per exercitationem tantum, ſed.* L. l. 21. *Batas.* L. l. 30. *Alvum* pro *Sed id ipſum.* L. ibid. *melliri.* ibid. *cibo melius eſt.* L. l. 31. om. *melius eſt.* L. l. 32. *præſtant.* L.

c *Cicero Epiſt. ad Fam.* IX. 12. d *Supra II.* 18.

dum, crocum, cinnamomum, amomum, caſſia, myrrha, balſamum, galbanum, ladanum, œnanthe, *e* panaces, cardamomum, hebenus, cupreſſi ſemen, uva taminia, quam σταφίδα ἀγρίαν Græci nominant, abrotanum, roſæ folia, acorum, amaræ nuces, tragoriganum, ſtyrax, coſtum, junci quadrati & rotundi ſemen; illud κύπειρον, hoc σχοῖνον Græci vocant. quæ quoties poſuero, non quæ hic naſcuntur, ſed, quæ inter aromata afferuntur, ſignificabo. Primo tamen, quæ leniſſima ex his ſunt, id eſt, roſæ folia, vel nardi ſpica, tentanda ſunt. Vinum quoque utile eſt auſterum, ſed quam tenuiſſimum.

Commodum eſt etiam, lino quotidie ventrem metiri, &, qua comprehendit alvum, notam imponere: poſtero quoque die videre, ſi plenius corpus ſit, an extenuetur. id enim, quod tenuatur, medicinam ſentit. Neque alienum eſt, metiri & potionem ejus, & urinam. nam ſi plus humoris excernitur, quam aſſumitur, ita demum ſecundæ valetudinis ſpes eſt. Aſclepiades in eo, qui ex quartana in hydropa deciderat, ſe abſtinentia bidui, & frictione uſum; tertio die, iam & febre, & aqua liberato, cibum, & vinum dediſſe, memoriæ prodidit. Hactenus communiter de omni ſpecie dici poteſt: ſi vehementius malum eſt, diducenda ratio curandi eſt.

Ergo, ſi inflatio, & ex ea dolor creber eſt, utilis quotidianus, aut alterno quoque die

L 2

l. 1. *cinnamum.* ib. om. *amomum.* L. l. 4. *timinia. tyminia.* l. 7. *ſtorax, coſtus.* l. 8. *flos* pro *ſemen.* L. *cyperon. cypyron.* ib. *illum, hunc.* L. l. 9. *ecinon. echinon.* σχοῖνον. l. 12. *leviſſima.* l. 14. *eſt &.* l. 18. om. *quoque.* l. 19. om. *ſi.* L. l. 20. *extenuatur.* L. l. 27. *fricatione.* L. l. 29. *prodit.* l. 30. *præcipi.* L. l. 33. *inflammatio.* l. 34. *altero.* L.

e *Rhodius ad Scribon. Largi Comp. V. pag.* 37.

die post cibum, vomitus est. Fomentis siccis calidisque utendum est. Si per hæc dolor non finitur, necessariæ sunt sine ferro cucurbitulæ. Si ne per has quidem tormentum tollitur, incidenda cutis est, & tum his utendum. Ultimum auxilium est, si cucurbitulæ nihil profuerunt, per alvum infundere copiose aquam calidam, eamque recipere. Quin etiam quotidie ter quaterve opus est uti frictione vehementi, cum oleo & quibusdam calefacientibus. Sed in hac frictione a ventre abstinendum est, Imponendum vero in eum crebrius sinapi, donec cutem erodat; ferramentisque candentibus pluribus locis venter exulcerandus est, & servanda ulcera diutius. Utiliter etiam scilla cocta delinitur cutis. Sed diu post has inflationes abstinendum est ab omnibus inflantibus.

At, si id vitium est, cui λευκοφλεγματία nomen est, eas partes, quæ tument, subiicere soli oportet; sed non nimium, ne febricula incidat: si is vehementior est, caput velandum est, utendumque frictione, madefactis tantum manibus aqua, cui sal & nitrum & olei paulum sit adiectum; sic, ut aut pueriles aut muliebres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus sit. Idque si vires patiuntur, ante meridiem, tota hora; post meridiem, semihora fieri oportet. Utilia sunt etiam cataplasmata, quæ reprimunt; maximeque, si corpora teneriora sunt. Incidendum quoque est super talum, quatuor fere digitis, ex parte interiore

l. 1. *Fomentis deinde.* L. l. 8. *copiosam.* L. l. 10. *fricatione.* L. l. 17. *deligatur super cutim.* L. l. 18. *inflammationes.* l. 23. *febriculam incendat.* L. l. 24. *fricatione.* l. 33. om. *est.* L.

teriore; qua per aliquot dies frequens humor feratur: atque ipſos tumores incidere altis plagis oportet: concutiendumque corpus eſt multa geſtatione, atque, vbi inductæ vulneribus cicatrices ſunt, adiiciendum & exercitationibus eſt & cibis, donec corpus ad priſtinum habitum revertatur. Cibus valens eſſe debet, & glutinoſus, maximeque caro. Vinum, ſi per ſtomachum licet, dulcius; ſed ita, ut invicem biduo triduove, modo aqua, modo id bibatur. Prodeſt etiam lactucæ marinæ, quæ grandis juxta mare naſcitur, ſemen, cum aqua potui datum. Si valens eſt, qui id accipit, ei ſcilla cocta, ſicut ſupra dixi, delinitur. Auctoresque multi ſunt, inflatis veſicis pulſandos tumores eſſe.

Si vero id morbi genus eſt, quo in uterum multa aqua contrahitur, ambulare, ſed magis modice oportet; malagma, quod digerat, impoſitum habere; idque ipſum ſuperimpoſito triplici panno, faſcia, non nimium tamen vehementer, adſtringere, quod a Tharria profectum, ſervatum eſſe a pluribus video. Si jecur, aut lienem affectum eſſe, manifeſtum eſt, ficum pinguem contuſam, adjecto melle, ſuperponere. Si per talia auxilia venter non ſiccatur, ſed humor nihilominus abundat, celeriori via ſuccurrere, ut is per ventrem ipſum emittatur. Neque ignoro, Eraſiſtrato diſplicuiſſe hanc curandi viam; morbum enim hunc jocineris putauit: ideoque non ita illum eſſe ſanandum; fruſtraque aquam emitti, quæ,

l. 1. *quo.* L. l. 5. om. *&.* L. l. 6. om. *eſt.* L. l. 7. *ſtatum.* L. l. 14. *Quod ſi.* L. l. 15. *cocta ſimul ſupra ventrem deligatur.* L. l. 34. *illud.* L. alii. *ideoque ita.* alii *ideoque antea illum.*

vitiato illo, ſubinde naſcatur. Sed primum, non hujus viſceris unius hoc vitium eſt. Nam & ſplene affecto, & in totius corporis malo habitu fit. Deinde, ut inde cœperit, tamen aqua niſi emittitur, quæ contra naturam ibi ſubſtitit, & jocinori, & cæteris interioribus partibus nocet. Convenitque, corpus nihilominus eſſe curandum. Neque enim ſanat emiſſus humor, ſed medicinæ locum facit, quam intus incluſus impedit. Ac ne illud quidem in controverſiam venit, quin non omnes in hoc morbo ſic curari poſſint; ſed juvenes robuſti, qui vel ex toto carent febre, vel certe ſatis liberales intermiſſiones habent. Nam quorum ſtomachus corruptus eſt, quive ex atra bile huc deciderunt, quique malum corporis habitum habent, idonei huic curationi non ſunt. Cibus autem, quo die primum humor emiſſus eſt, ſupervacuus eſt, niſi ſi vires deſunt. Inſequentibus diebus, & his vinum meracius quidem, ſed non ita multum dari debet, paulatimque revocandus æger eſt ad exercitationes, frictiones, ſolem, ſudationes, navigationes, & idoneos cibos, donec ex toto convaleſcat. Balneum rarum res amat; & frequentiorem in jejuno vomitum. Si æſtas eſt, in mari natare commodum eſt. Ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris uſus eſt.

l. 1. *renaſcatur*. L. l. 3. om. *&*. l. 7. *inferioribus*. l. 9. *horror*. l. 25. *fatigationes*. l. 31. *ſit*. L.

CAP. XXII.

De Tabe, & ejus speciebus & curationibus.

DIUTIUS sæpe & periculosius tabes eos male habet, quos invasit. Atque hujus quoque plures † species sunt. Una est, qua corpus non alitur, &, naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur; &, nisi occurritur, tollit. * ἀτροφίαν hanc Græci vocant. Ea duabus fere de causis incidere consuevit. Aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus, quam debet, assumit: ita vel, quod deest, infirmat: vel, quod superat, corrumpitur.

Altera species est, quam Græci καχεξίαν appellant: ubi malus corporis habitus est; ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Quod fere fit, cum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum est; aut, cum diu necessaria defuerunt; aut, cum inusitatos & inutiles cibos aliquis assumpsit, aliquidve simile incidit. Huic, præter tabem, illud quoque nonnunquam accidere solet, ut per assiduas pustulas, aut ulcera, summa cutis exasperetur, vel aliquæ corporis partes intumescant.

Tertia est, longeque periculosissima species, quam Græci φθίσιν nominaverunt. Oritur fere a capite: inde in pulmonem destillat. Huic exulceratio accedit, & febricula

 cula

l. 2. om. & *curationibus*. L. l. 11. *nominant*. l. 34. *Ex hoc - - - accidit.* L.

† *Erant apud veteres qui tabem & longos morbos inducere poterant*, Philo Judæus de specialib. leg. 16. *pag.* 792. & 1691. * *Cœl. Aurel. Morb. Chron. II.* 14.

cula levis ſit; quæ etiam, cum quievit, tamen & repetit. Frequens tuſſis eſt, pus excreatur; interdum cruentum aliquid. Quic-
72,1. quid excreatum eſt, ſi in ignem *a* impoſitum eſt, mali odoris eſt. Itaque, qui de morbo dubitant, hac nota utuntur.

b Cum hæc genera tabis ſint, animadvertere primum oportet, quid ſit, in quo laboratur. Deinde, ſi tantummodo non ali corpus apparet, cauſam ejus attendere; &, ſi cibi minus aliquis quam debet aſſumit, adiicere: ſed paulatim, ne ſi corpus inſuetum ſubita multitudine oneraverit, concoctionem impediat. Si vero plus juſto quis aſſumere ſolitus eſt, abſtinere uno die; deinde ab exiguo cibo incipere; quotidie adiicere, donec ad juſtum modum perveniat. Præter hæc convenit ambulare locis quam maxime frigidis, ſole vitato: per manus quoque exerceri. Si infirmior eſt, geſtari, ungi, perfricari, ſi poteſt, maxime per ſeipſum, ſæpius eodem die, & ante cibum, & poſt eum, ſic ut interdum oleo quædam adiiciantur calefacientia, donec inſudet. Prodeſtque ieiuno prehendere per multas partes cutem, & attrahere, ut relaxetur; aut, impoſita reſina, & abducta, ſubinde idem facere. Utile eſt etiam interdum balneum, ſed poſt cibum exiguum. Atque in ipſo ſolio recte cibi aliquid aſſumitur: aut ſi ſine hoc frictio fuit, poſt eam protinus. Cibi vero eſſe debent ex his, qui facile concoquuntur, qui maxime alunt. Ergo vini quoque, ſed au-

l. 1. *lenis*, L. l. 2. om. *et*. L. ibid. *In ea quoque fr*. L. l. 3. *& pus*. L. l. 9. om. *modo*. L. l. 11. *aſſumſit aliquis quam debuit*. L. l. 12. *oportet ſed*. l. 13. 14. *ſtomachus gravetur & conc*. L. l. 19. *quam maxime*. L. l. 26. *prætendere*. al. *prendere*. l. 27. *poſita*. l. 34. *maximeque*. L.

a *Aphor*. V. 11. b *Cæl. Aurelian. Morbor. Chronic.* II. 14. p. 421. *Trallian*. v. 2.

austeri, necessarius usus; movenda urina. At si malus corporis habitus est, primum abstinendum est; deinde alvus ducenda; tum paulatim cibi dandi, adjectis exercitationibus, unctionibus, frictionibus, Utilius his frequens balneum est, sed ieiunis; etiam usque ad sudorem. Cibis vero opus est copiosis, variis, boni succi, quique etiam minus facile corrumpantur, vino austero. Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est; sed paulatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo, ut cætera quoque eodem modo serventur.

Quod si mali plus est, & vera phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est: neque enim facile is morbus, cum inveterauerit, evincitur. Opus est, si vires patiuntur, *c* longa navigatione, cœli mutatione sic, ut densius quam id est, ex quo discedit æger, petatur. Ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur. Fereque id posse inter principia corpus pati debet, cum hic morbus ætate firmissima maxime oriatur, id est ab anno *d* duodevigesimo ad annum quintum & trigesimum. Si id imbecillitas non finit, nave tamen non longe gestari commodissimum est. Si navigationem aliqua res prohibet, lectica, vel alio modo corpus movendum est: tum a negotiis abstinendum est, omnibusque rebus, quæ solicitare animum possunt: somno indulgendum: cavendæ destillationes, ne, si quid cura leuarit, exasperent; & ob id vitanda cruditas,

l. 1. *movendæ urinæ.* L. l. 2. *habitus corporis.* L. l. 5. *fricationibus.* L. l. 7. om. *ad.* l. 16. *hic.* L. al. *his.* l. 24. *duodecimo.* l. 25. *usque ad.* L. l. 27. *sed non.* L. ib. *vectari.* L. l. 28. *Sin.* L. l. 29. *movendum.* L.

c *Aretæus de Diuturn. Curat. I.* 8. *Trallian. VII.* 2. *Plin. N. H.* XXVIII. 4. d *Aphor.* V. 9. VIII. 7.

ditas, ſimulque ſol & frigus: os obtegendum, fauces velandæ, tuſſicula ſuis remediis finienda: &, quamdiu quidem febricula incurſat, huic interdum abſtinentia, interdum etiam tempeſtivis cibis medendum: eoque tempore bibenda aqua. Lac *d* quoque, quod in capitis doloribus, & in acutis febribus, & per eas facta nimia ſiti, ac ſive præcordia tument, ſive bilioſa urina eſt, ſive ſanguis fluxit, pro veneno eſt; in † phthiſi tamen, ſicut in omnibus longis difficilibusque febriculis, recte dari poteſt.

Quod ſi febris aut nondum incurſat, aut iam remiſit, recurrendum eſt ad modicas exercitationes, maximeque ambulationes, item lenes frictiones. Balneum alienum eſt. Cibus eſſe debet primo acer, ut allium, porrum, idque ipſum ex aceto, vel ex eodem intubus, ocimum, lactuca: dein lenis, ut ſorbitio ex ptiſana, vel ex alica, vel ex amylo, lacte adiecto. Idem oryza quoque, &, ſi nihil aliud eſt, far præſtat. Tum invicem modo his cibis, modo illis utendum eſt: adjiciendaque quædam ex media materia, præcipueque vel ex aprugna cerebellum, vel piſciculus, & his ſimilia. Farina etiam cum ſevo ovillo caprinove miſta, deinde incocta, pro medicamento eſt. Vinum aſſumi debet lene auſterum.

Hactenus non magna mole pugnatur. Si vehementior noxa eſt, ac neque febricula, neque tuſſis quieſcit, tenuarique corpus

l. 1. *& ſol.* L. l. 9. *ſitis.* ib. om. *ac.* l. 15. *decurrendum.* l. 17. *fricationes.* L. l. 21. *Deinde lenis ſorbitio.* L. l. 22. *Idem.* om. L. l. 23. *far idem.* L. l. 26. *præcipue vero ex prima.* L. al. *ex apruna.* l. 30. *leve.*

d *Aph.* v. 64. † *Ibidem.*

pus apparet, validioribus auxiliis opus eſt. Exulcerandus eſt ferro candenti, uno loco ſub mento, altero in gutture, duobus ad mammam utramque; item ſub imis oſſibus ſcapularum, quas ὠμοπλάτας Græci vocant, ſic, ne ſaneſcere ulcera ſinamus, niſi tuſſi finita: cui per ſe quoque medendum eſſe, manifeſtum eſt. Tunc ter quaterque die vehementer extremæ partes perfricandæ: thorax levi manu pertractandus; poſt cibum intermittenda hora, & perfricanda crura, brachiaque. Interpoſitis denis diebus, demittendus æger in ſolium eſt, in quo ſit aqua calida & oleum. Cæteris diebus bibenda aqua: tum & vinum, ſi tuſſis non eſt, potui frigidum dandum: ſi vero eſt, egelidum. Utile eſt etiam in remiſſionibus quotidie cibos dari: frictiones geſtationeſque ſimiliter adhiberi: itemque acria quarto, aut quinto die ſumere, interdum herbam ſanguinalem ex aceto, vel plantaginem eſſe. Medicamentum eſt etiam vel plantaginis ſuccus per ſe, vel *e* marrubium ex melle concoctum; ita ut illius cyathus ſorbeatur, hujus cochleare plenum paulatim delingatur; vel inter ſe miſta, & incocta reſinæ terebinthinæ pars dimidia, butyri & mellis pars altera. Præcipua tamen ex his omnibus ſunt victus, vehiculum, & navis, & ſorbitio. Alvus *f* cita utique vitanda eſt. Vomitus in hoc morbo ſi frequens eſt, pernicioſus eſt, maximeque ſanguinis. Qui meliuſculus eſſe cœpit, adjicere debet exercitationes, frictiones, cibos:

l. 5. *omotidas.* l. 6. *ſinas ulcera.* L. l. 7. *tuſſis.* L. ibid. *fuerit: cui.* L. l. 10. *ſunt: thorax leni.* L. l. 15. om. *ex.* l. 20. om. *itemque acria.* L. al. *eadem acria.* l. 23. *marrubii, ſi cum melle ſit incoctus.* L. l. 32. om. *ſi.* L. ib. om. *eſt.* L. l. 33. *addicere.* l. 34. *fricationes.* L.

e *Trallian.* v. 3. *pag.* 276. f *Aph.* v. 12. 14. *Trallian.* ii. 2. *pag.* 313.

bos: deinde ipſe ſe, ſuppreſſo ſpiritu, per-
205,4. fricare; diu abſtinere a vino, † balneo, ve-
nere.

CAP. XXIII.

a *De Comitialis morbi curationibus.*

INTER notiſſimos morbos eſt etiam is, qui * comitialis, vel maior nomi-
73,20. natur. Homo ſubito concidit, ex ore ſpumæ moventur, deinde interpoſito tempore ad ſe redit, & per ſeipſum conſurgit. Id genus ſæpius viros, quam fœminas occupat; ac ſolet quidem etiam longum eſſe, uſque ad mortis diem, & vitæ non periculoſum. Interdum tamen cum recens eſt, hominem conſumit; & ſæpe eum, ſi remedia non ſuſtu-
74,4. lerunt, in *b* pueris veneris, in puellis menſtruorum initium tollit. Modo cum diſtentione membrorum aut nervorum prolabitur aliquis: modo ſine illa.

Quidam hos quoque iiſdem, quibus lethargicos, excitare conantur: quod admodum ſupervacuum eſt: &, quia ne lethargicus quidem his ſanatur; &, quia, cum poſſit ille nunquam expergiſci atque ita fame interire, hic ad ſe utique revertitur.

Ubi concidit aliquis, ſi nulla nervorum diſtentio acceſſit, utique ⸸ ſanguis mitti debet: ſi acceſſit, non utique mittendus eſt, niſi alia quoque hortantur. Neceſſarium
172,23. autem eſt, ducere alvum, vel nigro vera-
87,19. tro purgare, vel utrumque facere, ſi vires patiuntur: tunc caput tondere, oleoque & aceto perungere; cibum poſt diem tertium,

l. 5. *De comitiali morbo.* L. l. 20. *ſine illa quidem.*

† *Colum.* 1. 6. a *Aretæus de Diuturn. M. l.* 1. *c.* 4.
* *Vocatur:* lues deifica, morbus Sacer. b *Aph. II.* 45. *V.* 7. ⸸ *Valeriol. l.* 3. *Obſ.* 7.

tium, simul cum transit hora, qua concidit, dare. Neque sorbitiones autem his aliique molles, & faciles cibi; neque caro, minimeque suilla convenit; sed mediæ materiæ: 86
nam & viribus opus est, & *c* cruditates cavendæ sunt. Cum quibus fugere oportet solem, balneum, ignem, omniaque calefacientia: item, frigus, vinum, venerem, loci præcipitis conspectum, omniumque terrentium, vomitum, lassitudinem, solicitudines, 87,10.
negotia omnia. Ubi tertio die cibus datus est, intermittere quartum, & invicem alterum quemque; eademque hora cibi servata, donec quatuordecim dies transeant. Quos ubi morbus excessit, acuti vim deposuit: ac si manet, curandus iam ut longus est.

Quod si non, quo die primum id incidit, medicus accessit; sed is, qui cadere consuevit, ei traditus est; protinus eo genere victus habito, qui supra comprehensus est, expectandus est dies, quo prolabatur; utendumque tum vel sanguinis *d* missione, vel ductione alvi, vel nigro veratro, sicut præce- 172,30.
ptum est. Insequentibus deinde diebus, per eos cibos, quos proposui, vitatis omnibus, quæ cavenda dixi, nutriendus est.

Si per hæc morbus finitus non fuerit, confugiendum erit ad album veratrum; ac 87,19.
ter quoque aut quater eo utendum, non ita multis interpositis diebus; sic tamen, ne iterum unquam sumat, nisi conciderit. Mediis autem diebus vires eius erunt nutriendæ; quibusdam, præter ea, quæ supra scripta sunt, adiectis. Ubi mane experre-
ctus

l. 1. *simul ac transiit.* L. l. 2. *his aut alioqui.* L. l. 11. *et, ubi.* L. l. 15. *at.* l. 17. *is.* L. l. 19. *post.* l. 26. *nutriendus.*

c *Trallian. l.* 15. d *Cæl. Aurelian. Tard. Pass.* l. 4. *p.* 272.

ctus eſt, corpus eius leviter ex oleo vetere cum capite, excepto ventre, permulceatur: tum ambulatione quam maxime longa & recta utatur: poſt ambulationem loco tepido vehementer & diu, ac non minus ducenties, niſi infirmus erit, perfricetur: deinde per caput multa aqua frigida perfundatur: paulum cibi aſſumat; conquieſcat; rurſus ante noctem ambulatione utatur; iterum vehementer perfricetur, ſic ut neque venter, neque caput contingatur: poſt hæc cœnet, interpoſitisque tribus aut quatuor diebus, uno aut altero acria aſſumat.

Si ne per hæc quidem fuerit liberatus, caput radatur; ungatur oleo vetere, adiecto aceto & nitro; perfundatur aqua ſalſa; bibat ieiunus ex aqua caſtoreum; nulla aqua, niſi decocta, potionis cauſa utatur. Quidam, iugulati *e* gladiatoris calido ſanguine epoto, tali morbo ſe liberarunt. Apud quos miſerum auxilium tolerabile miſerius malum fecit. Quod ad medicum vero pertinet, ultimum eſt, iuxta talum, ex utroque crure paulum ſanguinis mittere: occipitium incidere, & cucurbitulas admovere: ferro candente in occipitio quoque & infra, qua ſumma vertebra cum capite committitur, adurere duobus locis, ut per ea perniciosus humor evadat. Quibus ſi finitum malum non fuerit, prope eſt, ut perpetuum ſit. Ad levandum id, tantummodo utendum, erit exercitatione multa, frictione, cibisque his, qui ſupra comprehenſi ſunt: præcipue-

l. 1. *leniter*. L. l. 7. *ſuper*. L. *l.* 16. *radat*. l. 21. *poto*. L. l. 23. *medicinam*. L. l. 33. om. *multa, frictione*. L.

e P*lin*. XXVIII. 1. *Lang*. E*piſt*. 14. *lib*. 1. *Minucius Felix pag*. 34: *Vide duo exempla ejus noxam indicantia apud Tulpium Obſ. l.* 4. *c.* 4.

cipueque vitanda omnia, quæ ne fierent, excepimus.

CAP. XXIV.

De regii morbi curatione.

ÆQUE notus eſt morbus, quem interdum arquatum, † interdum regium nominant. Quem Hippocrates ait, ſi poſt ſeptimum diem *a* febricitante ægro ſupervenit, tutum eſſe, mollibus tantummodo præcordiis ſubſtantibus. Diocles ex toto, ſi poſt febrem oritur, etiam prodeſſe; ſi poſt hunc febris, occidere. Color 52,7.
autem eum morbum detegit, maxime oculorum, in quibus, quod album eſſe debet, ſit luteum. Soletque accedere & ſitis, & dolor capitis, & frequens ſingultus, & præcordiorum dextra parte durities; &, ubi corporis vehemens motus eſt, ſpiritus difficultas, membrorumque reſolutio: atque, ubi diutius manet morbus, totum corpus cum pallore quodam inalbeſcit.

Primo die abſtinere ægrum portet: ſecundo ducere alvum: tum, ſi febris eſt, eam victus genere diſcutere: ſi non eſt, ſcammoneam potui dare, vel cum aqua betam albam contritam, vel cum aqua mulſa nuces amaras, abſinthium, aniſum, ſic, ut pars huius minima ſit. Aſclepiades aquam quoque ſalſam, & quidem per biduum, purgationis cauſa bibere cogebat, iis, quæ urinam movent, reiectis. Quidam, ſuperioribus omiſſis, per hæc, & per eos cibos, qui extenuant, idem ſe conſequi dicunt.

Ego

l. 5. *De regio morbo.* L.

† *Plin. H.* N. 22. *c.* 24. a *Aph.* IV. 62.

Ego utique, ſi ſatis virium eſt, validiora; ſi parum, imbecilliora auxilia præfero. Si purgatio fuit, poſt eam triduo primo modice cibum oportet aſſumere ex media materia, & vinum bibere Græcum ſalſum, ut reſolutio ventris maneat: tum altero triduo validiores cibos, & carnis quoque aliquid eſſe, intraque aquam manere: deinde ad ſuperius genus victus reverti, cum eo, ut magis ſatietur; omiſſo Græco vino bibere nigrum auſterum; atque ita per hæc variare, ut interdum acres quoque cibos interponat, interdum ad ſalſum vinum redeat. Per omne vero tempus utendum eſt exercitatione, frictione, &, ſi hiems eſt, balneo; ſi æſtas, frigidis natationibus: lecto etiam, & conclavi *a* cultiore, clauſo loco, ut & ludis, laſcivia, per quæ mens exhilaretur: ob quæ regius morbus dictus videtur. Malagma quoque, quod digerat, ſuper præcordia datum prodeſt; vel arida ibi ficus impoſita, ſi iecur aut lienis affectus eſt.

CAP. XXV.

b De Elephantiæ curatione.

IGNOTUS autem pene in Italia, frequentiſſimus in quibuſdam regionibus is morbus eſt, quem ἐλεφαντίασιν Græci vocant; iſque longis annumeratur. Totum corpus afficitur ita, ut oſſa quoque vitiari dicantur. Summa pars corporis crebras maculas crebroſque tumores habet. Rubor earum paulatim in atrum colorem convertitur. Summa cutis inæquali-

l. 1. *ubique.* l. 2. *imbecillia.* l 4. *oportere.* l. 6. *ſolutio - - remanent.* L l. 10. *integrum.* l. 15. *frications.* L. l. 16. *nationibus.* l. 17. pro *clauſo* lege *celſo.* l. 17. *uſu, loco, ludis.* L. al. *loco uti ludis.* l. 18. *aliis, per.* L. l. 25. *De elephantia.* L. l. 28. ἐλεφαντίαν. l 29 *Quo totum.* L. l 33. *harum.*

a *Seren. Sammon. de Regio morbo.* b *Mercurial. Variar. Lect. l. 2.*

qualiter craſſa, tenuis, dura, molliſque, quaſi ſquamis quibuſdam exaſperatur, corpus emacreſcit, os, ſuræ, pedes intumeſcunt. Ubi vetus morbus eſt, digiti in manibus pedibuſque ſub tumore conduntur; febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem conſumit.

Protinus ergo inter initia ſanguis per biduum mitti debet; aut nigro veratro venter ſolvi. Adhibenda tum, quanta ſuſtineri poteſt, inedia eſt: paulum deinde vires reficiendæ, & ducenda alvus: poſthæc, ubi corpus levatum eſt, utendum eſt exercitatione, præcipueque curſu: ſudor primum labore ipſius corporis, deinde etiam ſiccis ſudationibus evocandus: frictio adhibenda: moderandumque inter hæc, ut vires conſerventur: balneum rarum eſſe debet: cibus ſine pinguibus, ſine glutinoſis, ſine inflantibus. Vinum, præterquam primis diebus, recte datur. Corpus contrita plantago & illita optime tueri videtur.

CAP. XXVI.

De Attonitis & eorum curatione.

ATTONITOS quoque raro videmus, quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo. ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. His ſanguis mittendus eſt. Veratro quoque albo, vel alvi ductione utendum. Tum adhibendæ frictiones; & ex media

l. 10. *triduum* Ronſl. in marg. et. L. l. 11. *ſuſtinere.* L. l. 16. *fricatio.* l. 25. om. *et eorum curatione.* l. 31. *hunc* ἀποπλ. L. l. 34. *fricationes.* L.

media materia minime pingues cibi; quidam etiam acres: & a vino abſtinendum.

CAP. XXVII.

De Reſolutione nervorum, quæ Apoplexia vel Paralyſis dicitur.

AT reſolutio nervorum frequens ubique morbus eſt. Sed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres auctores illud *a* ἀποπληξίαν; hoc παράλυσιν nominaverunt. nunc utrumque παράλυσιν appellari video. Solent autem, qui per omnia membra vehementer reſoluti ſunt, celeriter rapi. ac ſi correpti non ſunt, diutius quidem vivunt; ſed raro tamen ad ſanitatem perveniunt; & plerumque miſerum ſpiritum trahunt, memoria quoque amiſſa. In partibus vero nun-
76,3. quam acutus, ſæpe longus, fere *b* inſanabilis morbus eſt.

† Si omnia membra vehementer reſoluta ſunt, ſanguinis detractio vel occidit, vel
78,34. liberat. Aliud curationis genus vix unquam ſanitatem reſtituit; ſæpe mortem tantum differt; vitam interim infeſtat. Poſt ſanguinis miſſionem, ſi non redit & motus & mens, nihil ſpei ſupereſt: ſi redit, ſanitas quoque proſpicitur.

At, ubi pars reſoluta eſt, providet malo corporis, vel ſanguis miſſus vel alvus ducta. Cætera eadem in utroque caſu facienda ſunt. Siquidem vitare præci-
76,1. pue convenit frigus; paulatimque ad exercitationes revertendum eſt, ſic, ut ingrediatur ipſe protinus, ſi poteſt. Si id crurum

l. 5. om. *quæ Apoplexia* vel *Paralyſis dicitur*. L. l. 13. *correcti*. l. 17. *nonnunquam*. L. l. 18. *ſanabilis*. l. 26. *rediit*. l. 28. *pro vi & malo*. alii *proderit malo*. l. 29. *mittendus eſt*. L. l. 30. *ducenda*. L.

a *Cœl. Aurelian. Acut. Morb. III.* 5. b *Aretæus de Morb. Diuturn. I.* 7. † *De præſervatione Crato apud Schol. conſilio* 35. 36.

rum imbecillitas prohibet, vel geſtetur, 91,26.
vel motu lecti concutiatur: tum id membrum, quod deficit, ſi poteſt, per ſe; ſi minus, per alium moveatur, & vi quadam ad conſuetudinem ſuam redeat. Prodeſt etiam torpentis membri ſummam cutem exaſperaſſe, vel urticis cæſam, vel impoſito ſinapi, ſic, ut, ubi rubere cœperit corpus, hæc removeantur. Scilla quoque contrita, bulbique contriti cum thure recte imponuntur. Neque alienum eſt, reſina cutem tertio quoque die diutius vellere; pluribus etiam locis aliquando ſine ferro, cucurbitulas admovere. Unctioni vero aptiſſimum eſt vetus oleum, vel nitrum aceto & oleo mixtum. Quinetiam fovere aqua calida marina; vel, ſi ea non eſt, tamen ſalſa, magnopere neceſſarium eſt. At, ſi quo loco vel naturales, vel etiam manufactæ tales natationes ſunt, iis potiſſimum utendum eſt; præcipueque in his agitanda membra, quæ maxime deficiunt. ſi id non eſt, balneum tamen prodeſt. Cibus eſſe debet ex media materia, maximeque ex venatione: potio, ſine vino, aquæ calidæ. Si tamen vetus morbus eſt, interponi quarto vel quinto die purgationis cauſa vinum Græcum ſalſum prodeſt. Poſt cœnam utilis vomitus eſt.

2. De Dolore nervorum.

Interdum vero etiam nervorum dolor oriri ſolet. In hoc caſu non vomere, non medicamentis urinam movere, non ſine exercitatione ſudores, ut quidam præcipiunt, ex- 180,22.
pedit.

M 2

l. 3. *deficit.* L. l. 3. *ſin.* L. l. 6. *torpentibus membris.* l. 16. *admixtum.* L. l. 18. *Ac.* L. l. 28. *poteſt.* L. l. 30. om. *inſcriptio.* l. 33. om. *ſine.* l. 34. pro *expedit* lego, *expellere*, & ſupra l. 32. cum omnibus priſcis: *non oportet. vomere &c.*

pedit. Bibenda aqua est bis die. In lectulo leniter satis diu corpus perfricandum est, deinde retento spiritu; ab ipsa exercitatione potius superiores partes movendæ: balneo raro utendum: mutandum subinde peregrinationibus cœlum. Si dolor est, ea ipsa pars sine oleo, nitro ex aqua perungenda est; deinde involvenda, & subiicienda pruna lenis, & sulphur; atque ita id suffumigandum; idque aliquandiu faciendum, sed ieiuno, cum bene iam concoxerit. Cucurbitulæ quoque sæpe dolenti parti admovendæ sunt, pulsandusque leviter inflatis vesicis bubulis is locus est. Utile est etiam sevum miscere cum hyoscyami & urticæ contritis seminibus, sic, ut omnium par modus sit, idque imponere: fovere aqua, in qua sulphur decoctum sit. Utriculi quoque recte imponuntur aqua calida repleti, aut bitumen cum hordeacea farina mixtum. Atque in ipso potissimum dolore, utendum gestatione vehementi est. quod in aliis doloribus pessimum est.

3. *De Tremore nervorum.*

Tremor autem nervorum æque vomitu medicamentisque urinam moventibus intenditur. Inimica etiam habet balnea, assasque sudationes. Bibenda aqua est: acri ambulatione utendum, item unctionibus, frictionibusque, maxime per seipsum: pila, similibusque superiores partes dimovendæ: cibo quolibet utendum, dummodo concoctioni utique studeatur. Secundum cibum, curis abstinendum: rarissima venere uten-

l. 3. *in.* L. al. *spiritu, exercitatione.* l. 13. *leniter.* L. l. 15. *cum cumini.* L. al. *ὑοσκυάμȣ.* l. 24. om. inscriptio. l. 30. *fricationibusque.* L.

utendum eſt. Si quando quis in eam prolapſus eſt, tum oleo leniter diuque in lectulo perfricari manibus puerilibus potius, quam virilibus, debet.

4. *De Suppurationibus internis.* *

Suppurationes autem, quæ in aliqua inte- 215,r.
riori parte oriuntur, ubi notæ fuerint, primum id agere oportet per ea cataplaſmata, quæ reprimunt, ne coitus inutilis materiæ fiat: deinde, ſi hæc victa ſunt, per ea malagmata, quæ digerunt, diſſipetur. Quod ſi conſecuti non ſumus, ſequitur, ut evocetur: deinde, ut matureſcat. omnis tum vomicæ finis eſt, ut rumpatur. Indiciumque eſt, pus vel alvo vel ore redditum. Sed nihil facere oportet, quominus, quicquid eſt puris, excedat. Utendum maxime ſorbitionibus eſt, & aqua calida. Ubi pus ferri deſiit, tranſeundum ad faciles quidem, ſed tamen validiores & frigidos cibos, frigidamque aquam ſic, ut ab egelidis tamen initium fiat. primoque cum melle quædam edenda, ut nuclei pinei, vel græcæ nuces, vel avellanæ. Poſtea ſubmovendum idipſum, quo maturius induci cicatrix poſſit. Medicamentum eo tempore ulceri eſt, ſuccus aſſumptus vel porri vel marrubii, & omni cibo porrum ipſum adiectum. Oportebit autem uti in his partibus, quæ non afficiuntur, frictionibus, item ambulationibus lenibus. Vitandumque erit, ne vel luctando, vel currendo, vel alia ratione ſaneſcentia ulcera exaſperentur. In hoc enim morbo pernicioſus, ideoque omni modo cavendus ſanguinis vomitus eſt.

 LI-

l. 2. *leviter.* l. 3. *fricationibus.* L. l. 5. om. inſcriptio. l. 7. *ortæ.* L. l. 10. *ut per.* L. l. 11. *diſſipentur.* l. 13. *tum.* L. l. 17. *exeat.* L. l. 29. *afficientur.*

* *Alieno loco hæc poſita et annectenda fini cap. XXII. videntur* & *Ronſſæo* & *Morgagnio.*

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

De humani corporis interioribus ſedibus.

HACTENUS reperiuntur ea gene-
ra morborum, quæ in totis corpori-
bus ita ſunt, ut iis certæ ſedes aſſignari
non poſſint: nunc de his dicam, quæ ſunt
in partibus. Facilius autem omnium inte-
7, 2. riorum morbi † curationesque in notitiam
venient, ſi prius eorum ſedes breviter oſten-
dero.

Caput igitur, eaque, quæ in ore ſunt,
non lingua tantummodo palatoque termi-
nantur, ſed etiam, quatenus oculis noſtris
expoſita ſunt. In dextra ſiniſtraque circa
guttur venæ grandes, quæ σφαγίτιδες nomi-
nantur; itemque arteriæ (quas καρωτίδας
vocant) ſurſum procedentes ultra aures
46,26. feruntur. Atque in ipſis cervicibus glan-
dulæ poſitæ ſunt, quæ interdum cum dolo-
re intumeſcunt. Deinde duo itinera inci-
piunt: alterum, * aſperam arteriam nomi-
nant; alterum, ſtomachum. Arteria exte-
rior ad pulmonem: ſtomachus interior ad
ventriculum fertur. illa ſpiritum: hic ci-
bum recipit. Quibus cum diverſæ viæ ſint,
qua coeunt, exigua in arteria ſub ipſis
faucibus lingua eſt: quæ, cum ſpiramus,
attollitur; cum cibum potionemque aſſumi-
mus, arteriam claudit. Ipſa autem arte-
ria, dura & cartilaginoſa, in gutture aſſur-
git;

l. 19. *ſphragitides.* l. 20. *parotidas.* παρώτιδας.
l. 31. *lingula.* L.

† *Soran. Epheſ. Iſagog. cap.* XII. * *i. e.* Gulam. *Mercurial. Var. Lect. I. c.* 1.

git; cæteris partibus reſidit. Conſtat ex circulis quibuſdam, compoſitis ad imaginem earum vertebrarum, quæ in ſpina ſunt. ita tamen, ut ex parte exteriore aſpera; ex interiore, ſtomachi modo lævis ſit. eaque deſcendens ad præcordia cum pulmone committitur. Is ſpongioſus, ideoque ſpiritus capax, & a tergo ſpinæ ipſi iunctus, in duas * fibras, ungulæ bubulæ modo, dividitur. Huic cor annexum eſt, natura [a] muſculoſum, in pectore ſub ſiniſteriore mamma ſitum; duoſque quaſi ventriculos habet. At ſub corde atque pulmone, tranſverſum ex valida membrana ſeptum eſt, quod a præcordiis uterum diducit, æque nervoſum; multis etiam venis per id diſcurrentibus; a ſuperiore parte, non ſolum inteſtina, ſed iecur quoque lienemque diſcernit. Hæc viſcera proxime, ſed infra tamen poſita, dextra ſiniſtraque ſunt. Jecur a dextra parte ſub præcordiis ab ipſo ſepto ortum, intrinſecus cavum, extrinſecus gibbum eſt. quod prominens leviter ventriculo inſidet, & in quatuor fibras dividitur. Ex inferiore vero parte ei fel inhæret. At lien in ſiniſtra, non eidem ſepto, ſed inteſtino innexus eſt, natura mollis & rarus, longitudinis craſſitudiniſque modicæ; iſque paulum a coſtarum regione in uterum excedens, ex maxima parte ſub his conditur. atque hæc quidem iuncta ſunt. Renes vero diverſi: qui lumbis ſub imis coſtis inhærent, a parte earum rotundi, ab altera reſimi;

l. 1. *reſidet.* l. 19. *proxima.* l. 22. *orſum.* l. 23. *gibberum.* L. l. 27. *annexus.* l. 33. *diviſi.* L. l. 33. *coxis.* l. 34. *reſimi.* ibid. *ro-* l. 35. *tundi.*

* *Hippocr. Coac. Sent.* 300. *Vander Linden Med Phyſiol.* c. IV. *p.* 239. a *Hippocr. de Corde T. IV.*

ſimi; qui & venoſi ſunt, & ventriculos habent, & tunicis ſuper conteguntur. Ac viſcerum quidem hæ ſedes ſunt. Stomachus vero, qui inteſtinorum principium eſt, nervoſus a ſeptima ſpinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus. iſque inter lienem & iecur poſitus eſt; utroque ex his paulum ſuper eum ingrediente. Suntque etiam membranulæ tenues, per quas inter ſe tria iſta connectuntur, iungun-
183,19. turque ei ſepto, quod tranſverſum eſſe, ſupra poſui. Inde ima ventriculi pars paulum in dexteriorem partem converſa, in ſummum inteſtinum coarctatur. Hanc iuncturam πυλωρὸν Græci vocant, quoniam portæ modo in inferiores partes ea, quæ excreturi ſumus, emittit. Ab ea ieiunum inteſtinum incipit, non ita implicitum. cui tale vocabulum eſt, quia nunquam, quod accipit, continet; ſed protinus in inferiores partes tranſmittit. Inde tenue inteſtinum eſt, in ſinus vehementer implicitum: orbes vero eius per membranulas ſinguli cum infe-
185, 1. rioribus connectuntur; qui in dexteriorem partem converſi, & e regione dexterioris coxæ finiti, ſuperiores tamen partes magis complent. Deinde id inteſtinum cum craſſiore altero tranſverſo committitur; quod a dextra parte incipiens, in ſiniſteriorem pervium & longum eſt, in dexteriorem non eſt; ideoque cæcum nominatur. At id, quod pervium eſt, late fuſum at-

que

l. 1. *tandi.* ibid. *et qui.* L. ib. om. *et ventriculos habent.* L. l. 4. *nervoſus ſeptus a ſeptimæ.* ib. al. *ſeptimæ.* l. 12. *omnia iſta.* l. 19. *remittit.* l. 21. *accepit.* L. l. 23. *tenuius.* l. 26. *interioribus.* L.

que ſinuatum , minuſque quam ſuperiora
inteſtina nervoſum , ab utraque parte huc
atque illuc volutum , magis tamen ſiniſte-
riores inferioreſque partes tenens , contin-
git iecur atque ventriculum : deinde cum
quibuſdam membranulis a ſiniſtro rene
venientibus iungitur ; atque hinc dex-
tra recurvatum in ima dirigitur , qua ex-
cernit ; ideoque id ibi rectum inteſtinum
nominatur. Contegit vero univerſa hæc
omentum , ex inferiore parte læve & ſtri-
ctum , ex ſuperiore mollius. Cui adeps
quoque innaſcitur ; quæ ſenſu, ſicut cere-
brum quoque & medulla, caret. At a re-
nibus ſingulæ venæ , colore albæ, ad veſi-
cam feruntur; οὐρητῆρας Græci vocant , quod
per eas inde deſcendentem urinam in veſi-
cam diſtillare concipiunt. Veſica autem in
ipſo ſinu nervoſa & duplex , cervice ple-
na atque carnoſa , iungitur per venas cum
inteſtino , eoque oſſe , quod pubi ſubeſt
ipſa ſoluta atque liberior eſt; aliter in viris
atque in fœminis poſita. Nam in viris iux-
ta rectum inteſtinum eſt , potius in ſini-
ſtram partem inclinata : in fœminis ſuper
genitale earum poſita eſt , ſupraque elapſa,
ab ipſa vulva ſuſtinetur. Tum in maſculis
iter urinæ ſpatioſius & compreſſius a cer-
vice huius deſcendit ad colem : in fœmi-
nis brevius & plenius , ſuper vulvæ cervi- 274,20.
cem ſe oſtendit. Vulva autem in virginibus 48,22.
quidem admodum exigua eſt: in mulieribus
vero , niſi ubi gravidæ ſunt , non multo
maior , quam ut manu comprehendatur.

M 5 Ea,

l. 7. *ad dextra.* L. al. *hic dextra.* l. 8. *imo* ibid. *derigitur.* l. 11. *interiore.* ibid. *adſtrictum.* l. 26. *ſuperne lapſa.* L. al. *ſuperque elapſa.*

Ea, recta continuataque cervice, quem canalem vocant, contra mediam alvum orſa, inde paulum ad dexteriorem coxam convertitur; deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa, iliis fœminæ latera ſua innectit. Ipſa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt. A quibus ac pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia pervenit; ab exteriore parte, evidenti cute; ab interiore lævi membrana incluſum; quæ omento iungitur; περιτόναιος autem a Græcis nominatur.

CAP. II.

De curationibus morborum, qui naſcuntur a capite.

HIS veluti in conſpectum quendam, quatenus ſcire curanti neceſſarium eſt, adductis, remedia ſingularum laborantium partium exequar, orſus a capite: ſub quo nomine nunc ſignifico eam partem, quæ capillo tegitur: nam oculorum, aurium, dentium dolor, & ſi quis ſimilis eſt, alias erit explicandus.

2. *De Capitis dolore.*

In capite autem interdum acutus & peſtifer morbus eſt, quam κεφαλαίαν Græci vocant. Cuius notæ ſunt, † horror validus, nervorum reſolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, vomitus, ſic ut vox ſupprimatur; vel ſanguinis ex naribus curſus, ſic ut corpus frigeſcat, anima deficiat. Præter hæc, dolor intolerabilis, maxime circa tempora, vel occipitium. Interdum autem in

l. 1. *tenuataque.* L. ibid. *quam.* L. l. 10. *levi.* L. l. 11. περιτόνος. l. 15. *a capite. Et primo de eius dolore, deinde de morbo, qui circa faciem naſcitur, tum de linguæ reſolutione poſtremo deſtillatione ac gravedine.* l. 22. *capillitio.* L. al. *capillis.* l. 25. om. *inſcriptio.* l. 27. κεφαλέαν. l. 28. *calidus.*

† *Soran. Epheſ.* 1. *Iſag. c.* 6.

in capite longa imbecillitas, ſed neque gravis, neque periculoſa, per hominis ætatem eſt. Interdum gravior dolor, ſed brevis, neque tamen mortiferus; qui vel vino, vel cruditate, vel frigore, vel igne, aut ſole contrahitur. Hique omnes dolores modo in febre, modo ſine hac ſunt; modo in toto capite, modo in parte; interdum ſic, ut oris quoque proximam partem excrucient. Præter hæc etiam invenitur genus, quod poteſt longum eſſe: ubi humor cutem inflat, eaque intumeſcit, & prementi digito cedit: ὑδροκέφαλον Græci appellant.

Ex his id, quod ſecundo loco poſitum eſt, dum leve eſt, qua ſit ratione curandum, dixi, *a*, cum perſequerer ea, quæ ſani homines in imbecillitate partis alicuius facere deberent. Quæ vero auxilia ſint capitis, ubi cum febre dolor eſt, eo loco explicitum eſt, quo febrium curatio expoſita eſt. nunc de cæteris dicendum eſt.

Ex quibus id, quod acutum eſt, & id, quod ſupra conſuetudinem intenditur, idque, quod ex ſubita cauſa, etſi non peſtiferum, tamen vehemens eſt, primam curationem habet, qua ſanguis mittatur. Sed id, niſi intolerabilis eſt dolor, ſupervacuum eſt. Satiusque eſt, abſtinere a cibo; ſi fieri poteſt, etiam a potione: ſi non poteſt, aquam bibere. Si poſtero die dolor remanet, alvum ducere, ſternutamenta evocare, nihil aſſumere, niſi aquam. Sæpe enim dies unus aut alter totum dolorem

hac

l. 19. *ſunt.*

a *Lib. I. c.* 4.

hac ratione discutit, utique, si ex vino vel cruditate origo est.

Si vero in his auxilii parum est, tonderi oportet ad cutem: deinde considerandum est, quæ causa dolorem excitarit. Si calor, aqua frigida multa perfundere caput expedit; spongiam concavam imponere, subinde ex aqua frigida expressam; ungere rosa & aceto, vel potius his tinctam lanam succidam imponere, aliaque refrigerantia cataplasmata. At si frigus nocuit, caput oportet perfundere aqua calida marina, vel certe salsa, aut in qua laurus decocta sit; tum caput vehementer perfricare; deinde calido oleo implere, veste velare. quidam etiam id devinciunt: alii cervicalibus vestimentisque onerant, & sic levantur: alios calida cataplasmata adiuvant. Ergo etiam, ubi causa incognita est, videre oportet, refrigerantia magis, an calefacientia leniant, & his uti, quæ exprimentum approbarit.

At si parum causa discernitur, perfundere caput, primum aqua calida, sicut supra præceptum est, vel salsa, vel ex lauro decocta, tum frigida posca. Illa in omni vetusto capitis dolore communia sunt: sternutamenta excitare, inferiores partes vehementer perfricare, gargarizare † his, quæ salivam movent, cucurbitulas temporibus & occipitio admovere, sanguinem ex naribus detrahere, resina subinde tempora pervellere, & imposito sinapi exulcerare ea, quæ male habent, ante linteolo subiecto, ne

l. 4. *tondere.* L. l. 8. om. *in.* L. l. 10. *aliave.* L. l. 15. *et veste.* L. l. 26. *pusca.* l. 29. *iis.*

† *Soran. Ephes. Isag. c. 6.*

ne vehementer arrodat; candentibus ferramentis, ubi dolor eſt, ulcera excitare; cibum permodicum cum aqua ſumere: ubi levatus eſt dolor, in balneum ire, ibi multa aqua prius calida, deinde frigida 35,5.
per caput perfundi. Si diſcuſſus ex toto dolor eſt, etiam ad vinum reverti; ſed poſtea ſemper, antequam quicquam aliud, aquam bibere.

Diſſimile eſt id genus, quod humorem in caput contrahit. In hoc tonderi ad cutem neceſſarium eſt: deinde imponere ſinapi, ſic ut exulceret. ſi id parum profuit, ſcalpello utendum eſt. Illa cum hydropicis com- 160.
munia ſunt, ut exerceatur, inſudet, vehementer perfricetur, cibis potionibuſque utatur urinam præcipue moventibus.

2.

De morbo, qui circa faciem naſcitur.

CIRCA faciem vero morbus innaſcitur, quem Græci *a* κυνικὸν σπασμὸν nominant. Is cum acuta fere febre oritur. Os cum motu quodam pervertitur, ideoque nihil aliud eſt, quam diſtentio oris. Accedit crebra coloris in facie totoque corpore mutatio: ſomnus in promptu eſt.

In hoc ſanguinem mittere optimum eſt. Si finitum eo malum non eſt, ducere alvum. Si ne ſic quidem diſcuſſum eſt, albo veratro vomitum movere. Præter hæc neceſſarium eſt vitare ſolem, laſſitudinem, vinum. Sed ſi diſcuſſum iis non eſt, utendum eſt curſu, & frictione in eo, quod læſum

l. 1. *erodat.* l. 3. *ſemper modicum.* l. 6. om. *per. L.* l. 13. *profluit.* l. 20. *naſcitur, quem Græci* κυνικὸν σπασμὸν *vocant.* l. 23. om. *fere.* L. l. 24. *cum rictu.* L. l. 25. *diſtortio.* l. 33. om. *Sed.* ib. id. *non.* al. *his non.* l. 34. *fricatione.*

a *Aretæus de Morb. Diutur. I. 7. Cœlius Aurelian. Tard. Paſſ. II. 2.*

ſum eſt, leni & multa; in reliquis partibus breviore, ſed vehementi. Prodeſt etiam movere ſternutamenta, caput radere, idque perfundere aqua calida, vel marina, vel certe ſalſa, ſic ut ei quoque ſulphur adiiciatur: poſt perfuſionem iterum perfricari, ſinapi manducare; eodemque tempore affectis oris partibus ceratum, integris idem ſinapi, donec arrodat, imponere. Cibus aptiſſimus ex media materia eſt.

3.

De Reſolutione linguæ.

AT ſi lingua reſoluta eſt, quod interdum per ſe, interdum ex morbo aliquo fit, ſic ut ſermo hominis non explicetur; oportet gargarizare ex aqua, in qua vel thymum, vel hyſſopum, vel nepeta decocta ſit; aquam bibere; caput, & os, & ea, quæ ſub mento ſunt, & cervicem vehementer perfricare; laſere linguam ipſam linere; manducare, quæ ſunt acerrima, id eſt ſinapi, allium, cepam; magna vi luctari, ut verba exprimantur; exerceri retento ſpiritu, caput ſæpe aqua frigida perfundere, nonnunquam multam eſſe radiculam, deinde vomere.

4.

a *De Deſtillatione ac gravedine.*

DESTILLAT autem humor ex capite interdum in nares, quod leve eſt; interdum in fauces, quod peius eſt; interdum etiam in pulmonem, quod peſſimum

l. 8. *item.* L. l. 9. *erodat.* l. 30. *diſtillatione.* L. l. 31. *diſtillat.* ib. *de cap.* L. l. 32. *lene.* L.

a *Cœl. Aurelian. Morb. Chronic. II.* 7.

mum eſt. Si in nares deſtillaverit, tenuis per has pituita profluit, caput leviter dolet, gravitas eius ſentitur, frequentia ſternutamenta ſunt. Si in fauces, has exaſperat, tuſſiculam movet. Si in pulmonem, præter ſternutamenta & tuſſim, eſt etiam capitis gravitas, laſſitudo, ſitis, æſtus, bilioſa urina.

Aliud autem (quamvis non multum diſtans) malum, gravedo eſt. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam movet. Sub eadem ſalſa eſt ſaliva, ſonant aures, venæ moventur in capite, turbida urina eſt. Hæc omnia κορύζας Hippocrates nominat. Nunc video apud Græcos in gravedine hoc nomen ſervari: deſtillationes, καταστάγμους appellari. Hæc autem & brevia, &, ſi neglecta ſunt, longa eſſe conſuerunt. Nihil peſtiferum eſt, niſi quod pulmonem exulcerat.

Ubi aliquid eiuſmodi ſentimus, protinus abſtinere a ſole, balneo, vino, venere debemus. Inter quæ unctione, & aſſueto cibo nihilominus uti licet. Ambulatione tantum non acri, ſed recta utendum eſt, & poſt eam caput atque os ſupra quinquagies perfricandum. Raroque fit, ut ſi biduo, vel certe triduo nobis temperavimus, id vitium non levetur. Quo levato, ſi in deſtillatione craſſa facta pituita eſt, vel in gravedine, nares magis patent, balneo utendum eſt, multaque aqua prius calida, poſt egelida, fovendum os, caputque; deinde cum cibo pleniore vinum bibendum.

l. 2. *leniter*. L. l. 3. *in eo*. L. l. 12. *eadem vero*. l. 17. *Hæc communia*. L. ibid. om. *et*. l. 18. *ſed ſi*. L. l. 22. *a baln. a ven*. L. om. *vino*. l. 25. *tantum acri ſed tecta*. l. 31. *pallent*. L. ibid. *minus*.

dum. At, ſi æque tenuis die quarto pituita eſt, vel nares æque clauſæ videntur, aſſumendum eſt vinum aminæum, auſterum; deinde rurſus biduo aqua, poſt quæ ad balneum, & ad conſuetudinem revertendum eſt.

Neque tamen illis ipſis diebus, quibus aliqua omittenda ſunt, expedit tamquam ægros agere: ſed cætera omnia quaſi ſanis facienda ſunt, præterquam ſi diutius aliquem, & vehementius iſta ſolicitare conſueverunt. huic enim quædam curioſior obſervatio neceſſaria eſt. Igitur huic, ſi in nares vel in fauces deſtillavit, præter ea, quæ ſupra retuli, protinus primis diebus multum ambulandum eſt, perfricandæ vehementer inferiores partes, levior frictio adhibenda thoraci erit, levior capiti, demenda aſſueto cibo pars dimidia, ſumenda ova, amylum, ſimiliaque, quæ pituitam faciunt craſſiorem, ſiti, quanta maxima ſuſtineri poteſt, pugnandum eſt. Ubi per hæc idoneus aliquis balneo factus, eoque uſus eſt, adiiciendus eſt cibo piſciculus, aut caro; ſic tamen, ne protinus iuſtus modus cibi ſumatur: vino meraco copioſius utendum eſt.

At, ſi in pulmonem quoque deſtillat, multo magis & ambulatione & frictione opus eſt, eademque adhibita ratione in cibis. Si non ſatis illi proficiunt, acrioribus utendum eſt, magis ſomno indulgendum, abſtinendumque a negotiis omnibus; aliquando, ſed ſerius, balneum tentandum.

In

l. 7. om. *illis*. L. l. 11. *conſuerunt*. l. 14. *diſtillavit*. L. l. 17. *fricatio*. l. 21. *quantum*. ibid. *maxime*. l. 28. *multoque*. l. 33. *eſt*, *abſt*. L.

In gravedine autem, primo die quiescere, neque esse, neque bibere, caput velare, fauces lana circumdare: postero die surgere, diu abstinere a potione, aut, si res coegerit, non ultra heminam aquæ assumere: tertio die panis non ita multum ex parte interiore cum pisciculo, vel levi carne sumere, aquam bibere: si quis sibi temperare non potuerit, quo minus pleniore victu utatur, vomere: ubi in balneum ventum est, multa aqua calida caput & os fovere usque ad sudorem, tum ad vinum redire. Post quæ vix fieri potest, ut idem incommodum maneat. sed, si manserit, utendum erit cibis frigidis, aridis, levibus, humore quam minimo, servatis frictionibus exercitationibusque, quæ in omni tali genere valetudinis necessariæ sunt.

CAP. III.

De Cervicis morbis. [a]

A CAPITE transitus ad cervicem est; quæ gravibus admodum morbis obnoxia est. Neque tamen alius importunior [b] acutiorque morbus est, quam is, qui quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit, modo rectam & immobilem cervicem intendit. Priorem Græci [c] ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον [d] appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. Ea sæpe intra quartum [e] diem tollunt: si hunc evaserunt, sine periculo sunt.

Eadem

l. 6. *tam.* l. 7. *leni.* l. 8. *aqua.* l. 21. *morbis curationibusque.* l. 29. *Primum.* L. l. ead. *sequentem.* L.

a *Galen. Introd. in Med. c.* 13. b *Aretæus de Morb. Acut. l.* 6. c *Cæl. Aurel. Morb. Acut. III.* 6. d *Suid. in ead. voce.* e *Aph. V.* 6.

Eadem omnia ratione curantur; idque
78, 34. convenit. Sed Aſclepiades utique *f* mitten-
dum ſanguinem credidit. Quod quidam vi-
tandum eſſe dixerunt, eo quod maxime tum
corpus calore egeret; isque eſſet in ſan-
guine. Verum hoc quidem falſum eſt. ne-
que enim natura ſanguinis eſt, ut utique ca-
leat; ſed ex his, quæ in homine ſunt, is
celerrime vel caleſcit, vel refrigeſcit. Mitti
vero nec ne debeat, ex his intelligi poteſt,
78, 79. quæ de ſanguinis miſſione præcepta ſunt.
Utique autem recte datur † caſtoreum, &
cum hoc piper, vel laſer. Deinde opus
eſt fomento humido & calido. Itaque pleri-
que aqua calida multa cervices ſubinde per-
fundunt. Id in præſentia allevat; ſed oppor-
tuniores nervos frigori reddit. quod utique
vitandum eſt.

Utilius igitur eſt, cerato liquido primum
cervicem perungere; deinde admovere veſi-
cas bubulas vel utriculos *g* oleo calido re-
pletos, vel ex farina calidum cataplaſma, vel
piper rotundum cum ficu contuſum. Utiliſ-
ſimum tamen eſt, humido ſale ‡ fovere.
95, 16. quod quomodo fieret, iam oſtendi. Ubi eo-
rum aliquid factum eſt, admovere ad ignem,
vel ſi æſtas eſt, in ſole ægrum oportet; ma-
ximeque oleo vetere; ſi id non eſt, *h* Syria-
co; ſi ne id quidem eſt, adipe * quam ve-
tuſtiſſima cervicem, & ſcapulas, & ſpinam
perfricare.

Frictio cum omnibus in homine verte-
bris utilis ſit, tum iis præcipue, quæ in
col-

l. 2. om. *Sed.* L. l. 3. *Id quidam utique.* L. l. 6. *venarum.* *Hoc.* L. l. 8. *hic.* l. 10. om. *ne.* l. 30. om. *rotundum.* ibid. *ficuo.* l. 25. *fieri debeat.* l. 30. *ſpinas.* l. 32. *Fricatio.* L. l. 33 *hominum.* L.

f *Cœl Aurel Acut. Morb. III.* 8. † *Marcell. de Medic. c. XVIII. p.* 320. g *Cœl. Aurelian. Acut. Morb. III.* 8. ‡ *Marcell. de Med. c. XVIII. pag.* 320. h *Plin. N. H. XV.* 7. * *Marcell. de Med. c. XVIII. p.* 320.

collo ſunt. Ergo die nocteque, interpoſitis tamen quibuſdam temporibus, hoc remedio utendum eſt: dum id intermittitur, imponendum † malagma aliquod ex calefacientibus. Cavendum vero & præcipue frigus. ideoque in eo conclavi, in quo cubabit æger, ignis continuus eſſe debebit, maximeque tempore antelucano, quo præcipue frigus intenditur. Neque inutile erit, caput attonſum habere, idque irino vel cyprino calido madefacere, & ſuperimpoſito pileo velare: nonnunquam etiam in calidum oleum totum deſcendere, vel in aquam calidam, in qua fœnum græcum decoctum ſit, & adiecta olei pars tertia. Alvus *i* quoque ducta ſæpe ſuperiores partes reſolvit.

Si vero etiam vehementius dolor crevit, admovendæ cervicibus cucurbitulæ ſunt, ſic ut cutis incidatur. Eædem aut ferramentis aut ſinapi adurendæ. Ubi levatus eſt dolor, moverique cervix cœpit, ſcire licet, cedere remediis morbum. Sed diu vitandus cibus, *k* quiſquis mandendus eſt. Sorbitionibus utendum, itemque ovis ſorbilibus, aut hapalis mollibusve; ius aliquod aſſumendum. Id ſi bene proceſſerit, iamque ex toto recte ſe habere cervices videbuntur, incipiendum erit a pulticula, vel intrita bene madida. Celerius tamen etiam panis mandendus, quam vinum guſtandum: ſiquidem huius uſus præcipue periculoſus; ideoque in longum tempus differendus eſt.

l. 3. om. *id.* L. l. 6. om. *in.* ib. *curatur.* L. l. 7. *debet.* l. 19. *Eadem.* L. l. 20. *adurenda.* l. 25. *e pullis mollibuſve ius* L. al. *a pullis.* l. 26. *At ſi.* l. 32. *longius.* L.

† *Marcellus de Med. c. XVIII. pag.* 320. i *Aph.* VII. 5. k *Cœlius Aurel. Morb. Acut. III.* 8.

CAP. IV.

a *De Faucium morbis: & primum de Angina.*

UT hoc autem morbi genus circa totam cervicem; ſic alterum, æque peſtiferum acutumque, in faucibus eſſe conſuevit. Noſtri anginam vocant: apud Græcos nomen, prout ſpecies eſt. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet; ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſolvuntur. id *b* συνάγχην vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumeſcunt, vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, ſingultusque eſt. ὡς συνάγχη vocatur. Illa communia ſunt; æger non cibum devorare, non potionem poteſt; ſpiritus eius includitur. Levius eſt, ubi † tumor tantummodo & rubor eſt, cætera non ſequuntur. id παρασυνάγχην appellant.

Quicquid eſt, ſi vires patiuntur, ‡ ſanguis mittendus eſt, etſi non abundat: ſecun-
79, 1, dum eſt, ducere alvum. Cucurbitula quoque
22. recte ſub mento, & circa fauces admovetur; ut id, quod ſtrangulat, evocet. Opus eſt deinde fomentis humidis. nam ſicca ſpiritum elidunt. Ergo admovere ſpongias oportet: quæ melius in calidum oleum, quam in calidam aquam ſubinde dimittuntur. Efficaciſſimusque eſt hic quo-
95, 25. que, ſalis calidi ſuccus. Tum commodum eſt, hyſſopum, vel nepetam, vel thymum, vel abſinthium, vel etiam fur-
96, 4. fures, aut ficus aridas, cum aqua mulſa

l. 2. *morbis, ac curationibus.* ibid. *deinde de difficultate ſpirandi, ultimo de tuſſi.* l. 14. *uti ſynanche.* al. *id* συνάγχη. ibid. *Illis.* L. l. 16. *intercluditur.* L. l. 30. *Salem calidis cum ſaccellis ſuperponere.* L. l. 32. *nepeta.* l. 33. *aut* pro *cum.*

a *Aretæus de Morb. Acut. I.* 7. b *Cœl. Aur. Morb. Acut. III. c.* 1. 2. 3. 4. *Æginet. III.* 27. *D. Hieronym. in Job. cap.* VII. † *Aphor. VI.* 37. ‡ *Marcell. de Med. c. XV. p.* 303.

ſa decoquere, eaque gargarizare: poſt hæc palatum ungere vel felle taurino, vel eo medicamento, quod ex moris eſt. Polline etiam piperis id recte reſpergitur.

Si per hæc parum proficitur, ultimum eſt, incidere ſatis altis plagis ſub ipſis maxillis ſupra collum, & in palato citra uvam, vel eas venas, quæ ſub † lingua ſunt; ut per ea vulnera morbus erumpat. Quibus ſi non fuerit æger adiutus, ſcire licet, malo victum eſſe. Si vero his morbus levatus eſt. iamque fauces & cibum & ſpiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recurſus eſt. Atque interdum natura *c* quoque adiuvat, ſi ex anguſtiore ſede vitium tranſit in latiorem. Itaque rubore & tumore in præcordiis orto, ſcire licet fauces liberari.

Quicquid autem eas levarit, incipiendum eſt ab humidis, maximeque aqua mulſa decocta: deinde aſſumendi molles & non acres cibi ſunt, donec fauces ad priſtinum habitum revertantur. Vulgo audio ‡, ſi quis *d* pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari. Servatumque eum ex *e* ſale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque eius contritum in aquam mulſam, quæ potui datur, infriari, & prodeſſe. Id cum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quicquam periculi poſſit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inſerendum huic operi meo credidi.

l. 1. *mulſam aquam.* l. 4. om. *id.* L. l. 5. *Sed* pro *Si.* al. *Sed ſi.* l. 7. *Spura.* ib. *circa.* L. l. 10. *a malo.* L. l. 12. *potum.* L. l. 18. *levavit.* l. 19. om. *decocta.* L. l. 23. *hirundinum.* L. l. 27. *detur.* L. l. ead. *infricari.*

† *Marcell. de Med. c. XV. p.* 305. c *Aph.* VI. 37.
‡ *Plin. Hiſtor. N. X. c.* 33. d *Plin. H. N. XXX.* 4.
e *Idem ibidem.*

2. *De Difficultate spirandi.*

EST etiam circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi consistit: sed hæc dum modica est, neque ex toto strangulat, *f* δύσπνοια appellatur: cum vehementior est, ut spirare æger sine sono & anhelatione non possit, † ἆσθμα: cum accessit id quoque, ne nisi recta cervice ‡ spiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus id, quod primum est, potest diutius trahi: duo insequentia acuta esse consuerunt. His communia sunt; quod propter angustias, per quas spiritus evadit, *g* sibilum elidit; dolor in pectore præcordiisque est, interdum etiam in scapulis, isque modo decedit; modo revertitur, ad hæc tussicula accedit.

Auxilium est, nisi aliquid prohibet, in sanguinis detractione. Neque id satis est, sed lac caprinum calidum ieiuno
79, I. dandum; &, si non febrit, venter solvendus est. Liquanda alvus, interdum etiam ducenda, quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere commodius. Caput autem etiam in lecto sublime habendum est: thorax fomentis, cataplasmatisque calidis, aut siccis, aut etiam humidis adiuvandus est; & postea vel malagma superimponendum, vel certe ceratum ex cyprino, vel irino unguento. Sumenda deinde ieiuno potui mulsa aqua, cum qua vel hyssopus cocta, vel con-

l. 4. *aliud atque.* al. l. 13. *diu aliquem trahere.* l. 18. *decidit.* l. 20. *vero est.* l. 22. 23. *lacte quoque venter solvendus est.* l. 30. om. *vel.* L. l. 31. om. *certe.* l. 34. *vel aqua.* L.

f *Cœl. Aurel. Tard. Passion. III.* 1. *Æginet. III.* 29. † *Hieronym. in Job. cap.* IX. ‡ Sublimis spiritus *dicitur Horatio. Vide Not. Dan. Heins. ad Horat. I.* 15. *vers.* 31. g *Trallian. l.* 2.

contrita capparis radix ſit. Datur etiam utiliter, aut nitrum, aut *h* naſturtium, alliumve frictum, deinde contritum & cum melle mixtum: ſimulque coquuntur mel, galbanum, reſina terebinthina, &, ubi coierunt, 275,33; ex his, quod fabæ magnitudinem habet, quotidie ſub lingua liquatur. Aut ſulphuris ignem non experti P. & quadrans, abrotani P. in vini cyatho teruntur, idque tepefactum ſorbetur. Eſt etiam non vana opinio, vulpinum iecur *i*, ubi ſiccum & aridum factum eſt, contundi oportere, polentamque ex eo potioni aſpergi; vel eiuſdem pulmonem quam recentiſſimum aſſum, ſed ſine ferro coctum, edendum eſſe. Præter hæc, ſorbitionibus & lenibus cibis utendum eſt: interdum vino tenui auſtero: nonnunquam vomitu. Proſunt etiam, quæcumque urinam augent: ſed nihil magis, quam ambulatio lenta pene uſque ad laſſitudinem; frictio multa, præcipue inferiorum partium, vel in ſole, vel ad ignem, & per ſeipſum, & per alios, uſque ad ſudorem.

3. *De Faucium exulceratione.*

In interiore vero faucium parte interdum exulceratio eſſe conſuevit. In hac plerique extrinſecus cataplaſmatis calidis, fomentiſque humidis utuntur: volunt etiam vaporem calidum ore recipi. per quæ molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioreſque vitio iam hærenti. Sed, ſi bene ſic vitari morbus poteſt, tuta illa præſidia: ſi metus eius eſt, ſupervacua ſunt.

N 4 Uti-

l. 1. *Deligitur*. L. l. 2. *album fr.* al. *frictum allium*. al. *aut allium*. l. 5. om. *et*. L. ib. *autem coierunt*. L. l. 8. *Pondo et quadrans*. l. 9. *Pondo*. l. 11. *vulpium*. l. 13. *pollinem*. L. l. 19. *agunt*. al. *urgent*. *movent*. L. l. 21. *fricatio*. l. 25. om. inſcriptio. l. 30. *per quem*. L.

h *Cæl. Aurel. Tard. Paſſ. III*. 1. i *Scribon. Larg. c.* 19. *Comp.* 76. *Plin. H. N. XXVIII*. 13.

Utique autem perfricare fauces periculoſum eſt: exulcerat enim. Neque utilia ſunt, quæ urinæ movendæ ſunt apta: quia poſſunt, dum tranſeunt, ibi quoque pituitam extenuare; quam ſupprimi melius eſt.

Aſclepiades multarum rerum, quas ipſi quoque ſecuti ſumus, auctor bonus, acetum ait quam acerrimum eſſe ſorbendum. hoc enim ſine ulla noxa comprimi ulcera. Sed id ſupprimere ſanguinem poteſt; ulcera ipſa ſanare non poteſt. Melius huic rei lycium eſt; quod idem quoque æque probat: vel porri, vel marrrubii ſuccus, vel nuces græcæ *k* cum tragacantho contritæ & cum paſſo mixtæ, vel lini ſemen contritum & cum dulci vino mixtum. Exercitatio quoque ambulandi currendique neceſſaria eſt. Frictio a pectore vehemens toti inferiori parti adhibenda.

Cibi vero eſſe debent, neque nimium acres, neque aſperi; mel, lenticula, tragum, lac, ptiſana, pinguis quoque caro, præcipueque porrum, & quicquid cum hoc mixtum eſt. Potionis quam minimum eſſe convenit. Aqua dari poteſt, vel pura, vel in qua malum cydoneum, palmulæve decoctæ ſunt. Gargarizationes quoque lenes: ſin hæ parum proficiunt, reprimentes utiles ſunt.

Hoc genus neque acutum eſt, & poteſt eſſe non longum: curationem tamen maturam, ne vehementer & diu lædat, deſiderat.

4. *De Tuſſi.*

Tuſſis vero fere propter faucium exulcera-

l. 12. *licitum.* l. 14. *trachanto.* l. 18. *fricatio.* L. l. 22. om. *quoque.* L. l. 26. *cotoneum.* L. l. 33. *De tuſſi & ſanguinis effluvio.*

k Amygdalæ. *Vide Rhodii Lexicon Scribonianum. Macrobium Saturn. II.* 14.

cerationem moleſta eſt: quæ multis [l] modis contrahitur. Itaque, illis reſtitutis, ipſa finitur. Solet tamen interdum per ſe quoque male habere: & vix, cum vetus facta eſt, eliditur. ac modo arida eſt, modo pituitam citat.

Oportet autem hyſſopum altero quoque die bibere: ſpiritu retento currere, ſed minime in pulvere: ac lectione uti vehementi; quæ primo impeditur a tuſſi, poſt eam vincit: tum ambulare: deinde per manus quoque exerceri, & pectus diu perfricare. Poſt hæc quam pinguiſſimæ ficus uncias tres, ſuper prunam incoctas, eſſe.

Præter hæc, ſi humida eſt, proſunt frictiones validæ, cum quibuſdam calefacientibus, ſic, ut caput quoque ſiccum vehementer perfricetur: item cucurbitulæ pectori admotæ; ſinapi ex parte exteriore faucibus impoſitum, donec leviter exulceret; potio ex menta, nucibusque græcis & amylo; primoque aſſumptus panis aridus, deinde aliquis cibus lenis.

At, ſi ſicca tuſſis eſt, cum ea vehementiſſime urget, adiuvat vini auſteri cyathus aſſumptus; dum ne amplius id, interpoſito tempore aliquo, quam ter aut quater fiat: item laſeris quam optimi paulum devorare opus eſt; porri vel marrubii ſuccum aſſumere; ſcillam delingere; acetum ex ea, vel certe acre ſorbere, aut cum ſpica allii contriti duos vini cyathos.

Utilis etiam in omni tuſſi eſt peregrinatio, navigatio longa, loca maritima, nata-

l. 2. *vetus* pro *ipſa*. l. 4. *ipſa* pro *vetus*. l. 6. *facit vel citat*. L. l. 7. om. *autem*. l. 14. l. 14. *prunas*. l. 15. *fricationes*. l. 17. *ſimul* pro *ſiccum*. L. l. 23. om. *cibus*. l. 28. *paululum*. L.

l *Trallian*. *V*. 1.

tiones. Cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica: interdum acer, ut lac cum allio coctum. Sorbitiones, quibus laſer ſit adiectum, aut in quibus porrum incoctum tabuerit. Ovum quoque ſorbile, ſulphure adiecto. Potus primum aqua calida, deinde invicem aliis diebus hæc, aliis vero vinum.

m 5. *De Sanguinis ſputo.*

Magis terreri poteſt aliquis, cum ſanguinem expuit. ſed id modo minus, modo plus periculi habet. Exit enim modo ex gingivis, modo ex ore. & quidem ex hoc interdum etiam copioſe, ſed ſine tuſſi; ſine ulcere, ſine gingivarum ullo vitio; ita ut nihil excreetur. Verum ut ex naribus, ſic ex ore aliquando prorumpit. Atque interdum ſanguis profluit, interdum ſimile aquæ quiddam, in qua caro recens lota eſt. Nonnunquam autem is a ſummis faucibus fertur, modo exulcerata ea parte, modo non exulcerata; ſed aut ore venæ alicuius adaperto, aut tuberculis quibuſdam natis, ex hisque ſanguine erumpente. Quod ubi incidit, neque lædit potio aut cibus, neque quicquam, ut ex ulcere, excreatur. Aliquando, gutture & arteriis exulceratis, frequens tuſſis ſanguinem quoque extundit. Interdum etiam fieri ſolet, ut aut ex pulmone, aut ex pectore, aut ex latere, aut ex iocinore feratur. Sæpe fœminæ, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet, hunc expuunt. Auctoreſque medi-
69,29. ci fuerunt, vel exeſa parte aliqua ſanguinem exire,

l. 5. *Ovum quoque.* L. l. 6. *ſorbeatur. In potum vero.* L. al. *Potui.* l. 9. om. inſcriptio. l. 23. *turbeculis.* l. 24. om. *que.* l. 26. *aut* pro *ut.* l. 27. *vero, gutture.* L. l. 31. om. *ex.* L. l. 34. *ferunt.* L. al. *ſunt.* l. 34. *ex ea* pro *exeſa.*

m *Aretæus de Morb. Acutis II. 2. Cœl. Aurelian. Morb. Chronic. Lib. II. c. 9.*

exire, *n* vel rupta, vel ore alicuius venæ patefacto. Primam διάβρωσιν, secundam ῥηγμοχασμὸν, tertiam ἀναστόμωσιν appellant. Ultima minime nocet; prima gravissime. Ac sæpe quidem evenit, uti sanguinem *o* pus sequatur.

Interdum autem, qui sanguinem ipsum suppressit, satis ad valetudinem profuit. Sed si secuta ulcera sunt, si pus, si tussis est, prout sedes ipsa est, ita varia & periculosa genera morborum sunt. Si vero sanguis tantum fluit, expeditius & remedium & finis est. Neque ignorari oportet, eis, quibus fluere *p* sanguis solet, aut quibus spina dolet, coxæve, aut post cursum vehementem vel ambulationem, dum febris absit, non esse inutile sanguinis mediocre profluvium: idque per urinam redditum ipsam quoque lassitudinem solvere. Ac ne in eo quidem terribile esse, qui ex superiore lo- 79, 30.
co decidit: si tamen in eius urina nihil † novabit. Neque vomitum huius afferre periculum, etiam cum repetit, si ante confirmare & implere corpus licuit: & ex toto nullum nocere, qui in corpore robusto, neque nimius est, neque tussim aut calorem movet. Hæc pertinent ad universum. nunc ad ea loca, quæ proposui, veniam.

Si ex gingivis exit, portulacam manducasse satis est. Si ex ore, continuisse eo merum vinum: si parum id proficit, acetum. Si inter hæc quoque graviter erumpit, quia consumere hominem potest, commodissi-

l. 2. *rhesinechasmum.* al. ἐρηγμο χασμόν. l. 3. *manangomosin.* al. *magnagomosin.* l. 11. *fiunt.* L. l. 19. om. *in.* l. 22. *aliud novabit.* L. ex Pantino. al. *notabit.* l. 32. *id parum.*

n *Cæl. Aurel. Tard. Pass. II.* 9. 10. *Aretæus Morb. Acut. Cur. II. Trallian. VII.* 1. o *Aph.* VII. 78. p *Aphor.* VII. 37. † Notabit.

diffimum eſt, impetum eius, admota † occipitio cucurbitula, ſic ut cutis quoque incidatur, avertere. Si id mulieri, cui menſtrua non feruntur, evenit, eandem cucurbitulam, inciſis inguinibus eius, admovere.

At, ſi ex faucibus, interioribuſve parti-
bus proceſſit, & metus maior eſt, & cura
79, 32. maior adhibenda. Sanguis mittendus eſt;
&, ſi nihilominus ex ore proceſſit, iterum
tertioque, & quotidie paulum aliquid: pro-
tinus autem debet ſorbere vel acetum, vel
etiam cum thure plantaginis aut porri ſuc-
290,21. cum; imponendaque extrinſecus ſupra id,
293,21. quod dolet, lana ſuccida ex aceto eſt, & id
ſpongia ſubinde refrigerandum. Eraſiſtratus
horum crura quoque & femora brachiaque
pluribus locis deligabat. Id Aſclepiades adeo
non prodeſſe, ut etiam inimicum eſſet, pro-
poſuit. Sed id ſæpe commode reſpondere
experimenta teſtantur.

Neque tamen pluribus locis deligari neceſſe eſt: ſed ſat eſt infra inguina, & ſuper talos, ſummoſque humeros, etiam brachia. Tum, ſi febris urget, danda eſt ſorbitio; & potui aqua, in qua aliquid ex his, quæ alvum adſtringunt, decoctum ſit. At, ſi abeſt febris, vel elota alica, vel panis ex aqua frigida, & molle quoque ovum dari poteſt; potui, vel idem, quod ſupra ſcriptum eſt, vel vinum dulce, vel aqua frigida. ſed ſic bibendum erit, ut ſciamus, huic morbo ſitim prodeſſe.

Præter hæc neceſſaria ſunt quies, ſecu-

ritas,

† *Marcell. de Med. c. X. pag.* 288.

ritas, ſilentium. Caput huius quoque cubantis ſublime eſſe debet, recteque tondetur. Facies ſæpe aqua frigida fovenda eſt. At inimica ſunt vinum, balneum, venus, in cibo 172, 2.
oleum acria *q* omnia, item calida fomenta, conclave calidum & incluſum, multa veſtimenta corpori iniecta, etiam frictiones, niſi ubi bene ſanguis conquievit. Tum vero incipiendum eſt a brachiis, cruribusque; a thorace abſtinendum. In hoc caſu per hiemem, locis maritimis; per æſtatem, mediterraneis opus eſt.

CAP. V.

De Stomachi morbis.

FAUCIBUS ſubeſt ſtomachus; in quo plura *a* longa vitia incidere conſuerunt. Nam modo ingens calor, modo inflatio hunc, modo inflammatio, modo exulceratio afficit. Interdum pituita, interdum bilis oritur. Frequentiſſimumque eſt eius malum, quo reſolvitur: neque ulla re magis aut afficitur, aut corpus afficit.

Ut diverſa autem vitia eius, ſic etiam remedia ſunt. Ubi exæſtuat, aceto cum roſa extrinſecus ſubinde fovendus eſt; imponendusque pulvis cum oleo; & ea cataplaſmata, quæ ſimul & reprimunt, & molliunt. Potui, niſi quid obſtat, gelida aqua præſtanda.

Si inflatio eſt, proſunt admotæ † cucurbitulæ; neque incidere cutem neceſſe eſt: proſunt ſicca & calida fomenta, ſed non vehementiſſima. Interponenda abſtinentia eſt.

l. 5. *acriora.* l. 8. om. *niſi.* ibid. *bene etiam.* l. 15. *morbis & curationibus.* l. 21. *adoritur.* L.

q *Cæl. Aurel. Acut. Morb. II.* 24. a *Cæl. Aurelian. Tard. Paſſ III.* 2. *Trallian. VII.* 3. † *Sub ſcapulis, uti duobus exemplis confirmat Aloiſius Mundella Epiſt.* 7. *pag.* 125. *& ſeqq.*

eſt. Utilis in ieiunio potio eſt abſinthii, aut hyſſopi, aut rutæ. Exercitatio † primo levis, deinde maior adhibenda eſt; maximeque, quæ ſuperiores partes moveat. quod genus in omnibus ſtomachi vitiis aptiſſimum eſt. Poſt exercitationem opus eſt unctione, frictione; balneo quoque nonnunquam, ſed rarius; interdum alvi ductione. Cibis deinde calidis, neque inflantibus: eodemque modo calidis potionibus, primo aquæ; poſt, ubi reſedit inflatio, vini auſteri. Illud quoque in omnibus ſtomachi vitiis præcipiendum eſt, ut, quo modo ſe quiſque æger refecerit, eodem ſanus utatur. nam redit huic imbecillitas ſua, niſi iiſdem defenditur bona valetudo, quibus reddita eſt.

At ſi inflammatio aliqua eſt, quam fere tumor & dolor ſequitur, prima ſunt quies, & abſtinentia; lana ſulphurata circumdata; in ieiuno abſinthium. Si ardor ſtomachum urget, aceto cum roſa ſubinde fovendus eſt: deinde cibis quidem utendum eſt modicis; imponenda vero extrinſecus, quæ ſimul & reprimunt & molliunt: deinde, his detractis, utendum calidis ex farina cataplaſmatis, quæ reliquias digerant: interdum alvus ducenda: adhibenda exercitatio, & cibus plenior.

At, ſi exulceratio ſtomachum infeſtat, eadem fere facienda ſunt, quæ in faucibus
199· exulceratis præcepta ſunt. Exercitatio, frictio inferiorum partium adhibenda. Adhibendi lenes & glutinoſi cibi, ſed citra ſatietatem. Omnia acria atque acida removenda.

l. 1. *ieiunio.* l. 2. *lenis.* l. 7. *fricatione.* l. 14. *eo ut* pro *eodem.* ego lego: *eo et.* l. 26. *alvum.* l. 32. *fricatio.*

† *Equitatio. Plin. XXVIII. 4. in fine.*

venda. Vino, ſi febris non eſt, dulci, aut ſi id inflat, certe leni utendum: ſed neque præfrigido, neque nimis calido.

Si vero pituita ſtomachus impletur, neceſſarius modo in ieiunio, modo poſt cibum vomitus eſt. Utilis exercitatio, geſtatio, navigatio, frictio. Nihil edendum, bibendumque, niſi calidum; vitatis tantum his, quæ pituitam contrahere conſuerunt.

Moleſtius eſt, ſi ſtomachus bile vitioſus eſt. Solent autem hi, qui ſic tentantur, interpoſitis quibuſdam diebus, hanc, & quidem, quod peſſimum eſt, atram vomere. His recte alvus ducitur: potiones ex abſinthio dantur: neceſſaria geſtatio, navigatio, &, ſi fieri poteſt, ex nauſea vomitus: vitanda cruditas: ſumendi cibi faciles & ſtomacho non alieni, vinum auſterum.

Vulgatiſſimum vero peſſimumque ſtomachi vitium eſt reſolutio, id eſt, cum cibi non *b* tenax eſt, ſoletque deſinere ali corpus, ac ſic tabe conſumi. Huic generi inutiliſſimum balneum eſt. Lectiones, exercitationeſque ſuperioris partis neceſſariæ, item unctiones, frictioneſque: hinc perfundi frigida, atque in eadem natare, canalibus eiuſdem ſubiicere etiam ſtomachum ipſum, & magis etiam a ſcapulis id, quod contra ſtomachum eſt: conſiſtere in frigidis, medicatiſque fontibus, quales *c* Cutiliarum Sumbruinarumque ſunt, ſalutare eſt. Cibi quoque aſſumendi ſunt frigidi, qui potius difficulter coquuntur, quam facile vitiantur. Ergo plerique, qui nihil aliud

l. 3. *perfrigido.* L. l. 5. *ieiuno.* L. l. 7. *fricatio.* L. l. 13. *movere.* l. 14. om. *ex.* l. 15. *navigatio eſt.* l. 22. *ſi.* l. 25. *fricationes.* ib. *his.* al. *iis* pro *hinc.* l. 30. *medii capitiſque.* l. 31. *Subcutiliarumque.*

b *Aretæus de Morb. Diuturn. II.* 7. c *Plin. II.* 95. & *XXXI.* 2. *Vitruvius VIII.* 3. *Cœlius Aurel. Tard. Paſſ. V.* 2. *pag.* 518.

aliud concoquere poſſunt, bubulam coquunt. Ex quo colligi poteſt, neque avem, neque venationem, neque piſcem dari debere, niſi generis durioris. Potui quidem aptiſſimum eſt vinum frigidum, vel certe bene calidum meracum, potiſſimum *d* Rheticum, vel Allobrogicum, aliudve, quod & auſterum & reſina conditum eſt: ſi id non eſt, quam aſperrimum, maximeque *e* Signinum.

Si cibus non continetur, danda aqua, & eliciendus plenior vomitus eſt; iterumque dandus cibus, & tum admovendæ duobus infra ſtomachum digitis cucurbitulæ, ibique duabus aut tribus horis continendæ ſunt. Si ſimul & vomitus, & dolor eſt, imponenda ſupra ſtomachum eſt lana ſuccida, vel ſpongia *f* ex aceto, vel cataplaſma, quod refrigeret. Perfricanda vero non diu, ſed vehementer brachia, & crura, & calefacienda.

Si plus doloris eſt, infra præcordia quatuor digitis cucurbitula utendum eſt: protinus dandus panis ex poſca frigida. Si non continuit, poſt vomitum lene aliquid ex his, quæ non aliena ſtomacho ſint. Si ne id quidem tenuit, ſinguli cyathi vini, ſingulis interpoſitis horis, donec ſtomachus conſiſtat. Valens etiam medicamentum eſt, radiculæ ſuccus: valentius, acidi punici mali, cum pari modo ſucci, qui ex dulci punico malo eſt, adiecto etiam intubi ſucco, & mentæ, ſed huius minima parte; quibus tantundem, quantum in his omni-

bus

l. 14. *intra.* l. 24. *puſca.* l. 25. *leve.* l. 26. *iis.* l. 33. *menta.* l. 34. *ex* pro *in.* L.

d *Serv. ad Virg. II. Georg.* 96. *Sueton. in Auguſt. c.* 77. *Plin. XIV.* 6. e *Plin. ibidem.* f *Trallian. VII.* 7.

bus eſt, aquæ frigidæ quam optime miſcetur. Id enim plus quam vinum ad comprimendum ſtomachum poteſt. Supprimendus autem vomitus eſt, qui per ſe venit, etſi nauſea eſt.

Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus oſtendit, eiiciendus eſt; protinusque, cibis aſſumptis iiſdem, quos proxime poſui, ſtomachus reſtituendus. Ubi ſublatus eſt præſens metus, ad ea redeundum eſt, quæ ſupra præcepta ſunt.

CAP. VI.

De Laterum doloribus.

STOMACHUS lateribus cingitur; atque in his quoque vehementes dolores eſſe conſuerunt. Eorum initium vel ex frigore, vel ex ictu, vel ex nimio *a* curſu, vel ex morbo eſt. Sed interdum id malum intra dolorem eſt: isque modo tarde, modo celeriter ſolvitur. interdum ad perniciem quoque procedit; oriturque acutus morbus, qui πλευριτικὸς a Græcis nominatur. Huic dolori lateris, febris *b* & tuſſis accedit: & per hanc excreatur, ſi tolerabilis morbus eſt, pituita; ſi gravis, ſanguis. Interdum etiam ſicca tuſſis eſt, quæ nihil emolitur. idque primo vitio gravius, ſecundo tolerabilius eſt.

Remedium vero eſt magni & recentis doloris, ſanguis *c* miſſus. At, ſive levior, ſive vetuſtior caſus eſt, vel ſupervacuum, vel ſerum id auxilium eſt; confugiendumque ad

l. 5. *venit, ſic, ſi nauſea eſt.* al. *ſic, & ſi nauſea eſt.* Ego lego: *ſi ſine nauſea eſt.* vel *& ſine.* l. 9. *hiſdem.* l. 18. *Et* pro *eorum.* l. 20. *ne* pro *id.* l. 24. *pleureticus.* l. 28. *vitio primo.* L.

a *Aretæus de Morb. Acut. I.* 10. *Trall. VI.* 1. b *Cæl. Aur. Acut. Morb. II.* 13. c *Idem ibidem cap.* 18.

ad cucurbitulas est, ante summa cute incisa.
Recte etiam sinapi ex aceto super pectus im-
ponitur, donec ulcera pustulasque excitet;
& tum medicamentum, quod humorem illuc
citet. Præter hæc, circumdare primum opor-
483,3. tet latus hapso lanæ sulphuratæ: deinde,
cum paulum inflammatio se remisit, siccis
& calidis fomentis uti. Ab his transitus ad
250. malagmata est.
252. Si vetustior dolor remanet, novissime re-
sina imposita discutitur. Utendum cibis po-
tionibusque calidis: vitandum frigus. Inter
hæc tamen non alienum est extremas partes
oleo & sulphure perfricare. Si levata tussis
est, leni lectione uti: iamque & acres cibos,
& vinum meracius assumere. Quæ ita a me-
dicis præcipiuntur. Attamen sine his rusti-
324,18. cos nostros epota ex aqua trixago satis ad-
iuvare dicitur.

Hæc in omni lateris dolore communia
sunt: plus negotii est, si acutus quoque mor-
bus is factus est. In hoc, præter ea, quæ
supra posita sunt, hæc animadvertenda sunt:
ut cibus sit quam maxime tenuis & lenis,
præcipueque sorbitio, eaque ex ptisana po-
tissimum, aut ius, in quo porrus cum pul-
lo gallinaceo coctus sit: idque non nisi ter-
tio quoque die detur: si tamen per vires li-
cebit: potui vero aqua mulsa, in qua hysso-
pum, aut ruta decocta sit. Quæ quibus tem-
poribus danda sint, ex ratione vel adauctæ,
vel levatæ febris apparebit, sic, ut in remis-
sione quam maxima dentur: cum eo tamen,
ut sciamus, non esse eius generis tussi aridas
fau-

l. 6. *abso.* al. *latus ipsum lana sulph.* l. 7. *paululum.* L. l. 13. *et* pro *est.* l. 16. om. *ita.* l. 17. *ut tamen.* l. 18. *herba trixago.* vel *trixaquo.* l. 19. *adiuvet.* l. 28. om. *quoque.* L. l. *potio.* l. 31. *adiectæ.* l. 33. *dent.*

fauces committendas. ſæpe enim, ubi nihil eſt, quod excreetur, continuatur, & ſtrangulat. Ob quam cauſam dixi etiam peius id genus eſſe tuſſis, quod nihil, quam quod 209, 3.
pituitam moveret. Sed his vinum ſorbere, ut ſupra præcepimus, morbus ipſe non patitur: in vicem eius, cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

Ut his autem in ipſo morbi fervore ſuſtinendus æger eſt, ſic, ubi paulum is ſe remiſit, alimenta pleniora, & vini quoque aliquid dari poteſt; dum nihil detur, quod aut refrigeret corpus, aut fauces aſperet. Si in refectione quoque manſerit tuſſis, intermittere oportebit uno die: poſteroque, cum cibo vini paulo plus aſſumere. Atque, invaleſcente quoque tuſſi, tum non erit alienum, ut ſupra quoque poſitum eſt, vini cyathos ſorbere. ſed in hoc genere valetudinis, dulce, vel certe lene commodius eſt. Si 201, 24.
malum inveteravit, athletico victu corpus firmandum eſt.

CAP. VII.

De Viſcerum morbis: & primo, de Pulmone.

A COMPAGINE vero corporis ad viſcera tranſeundum eſt; & inprimis ad pulmonem veniendum. Ex quo vehemens & acutus morbus oritur, quem περιπνευμονικὸν Græci vocant. Eius hæc conditio eſt. *a* Pulmo totus afficitur. hunc caſum eius ſubſequitur tuſſis, bilem vel pus trahens; præcordiorum totiuſque pectoris gravitas, ſpiritus difficultas, magnæ febres,

 con-

l. 2. *excreatur.* l. 14. *vero* pro *quoque.* L. l. 16. *At.* L. ib. *incipiente.* l. 25. *Pulmone, deinde de iecinore, tum de liene, poſtremo de renibus.* l. 26. om. *vero.* L. l. 30. *περιπνευμονίαν.* L. al. *περιπνευματικόν.*

a *Cœlius Aurelian. Acut. Morbor. II.* 26. 27. *Aretæus de Morb. Diut. I.* 12.

continua vigilia, cibi fastidium, tabes. *b* Id genus morbi plus periculi quam doloris habet.

Oportet, si satis validæ vires sunt, sanguinem *c* mittere: sin minores, cucurbitulas sine ferro præcordiis admovere. Tum si satis valet, gestando ægrum, digerere: si parum, intra domum tantum dimovere. Potionem autem hyssopi dare, cui ficus arida sit incocta; aut aquam mulsam, in qua vel hyssopum, vel ruta decocta sit. Frictione uti diutissime in scapulis, proxime ab his in brachiis, & pedibus, & cruribus, leviter contra pulmonem; idque bis quotidie facere.

Quod ad cibum vero pertinet, huic nec salsis opus est, neque acribus, neque amaris, neque alvum adstringentibus, sed paulo lenioribus. Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ, vel alicæ, vel oryzæ, cum qua recens adeps cocta sit. Cum hac, sorbile ovum, nuclei pinei: ex melle, panis, vel elota alica ex aqua mulsa. Potui deinde non solum pura aqua, sed etiam mulsa egelida; aut, si æstas est, et frigida; nisi quid obstat. Hæc autem altero quoque die, increscente morbo dare satis est.

Ubi incremento constitit, quantum res patitur, ab omnibus abstinendum est, præterquam aqua egelida. Si vires desunt, adiuvandæ sunt aqua mulsa. Prosuntque adversus dolores imposita calida fomenta, vel ea, quæ simul & reprimunt & emolliunt. Prodest impositus super pectus sal bene

l. 6. *Quod* pro *Tum*. L. l. 8. *In potionem -- hyssopum*. L. l. 9. *cum quo*. l. 12. *fricatione*. L. l. 14. *leniter*. L. l. 19. *levioribus*. l. 23. *Potui danda*. L. l. 28. *Incrementum*. L. al. *In incremento consistit*. it. *in incremento constitit*. l. 34. *etiam*. L.

b *Aph. VII.* 11. c *Cœl. Aurel. Acut. Morb. II.* 29.

bene contritus; cum cerato miſtus; quia le-
viter cutem erodit, eoque impetum mate-
riæ, qua pulmo vexatur, evocat. Utile et-
iam aliquod malagma eſt ex his, quæ mate- 250.
riam trahunt. Neque alienum eſt, dum pre- 252.
mit morbus, clauſis feneſtris ægrum contine-
re: ubi paulum levatus eſt, ter aut quater
die, feneſtris aliquantum apertis, parvum ae-
rem recipere. Deinde in refectione pluri-
bus diebus a vino abſtinere; geſtatione, fri-
ctione uti; ſorbitionibus, & prioribus cibis
adiicere, ex oleribus porrum; ex carne un-
gulas, & ſumma trunculorum, atque piſci-
culos, ſic, ut diu nihil niſi molle & lene 212, 16.
ſumatur.

CAP. VIII.

De Hepaticis.

ALTERIUS quoque viſceris morbus, id eſt iocinoris, æque modo longus, modo acutus eſſe conſuevit. ἡπατικὸν Græci vocant. Dextra parte ſub præcordiis vehemens dolor eſt: idemque ad latus dextrum, & ad iugulum, *a* humerumque partis eiuſdem pervenit: nonnunquam manus quoque dextra torpet: horror validus eſt. Ubi male eſt, bilis evomitur: interdum ſingultus prope ſtrangulat. Et hæc quidem acuti morbi ſigna ſunt. Longioris vero, ubi ſuppuratio in iocinore eſt; dolorque modo finitur, modo intenditur; dextra parte præcordia dura ſunt, & tument; poſt cibum maior difficultas eſt: accedit maxillarum quædam reſolutio. Ubi invete-

l. 3. *qno.* l. 8. *aliquantum.* L. l. 9. *purum.* L. alii: *parum.* vid. Rhodius in Lex. *Scribon.* v. *exiguum vinum.* l. 11. *fricatione.* L. l. 14. om. *niſi.* l. 22. *De iocineris morbo & curatione.* l. 20. *iocineris. iecinoris.* l. 28. om. *ſigna.* l. 29. *iocinere*; *iecinore.* l. 33. *ſpiritus difficultos.* L.

a *Aretæus de Diuturn. Morb. I.* 13. *Cæl. Aurel. Tard. Paſſion. III.* 4.

ravit malum, venter & crura pedesque intumeſcunt; pectus atque humeri, circaque iugulum utrumque extenuatur.

Initio ſanguinem mittere optimum eſt: tum venter ſolvendus eſt; ſi non poteſt aliter, per nigrum veratrum. Imponenda extrinſecus cataplaſmata; primum quæ reprimant; deinde calida, quæ diducant; quibus recte iris vel abſinthium adiicitur: poſt
251, 5. hæc, malagma. Dandæ vero ſorbitiones ſunt, omneſque cibi & calidi, & qui non multum alant, & fere qui pulmonis quoque dolori conveniunt; præterque eos, qui urinam movent, potioneſque ad id efficaces. Utilia in hoc morbo ſunt thymum, ſatureia, hyſſopum, nepeta, amaracum, ſeſamum, lauri baccæ, pini flos, herba ſanguinalis, mentha, ex malo cotoneo medium, columbæ iecur recens & crudum. Ex quibus quædam per ſe eſſe, quædam adiicere vel ſorbitioni vel potioni licet; ſic tamen, ut parce aſſumantur. Neque alienum eſt, abſinthium contritum ex melle & pipere, eiusque catapotium quotidie devorare. Abſtinendum utique eſt ab omnibus frigidis. neque enim res ulla magis iecur lædit. Frictionibus utendum in extremis partibus. Vitandus omnis labor, omnis vehementior motus: ne ſpiritus quidem diutius continendus eſt. Ira, trepidatio, pondus, iactus, curſus, inimica ſunt. Perfuſio corporis multa prodeſt ex aqua, ſi hiems eſt, calida; ſi æſtas, tepida: item liberalis unctio, & in balneo ſudor.

Si

l. 4. *in init.* L. l. 8. *deducant.* l. 12. *alunt.* L. l. 13. *præterquam.* l. 16. *nepeta, amilum, ſiſamum.* al. *amylum.* l. 26. *fricationibus.* l. *ictus* pro *iactus.* l. 31. *in hoc inimica.* L. l. 33. *itemque.* L.

Si vero iecur vomica *b* laborat, eadem facienda ſunt, quæ in cæteris interioribus ſuppurationibus. Quidam etiam contra id ſcalpello *c* aperiunt, & ipſam vomicam adurunt. 181,5.

CAP. IX.

De Lienoſis. a

AT lienis, ubi affectus eſt, intumeſcit, ſimulque cum eo pars ſiniſtra; eaque dura eſt, & prementi renititur; venter intentus eſt: aliquis etiam cruribus tumor eſt. Ulcera aut omnino non ſaneſcunt, aut certe 62,26.
cicatricem vix recipiunt. In intenta ambulatione, curſuque, dolor, & quædam difficultas eſt.

Hoc vitium quies auget. itaque exercitatione & labore opus eſt: habita tamen ratione, ne febrem iſta, ſi nimium proceſſerint, excitent. Unctiones *b*, frictioneſque, & ſudores neceſſarii ſunt. Dulcia omnia inimica ſunt: item lac & caſeus. Acida autem maxime conveniunt. Ergo acetum acre per ſe ſorbere, & magis etiam, quod ſcilla conditum eſt, expedit. Edenda ſunt ſalſamenta, vel oleæ ex muria dura; lactucæ in aceto tinctæ; intubique † & betæ ex eodem; & ſinapi, aſparagus, armoracia, & paſtinaca: de carnibus vero ungulæ, roſtra, aves macræ, eiuſdem generis venatio. Potui vero ieiuno dari debet abſinthium aquæ incoctum: at poſt cibum aqua *c* a ferrario fabro, in qua candens ferrum ſubinde tinctum ſit. hæc enim vel præcipue lie-

l. 3. *ultra id.* L. l. 4. om. *et.* l. 7. *De lienis morbo & curatione.* l. 9. *quæ et.* L. l. 10. *venterque.* l. 14. *vel curſu.* L. l. 18. *ne febre* miſta (al. *mixta*) *ſi nimium proceſſerit, excitetur.* l. 25. *duræ.* L. l. 26. *lactucæ intinctæ in aceto, intubi quoque.* L. l. 27. *ex* pro *et.* ib. om. *aſparagus.* l. 28. *armoraciæ paſtinacæ.* L. ibid. om. *de carnibus vero.* l. 29. om. *que.* l. 30. om. *aquæ.*

b *Aret. de Morb. Diut. Cur. I.* 13. c *Aph.* VII. 45. a *Cæl. Aur. Tard. Paſſ. III.* 4. *Aret. de Morb. Diut. I.* 14. *Marcell. de Medic. c. XXIII. p.* 345. b *Nic. Myrepſ. de Ung. Sect. III. c.* 64. 65. 69. 86. 87. † *Nonn. de Re Cib. I.* 12. c *Scribon. Larg. c.* 32. *c.* 132.

lienem coercet. quod animadverſum eſt in his animalibus, quæ apud hos fabros educata exiguos lienes habent. Poſt etiam dari vinum tenue, auſterum; omniaque in cibis & potionibus, quæ urinæ movendæ ſunt: præcipueque ad id valet vel trifolii ſemen, vel cuminum, vel apium, vel ſerpyllum, vel cythiſus, vel portulaca, vel nepeta, vel thymum, vel hyſſopum, vel ſatureia. hæc enim inde commodiſſime videntur humorem deducere. Lienis quoque bubulus utiliter eſui datur: præcipueque eruca & naſturtium lienem extenuant. Imponenda quoque extrinſecus ſunt, quæ levent. fit ex
251,18. unguento & palmulis, quod μυρὀβάλανον d Græci vocant: fit ex lini & naſturtii ſemine, quo vinum & oleum adiicitur: fit ex cupreſſo viridi, & arida ficu: fit ex ſinapi, cui ſevi hircini a renibus quarta pars ponderis adiicitur, teriturque in ſale, & protinus imponitur. Multiſque modis huic rei cappari aptum eſt. Nam & ipſum cum cibo aſſumere, & muriam eius cum aceto ſorbere commodum eſt. Quin etiam extrinſecus radicem contritam, vel corticem eius cum furfuribus, aut ipſum cappari cum melle contritum im-
250. & *ſeqq.* ponere expedit. Malagmata quoque huic rei aptantur.

CAP. X.

De Renum morbis. a

AT renes ubi affecti ſunt, diu male habent. Peius eſt, ſi frequens bilioſus vomitus accedit. Oportet conquieſce-

l. 8 om. *portulaca vel nepeta.* L. l. 10. *educere.* L. l. 12. *crura.* l. 14. 15. *fit ex unguentariis glandulis, quas* μυϱοβαλάνους. L. ex Pantini coniectura. ibid. myrobola non. l. 16. *cui.* l. 17. *viride.* l. 18. *hirquini.* l. 20. *in ſole.* L. l. 30. *morbis & curationibus.* l. 33. *vero eſt.* L.

d *Scribon. Larg. XXXII. c.* 131. a *Aretæus de Diut. Morb. II.* 3. *Curat. Morb. Diut. II.* 3. *Cœlius Aurelian. Tard. Paſſ. V.* 3.

ſcere: cubare molliter: ſolvere alvum; ſi aliter non reſpondet, etiam ducere: ſæpe deſidere in aqua calida: neque cibum, neque † potionem frigidam aſſumere: abſtinere ab omnibus ſalſis, acribus, acidis, pomis: bibere liberaliter: adiicere modo cibo, modo potioni piper, porrum, ferulam, album papaver. quæ maxime inde urinam movere conſuerunt.

Auxilio quoque his exulceratis ſunt, ſi adhuc ulcera purganda ſunt, cucumeris ſemina detractis corticibus ſexaginta, nuclei ex pinu ſilveſtri duodecim, aniſi quod tribus digitis ſumi poſſit, croci paulum, contrita & in duas mulſi potiones diviſa.

Si vero dolor tantum levandus eſt, eiuſdem cucumeris ſemina triginta, iidem nuclei viginti, nuces græcæ quinque, croci paululum, contrita & cum lacte potui data. At ſuper quoque recte quædam malagmata iniiciuntur; maximeque ea, quæ humori ex- 250.
trahendo ſunt.

CAP. XI.

De Inteſtinorum morbis: & primo de Cholera.

A VISCERIBUS ad inteſtina veniendum eſt; quæ ſunt & acutis & longis morbis obnoxia. Primoque facienda mentio eſt choleræ; quia commune id ſtomachi atque inteſtinorum vitium videri poteſt. Nam ſimul & deiectio *a* & vomitus eſt: præterque hæc inflatio eſt, inteſtina torquentur, bilis ſupra infraque erumpit, pri-

l. 5. *acidis pomis.* al. *potius.* l. 10. *exulceratæ.* l. 11. *ad hæc.* l. 13. *quindecim.* L. l. 20. *Ac inſuper.* L. l. 29. *Primo æque.*

† *Plin. de R. M. lib. V. cap.* 32. a *Aretæus de Morb. Acut. II.* 5. *Cæl. Aurelian. Acut. Morb. III.* 19.

primum aquæ ſimilis, deinde ut in ea recens caro lota eſſe videatur, interdum alba, nonnunquam nigra, vel varia. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt. Præter ea vero, quæ ſupra comprehenſa ſunt, ſæpe etiam crura manuſque contrahuntur, urget ſitis, anima deficit. quibus concurrentibus, non mirum eſt, ſi ſubito quis moritur. Neque tamen ulli morbo minori momento ſuccurritur.

Protinus ergo, ubi iſta cœperunt, aquæ tepidæ *a* quam plurimum bibere oportet, & vomere. Vix unquam ea ſine vomitu ſumitur: ſed etiamſi non incidit, miſcuiſſe ta-
128,24. men novam materiam corruptæ prodeſt; parſque ſanitatis eſt, vomitum eſſe ſuppreſſum. Si id incidit, protinus ab omni potione abſtinendum eſt. Si vero tormina ſunt, oportet frigidis & humidis fomentis ſtomachum fovere: vel, ſi venter dolet, iiſdem egelidis, ſic ut venter ipſe mediocriter calentibus iuvetur. Quod ſi vehementer & vomitus, & deiectio, & ſitis vexant, & adhuc ſubcruda ſunt, quæ vomuntur, nondum vino maturum tempus eſt: aqua, neque ea ipſa frigida, ſed potius egelida danda eſt, admovendumque naribus eſt pulegium ex aceto, vel polenta vino aſperſa, vel mentha ſecundum naturam eſt.

At cum diſcuſſa cruditas eſt, tum magis verendum eſt, ne anima deficiat. Ergo tum confugiendum eſt ad *c* vinum. Id eſſe oportet tenue, odoratum, & cum aqua frigida mixtum, vel polenta adiecta, vel infracto pane;

l. 4. *morbi.* l. 13. om. *ea.* ibid. *ſequitur.* l. 14. *tamen corruptæ miſcuiſſe novam materiam.* l. 29. *vel quod ſec.* L. alii: *ſi nondum matura eſt.* l. 33. om. *et.* l. 34. *adiecta, vel melle quoque aſſumere.*

b *Trallian. VII.* 14. c *Aretæus Acut. Morb. Curat. II.* 4.

pane; quem ipſum quoque aſſumere expedit: quotiesque aliquid aut ſtomachus, aut venter effudit, toties per hæc vires reſtituere. Eraſiſtratus primo tribus vini guttis, aut quinis aſpergendam potionem eſſe dixit; deinde paulatim merum adiiciendum. Is, ſi & ab initio vinum dedit, & metum cruditatis ſecutus eſt, non ſine cauſa fecit: ſi vehementem infirmitatem adiuvari poſſe tribus guttis putavit, erravit.

At ſi inanis eſt homo, & crura eius contrahuntur, interponenda potio abſinthii eſt. Si extremæ partes corporis frigent, ungendæ ſunt calido oleo, cui ceræ paulum ſit adiectum; calidisque fomentis nutriendæ. Si ne ſub his quidem quies facta eſt, extrinſecus contra ventriculum ipſum cucurbitula admovenda eſt, aut ſinapi ſuperimponendum. Ubi is conſtitit, dormire oportet: poſtero die utique a potione abſtinere: die tertio in balneum ire: paulatim ſe cibo reficere; ſomnoque, quiſquis facile adquieſcit; vitetque laſſitudinem, & frigora. Si poſt ſuppreſſam choleram febricula manet, alvum duci neceſſarium eſt: tum cibis vinoque utendum eſt. Sed hic quidem morbus & *d* acutus eſt, & inter inteſtina ſtomachumque verſatur ſic, ut, cuius potiſſimum partis ſit, non facile dici poſſit.

CAP.

l. 7. om. *et.* L. l. 8. *metus.* L. l. 23. om. *que*
l. 24. *itemque laſſitudine & frigore.* al. *vitataque*
l. e. f.

d *Hippocrat. VII. Epidem. XL.* 20. *Trallian. VII.* 14.

CAP. XII.

De Cœliaco ventriculi morbo.

IN ipſius vero ventriculi porta conſiſtit is, qui & longus eſſe conſuevit, & κοιλιακὸς a Græcis nominatur. Sub hoc venter induреſcit, dolorque eius eſt: alvus nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem † tranſmittit: extremæ partes frigeſcunt: difficulter ſpiritus redditur.

Commodiſſimum eſt inter initia calida cataplaſmata toti ventri imponere, ut dolorem leniant. Poſt cibum vomere, atque ita ventrem exinanire. Proximis deinde diebus cucurbitulas ſine ferro ventri & coxis admovere. Ventrem ipſum liquare dato lacte, & vino ſalſo, frigido; ſi tempus anni patitur, etiam viridibus ficis; ſic tamen, ne quis aut cibus, aut humor univerſus detur, ſed paulatim. Ergo per intervalla temporis ſat eſt cyathos binos ternoſve ſumere, & cibum pro portione huius: commodeque facit cyatho lactis cyathus aquæ miſtus, & ſic datus. Cibique inflantes & acres utiliores ſunt: adeo ut lacti quoque recte contritum allium adiiciatur.

Procedente vero tempore, opus eſt geſtari; maximeque navigare; perfricari ter aut quater die ſic, ut nitrum oleo miſceatur; perfundi aqua calida poſt cibum; deinde ſinapi imponere per omnia membra, excepto capite, donec arrodantur & rubeant; maximeque ſi corpus durum & virile eſt. paulatim deinde faciendus eſt tranſitus ad ea,

l. 4. om. *et.* l. 20. *aſſumere.* l. 34. *calentes.* L. l. 29. *adiiciatur.* L. l. 3. *arrodatur. rubeat.*

† *Plane contrarium dicit Marcellus c. XXVII. p.* 363.

ea, quæ ventrem comprimunt. Aſſa caro danda, valens, & quæ non facile corrumpatur: potui vero, pluvialis aqua decocta; ſed quæ per binos ternoſve cyathos bibatur.

Si vetus vitium eſt, oportet laſer quam optimum ad piperis magnitudinem devorare: altero quoque die vinum vel aquam bibere; interdum interpoſito cibo, ſingulos vini cyathos ſorbere: ex inferiori parte infundere aquam pluvialem egelidam; maximeque, ſi dolor in imis partibus remanet.

CAP. XIII.

De Tenuioris inteſtini morbo.

INTER ipſa vero inteſtina conſiſtunt duo morbi: quorum alter in tenuiore, alter in pleniore eſt. Prior acutus eſt: inſequens eſſe longus poteſt. Diocles Caryſtius tenuioris inteſtini morbum *a* χόρδαψον, plenioris εἰλεὸν nominavit. A pleriſque video nunc illum priorem εἰλεὸν, hunc κολικὸν nominari. Sed prior modo ſupra umbilicum, modo ſub umbilico dolorem movet. Fit in alterutro loco inflammatio: nec alvus, nec ſpiritus *b* infra tranſmittitur. Si ſuperior pars affecta eſt, cibus: ſi inferior, ſtercus per os redditur. Si utrumlibet vetus eſt, adiicitur periculo vomitus *c* bilioſus, mali odoris, aut 74,20.
varius, aut niger.

Remedium eſt, ſanguinem mittere; vel cucurbitulas pluribus locis admovere, non ubique cute inciſa: id enim duobus aut tribus locis ſatis eſt: ex cæteris ſpiritum evoca-

l. 3. *in potum.* L. ibid. *pluviatilis.* L. l. 11. *pluviatilem.* l. 15. *Intra.* L. l. 16. *unus* pro *alter.* L. l. 22. κόρδεον. *chordion.* l. 27. *ſi utralibet, metus eſt.* L. l. 29. *ſi vomitus.* L. l. 30. *niger eſt.* L.

a *Cœl. Aurel. Acutor. Morb. III.* 17. b *Aretæus de Morb. Acut. II.* 6. c *Aphor.* VII. 10.

evocare abunde eſt. Tum animadvertere oportet, quo loco malum ſit. ſolet enim contra id tumere. Et ſi ſupra umbilicum eſt, alvi ductio utilis non eſt. Si infra eſt, alvum ducere, ut Eraſiſtrato *d* placuit, optimum eſt; & ſæpe id auxilii ſatis eſt. Ducitur autem percolato ptiſanæ cremore, cum oleo & melle ſic, ut præterea nihil adiiciatur. Si nihil tumet, duas manus imponere oportet ſupra ſummum ventrem, paulatimque deducere. invenietur enim mali locus; qui neceſſe eſt renitatur; & ex eo demum deliberari poterit, ducenda, nec ne alvus ſit.

Illa communia ſunt: calida cataplaſmata admovere, eaque imponere a mammis uſque ad inguina, & ſpinam; ac ſæpe mutare: brachia, cruraque perfricare: demittere totum hominem in calidum oleum. Si dolor non quieſcit, etiam in alvum ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare. Ubi per hæc conſecuti ſumus, ut iam ex inferiore parte ſpiritus tranſmittatur, offerre potui mulſum tepidum non multum. (nam ante magna cura vitandum eſt, ne quid bibat.) ſi id commode ceſſit, adiicere ſorbitionem.

Ubi dolor & febricula quierunt, tum demum uti cibo pleniore; ſed neque inflante, neque duro, neque valido, ne inteſtina adhuc imbecilla lædantur. potui vero nihil præterquam puram aquam. Nam ſive quid vinolentum ſive acidum eſt, id huic morbo alienum eſt.

Ac

l. *interdum*. L. l. 6. 7. *auxilii in his partibus magnum remedium eſt*. L. l. 13. *ex eodem*. l. 20. *calido oleo*. l. 23. om. *iam*. L. l. 31. om. *neque duro*.

d *Cœl. Aurel. Acut. Morb. III.* 17. *pag.* 219. 220.

Ac poſtea quoque vitare oportet balneum, ambulationem, geſtationem, cæterosque corporis motus. Nam facile id malum redire conſuevit; & ſive cum frigus ſubit, ſive aliqua iactatio, niſi bene iam confirmatis inteſtinis, revertitur.

CAP. XIV.

De Morbo inteſtini plenioris. a

IS autem morbus, qui in inteſtino pleniore eſt, in ea maxime parte eſt, quam cæcam eſſe propoſui. Vehemens fit inflatio, vehementes dolores, dextra magis parte: inteſtinum, quod verti videtur, prope ſpiritum elidit. In pleriſque poſt frigora cruditatesque oritur, deinde quieſcit; & per ætatem ſæpe repetens ſic cruciat, ut vitæ ſpatio nihil demat.

Ubi is dolor coepit, admovere ſicca & calida fomenta oportet; ſed primo lenia, deinde validiora; ſimulque frictione ad extremas partes, id eſt, crura brachiaque materiam revocare. Si diſcuſſum non eſt, qua dolet, cucurbitulas ſine ferro defigere. Eſt etiam medicamentum eius rei cauſa comparatum, quod κολικὸν nominatur. Id ſe reperiſſe Caſſius gloriabatur. magis prodeſt potui datum. ſed impoſitum quoque extrinſecus, digerendo ſpiritum, dolorem levat.

Niſi finito vero tormento, recte neque cibus neque potio aſſumitur. Quo victu ſit utendum iis, qui hoc genere tentantur, iam mihi dictum eſt. Confectio medicamenti, quod

l. 4. om. *ſive.* L. l. 11. *qua.* L. l. 12. *cæcum.* L. al. *certam.* ibid. om. *fit.* l. 14. *inteſtinum verti.* L. ib. *prope.* L. l. 20. *lenta.* l. 21. *fricatione.* L. l. 23. *evocare.* l. 23. *diſcuſſus.* L. l. 33. om. *iis.*

a *Trallian.* X. 1. *Aretæus de Morb. Diuturn.* II. 8. *Cæl. Aurelian. Tard. Paſſ.* IV. 7.

281,7. quod κολικὸν nominatur, ex his *b* conſtat. Coſti, aniſi, caſtorei, ſingulorum P. * III. petroſelini P. * IV. piperis longi, & rotundi, ſingulorum P. * V. papaveris lacrymæ, iunci rotundi, myrrhæ, nardi, ſingulorum P. * VI. quæ melle excipiuntur. Id autem & devorari poteſt, & ex aqua calida ſumi.

CAP. XV.

De Torminibus.

69,3. PROXIMA his inter inteſtinorum mala tormina eſſe conſueverunt. δυσεντερία Græce vocatur. Intus inteſtina *a* exulcerantur: ex his cruor manat; iſque modo cum ſtercore aliquo ſemper liquido, modo cum quibuſdam quaſi mucoſis excernitur; interdum ſimul quædam † carnoſa deſcendunt. Frequens deiiciendi cupiditas, dolorque in ano eſt. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur: atque eo quoque tormentum intenditur; idque poſt tempus aliquod levatur, exiguaque requies eſt, ſomnus interpellatur, febricula oritur, longoque tempore id malum, cum inveteraverit, aut tollit hominem, aut, etiamſi finitur, excruciat.

Oportet inprimis conquieſcere; ſiquidem omnis agitatio exulcerat: deinde ieiunum ſorbere vini cyathum, cui contrita radix quinquefolii ſit adiecta: imponere cataplaſmata ſuper ventrem, quæ reprimunt; quod in ſuperioribus ventris morbis non expedit: quotieſque deſidit, ſubluere aqua calida, in qua decoctæ verbenæ ſint:

l. 2. *aneſi.* ibid. *P.* VIII. al. *P.* XIII. l. 3. *P. denariorum* III. l. 4. *P.* XII. al. om. ponderis modum. l. 4. om. *papaveris lacrymæ, iunci rotundi.* l. 9. *De torminibus i. e. dyſenteria,* al. δυσεντερία. al. *De torminibus inteſtinorum.* l. 11. *dyſenterion.* l. 28. *ieiunium.* l. 33. *deſedit.* L.

a *Scrib. Larg. c. XXIX. Com.* 120. *Nicol. Myrepſ. ſect.* XXXI. *de Catapl. c.* 5. a *Tral.* VIII. 9. *Aret. de Morb. Diut. II.* 9. *Hippocr. de Affection. XXIV.* † *Aph.* IV. 26.

ſint: portulacam vel coctam, vel ex dura muria ediſſe; cibos potionesque eas, quæ adſtringunt alvum.

Si vetuſtior morbus eſt, ex inferioribus partibus tepidum infundere vel ptiſanæ cremorem, vel lac, vel adipem liquatam, vel medullam cervinam, vel oleum, vel cum roſa butyrum, vel cum eadem album crudum ex ovis, vel aquam, in qua lini ſemen decoctum ſit; vel, ſi ſomnus non accedit, vitellos cum aqua, in qua roſæ floris folia cocta ſint. Levant enim dolorem hæc, & mitiora ulcera efficiunt; maximeque utilia ſunt, ſi cibi quoque ſecutum faſtidium eſt. Themiſon *b* muria dura quam aſperrima ſic utendum memoriæ prodidit.

Cibi vero eſſe debent, qui leniter ventrem adſtringant. Et ea, quæ urinam moveant, ſi id conſecuta ſunt, in aliam partem humorem avertendo, proſunt: ſi non ſunt conſecuta, noxam augent. itaque niſi in quibus prompte id facere conſuerunt, non ſunt adhibenda. Potui, ſi febricula eſt, aqua pura calida, vel ea, quæ ipſa quoque adſtringat, dari debet: ſi non eſt, vinum lene, auſterum. Si pluribus diebus nihil remedia alia iuverunt, vetusque iam vitium eſt, aquæ bene frigidæ potio aſſumpta ul- 293,20. cera adſtringit, & initium ſecundæ valetudinis facit. Sed ubi venter ſuppreſſus eſt, protinus ad calidam potionem revertendum eſt.

Solet autem interdum etiam putris ſanies, peſſimique odoris deſcendere: ſolet inter-

l. 18. *deſtringant. diſtringant.* L. l. ead. *At.* L. l. 19. *ea* pro *id.* l. 26. *leue.* L. l. 28. *illa* pro *alia.* L. l. 34. *ſolet et.* L.

b *Cœl. Aur. Tard. Paſſ. IV.* 6. *Gal. Meth. Med. XII. c.* 1. *Joan. Bapt. Sylvat. Med. Hiſt.* 62.

interdum purus ſanguis profluere. Si ſuperius vitium eſt, alvus aqua mulſa duci debet; tum deinde eadem infundi, quæ ſupra comprehenſa ſunt. Valenſque eſt etiam adverſus ulcera inteſtinorum, minii gleba cum ſalis hemina contrita: ſi minus, miſta his aqua in alvum datur. At, ſi ſanguis profluit, cibi potioneſque eſſe debent, quæ adſtringant.

C A P. X V I.

De Lævitate inteſtinorum. a

64,10. EX torminibus *b* interdum inteſtinorum lævitas oritur; qua continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt. Id interdum ægros trahit, interdum præcipitat.

In hoc utique adhibere oportet comprimentia; quo facilius tenendi aliquid inteſtinis vis ſit. Ergo & ſuper pectus ponatur ſinapi; exulcerataque cute, malagma, *c* quod humorem evocet: & ex verbenis decocta in aqua deſideat; & cibos potioneſque aſſumat, quæ alvum adſtringunt, & frigidis utatur perfuſionibus.

Oportet tamen proſpicere, ne, ſimul his omnibus admotis, vitium contrarium per immodicas inflationes oriatur. Paulatim ergo firmari inteſtina debebunt, aliquibus quotidie adiectis. Et cum in omni fluore ventris, tum in hoc præcipue neceſſarium eſt, non quoties libet deſidere, ſed quoties neceſſe eſt, ut hæc ipſa mora in conſuetudinem ferendi oneris inteſtina deducat.

Alte-

l. 1. om. *interdum.* l. 2. *delui.* L. l. 3. *tunc.* l. 3. *etiam* pro *eadem.* l. 5. *cancerem.* L. l. 6. *ſin.* L. l. 7. *Ac.* l. 14. *quæ.* l. 15. *inconfectum.* L. l. 20. *ponetur.* l. 22. *decoctis aqua deſidat.* l. 24. *utetur.*

a *Hippocr. de Affection. T. XXV. Aretæus de Morb. Diuturn. II.* 10. b *Aphor.* VII. 76. c *Nicol. Myrepſ. Sect.* XXXIV. *c.* 9.

Alterum quoque, quod æque ad omnes ſimiles affectus pertinet, in hoc maxime ſervandum eſt; ut, cum pleraque utilia inſuavia ſint, qualis eſt plantago, & rubi, & quicquid malicorio mixtum eſt, ea potiſſimum ex his dentur, quæ maxime æger volet. Deinde, ſi omnia iſta faſtidiet, ad excitandam cibi cupiditatem, interponatur aliquid minus utile, ſed magis gratum. Exercitationes & frictiones huic quoque morbo neceſſariæ ſunt: & cum his ſol, ignis, balneum, vomitus *d*, ut Hippocrati viſum eſt; etiam albo veratro *e*, ſi cætera parum proficient, evocatus.

CAP. XVII.

De Lumbricis alvum occupantibus.

NONNUNQUAM autem lumbrici quoque occupant alvum; hique modo ex inferioribus partibus; modo fœdius ore *a* redduntur. Atque interdum latos eos, qui peiores ſunt; interdum teretes videmus.

Si lati ſunt, aqua potui dari debet, in qua lupinum, aut cortex mori decoctus ſit; aut cui adiectum ſit contritum vel hyſſopum, vel piperis acetabulum, ſcammoneæ paulum. Vel etiam pridie, cum multum allium ederit, vomat. Poſteroque die mali punici tenues radiculas colligat, quantum manu comprehendet; eaſque contuſas in aquæ tribus ſextariis decoquat, donec tertia pars ſuperſit; huic adiiciat nitri paulum, & ieiunus bibat. Interpoſitis deinde tribus

 horis,

l. 6. *in his.* l. 10. *fricationes.* L. l. 20. *quod foedius,* l. 29. *ediderit.* l. 33. *huc.*

d *Aphor.* IV. 12. e *De Victu Acutor. LVI. 6. Quatenus ſc. fluxio ex capite, de Affect. XXV. 6.* a *Seren. Sam. XXX. 5. Cæl. Aurelian. Tard. Paſſ. IV. 8.*

103,31. horis, duas potiones sumat aut aquæ, vel muriæ duræ sic adiectæ; tum desideat, subiecta calida aqua in pelve.

Si vero teretes sunt, qui pueros maxime exercent, & eadem dari possunt, & quædam leviora; ut contritum semen urticæ, aut brassicæ, aut cumini cum aqua, vel mentha *b* cum eadem, vel absinthium decoctum, vel hyssopum ex aqua mulsa, vel nasturtii semen cum aceto contritum. Edisse etiam & lupinum, & allium prodest; vel in alvum oleum subter dedisse.

CAP. XVIII.

De Tenesmo intestinorum morbo.

EST autem aliud levius omnibus proximis, de quibus supra dictum est, quod τεινεσμὸν Græci vocant. Id neque acutis neque longis morbis annumerari debet, cum & facile *a* tollatur, neque unquam per se iugulet. In hoc æque atque in torminibus frequens desidendi † cupiditas est; æque dolor, ubi aliquid excernitur. Descendunt autem pituitæ *b* mucisque similia; interdum etiam leviter subcruenta; sed his interponuntur nonnunquam ex cibo quoque recte cocta.

Desidere oportet in ‡ aqua calida; sæpiusque ipsum anum nutrire. cui plura medicamenta idonea sunt: butyrum *c* cum rosa; acacia ex aceto liquata; emplastrum id, quod τετραφάρμακον Græci vocant, rosa liquatum; alumen lana circumdatum, & ita

262,11. appositum. eademque ex inferiore parte in-

l. 1. *talis aquæ*. L. l. 2. *huic adiectæ*. L. l. 2. *desidat*. l. 8. om. *cum eadem*. l. 12. *malvæ* pro *in alvum*. l. 14. om. *Intestinorum morbo*. L. l. 19. om. *et* L. l. 23. *nucisque*. l. 24. *leniter*. l. 26. *cocta*. L. al. *concocta*. l. 28. *manu*. l. 28. *cui rei*. L. l. 32. *lanæ*. L.

b Seren. Sammon XXX. 11. *a Plin. H. N.* XXVIII. 14. † *Marcell. de Med. c.* XXVIII. *p.* 372. *b Hippocr. de Affection. T.* XXVIII. ‡ *Hipp. de Fistul.* *c Al. Trall.* VIII. 6.

indita, quæ torminum auxilia ſunt: eædem verbenæ decoctæ, ut inferiores partes foveantur. Alternis vero diebus aqua, alternis leve & auſterum *d* vinum bibendum eſt. Potio eſſe debet egelida & frigidæ propior: ratio victus talis, qualem ad tormina ſupra præcepimus.

CAP. XIX.

De ventris fluxu.

LEVIOR etiam, dum recens, deiectio eſt, ubi & liquida alvus, & ſæpius quam ex conſuetudine fertur, atque interdum tolerabilis dolor eſt, interdum graviſſimus; idque peius eſt. Sed uno die fluere alvum ſæpe pro valetudine eſt: atque etiam pluribus, dum febris abſit, & intra ſeptimum diem id conquieſcat. Purgatur enim corpus, &, quod intus læſurum erat, utiliter effunditur. Verum ſpatium periculoſum eſt. interdum enim tormina ac febriculas excitat, vireſque conſumit.

Primo die quieſcere ſatis eſt; neque impetum ventris prohibere. Si per ſe deſiit, balneo uti, paulum cibi capere: ſi manſit, abſtinere non ſolum a cibo, ſed etiam a potione. Poſtero die, ſi nihilominus liquida alvus eſt, æque conquieſcere; paulum adſtringentis cibi ſumere. Tertio die in balneum ire; vehementer omnia præter ventrem perfricare; ad ignem lumbos, ſcapulaſque admovere; cibis uti, ſed ventrem contrahentibus; vino non multum meraco. Si poſtero quoque fluet, plus ediſſe, ſed

l. 1. *eadem.* l. 5. *frigida.* ibid. *proprior.* l. 6. *in* pro *ad.* l. 10. *et curatione.* l. 12. om. *eſt.* L. l. 13. *in qua.* L. l. 28. *paululum.* L. l. 33. *non multo, meraco.* L.

d *Cœlius Aurelian. Tard. Paſſ. IV. 6.*

vomere etiam. Ex toto, donec conquieſcat, contra ſiti, fame, vomitu niti. Vix enim fieri poteſt, ut, poſt hanc animadverſionem, alvus non contrahatur.

Alia via eſt, ubi velis ſupprimere, cœnare, deinde vomere: poſtero die lecto conquieſcere, veſperi ungi, ſed leniter: dein-
232,5. de panis circa ſelibram ex vino *a* aminæo mero ſumere; tum aſſum aliquid, maximeque avem; & poſtea vinum idem bibere aqua pluviali mixtum, idque uſque ad quintum diem facere, iterumque vomere. Frigidam autem aſſidue potionem eſſe debere, contra priores auctores Aſclepiades affirmavit, & quidem quam frigidiſſimam. Ego experimentis quemque in ſe credere debere exiſtimo, calida potius, an frigida utatur.

Interdum autem evenit, ut id pluribus diebus neglectum, curari difficilius poſſit. A vomitu oportet incipere: deinde poſtero die veſperi tepido loco ungi; cibum modicum aſſumere, vinum meracum quam aſperrimum; impoſitam ſuper ventrem habere cum cerato rutam. In hoc autem affectu corporis neque ambulatione, neque frictione opus eſt: vehiculo ſediſſe, vel magis etiam equo, prodeſt. neque enim ulla res magis inteſtina confirmat.

Si vero etiam medicamentis utendum eſt, aptiſſimum eſt id, quod ex pomis fit. Vindemiæ tempore in grande vas coniicienda ſunt pira atque mala ſilveſtria. ſi ea non ſunt,

l. 2. *ſitim*. ibid. *uti* l. 7. *veſpere*. ib. *leviter*. L. l. 11. *pluviatili*. L. ib. om. *ad*. L. l. 19. *id malum*. L. l. 22. *oleo*. l. 27. *frictione*. L. l. 31. om. *id*. L.

a Virgil. Georg. II. 97. Auſon. Epiſt. V. verſ. 13.

ſunt, pira *b* Tarentina viridia, vel Signina, mala *c* Scandiana, vel † Amerina, *d* myrrhapia: hisque adiicienda ſunt cotonea, & cum ipſis corticibus ſuis punica, ſorba, &, quibus magis utimur, etiam torminalia, ſic ut hæc tertiam ollæ partem teneant, tum deinde ea muſto implenda eſt; coquendumque id, donec omnia, quæ indita ſunt, liquata, in unitatem quandam coeant. Id guſtui non inſuave eſt: &, quandocunque opus eſt, aſſumptum leniter, ſine ulla ſtomachi noxa, ventrem tenet. duo aut tria cochlearia uno die ſumpſiſſe, ſatis eſt. Alterum valentius genus: myrti baccas legere, ex his vinum exprimere, id decoquere, ut decima pars remaneat, eiusque cyathum ſorbere. Tertium, quod quandoque fieri poteſt, malum punicum excavare, exemptisque omnibus ſeminibus, membranas, quæ inter ea fuerunt, iterum coniicere: tum infundere cruda ova, rudiculaque miſcere: deinde malum ipſum ſuper prunam imponere; quod, dum humor intus eſt, non aduritur: ubi ſiccum eſſe cœpit, removere oportet, extractumque cochleari, quod intus eſt, ediſſe. Hoc, aliquibus adiectis, maius momentum habet. Itaque etiam in piperatum coniicitur, miſceturque cum ſale & pipere, eſturque ex his. Edenda eſt pulticula etiam, cum qua paulum ex favo vetere coctum ſit. Et lenticula cum malicorio cocta, rubique cacumina in aqua decocta, & ex oleo atque aceto aſſumpta, efficacia ſunt. Atque ea aqua, in

l. 11. *leviter.* l. 14. *iis.* l. 17. *quandocunque.* L. l. 21. *tudicula.* ib. *dein.* l. 25. om. *hoc.* l. 27. om. *in.* l. 28. 29. *eſt quid ex his edendum eſt.* l. 31. *malocorio.* l. 34. *ut & ea.* L.

b *Plin. H. N. XV.* 15. c *Scribon. Larg. Comp.* 104. *Plin H. N. XV.* 15. † *Gataker. Adverſar. Miſcellan. cap.* 5. *pag.* 35. *J Rhodius ad Scribon Larg. Comp.* 64. d Myrapia *Plin. H. N. XV.* 15.

qua vel palmulæ, vel malum cotoneum, vel arida ſorba, vel rubi decocti ſunt, potata. quod genus ſignifico, quoties potionem dandam eſſe dico, quæ adſtringat. Tritici quo-
230,8. que hemina in vino aminæo auſtero decoquitur; idque triticum ieiuno ac ſitienti datur; ſuperque id vinum id ſorbetur. quod iure valentiſſimis medicamentis annumerari poteſt. Atque etiam potui datur vinum Signinum, vel reſinatum auſterum, vel quodlibet auſterum. Contunditurque cum corticibus, ſeminibusque ſuis punicum malum, vinoque tali miſcetur: idque vel merum ſorbet aliquis, vel bibit mixtum. Sed medi-
84,9. camentis uti, niſi in vehementibus malis, ſupervacuum eſt.

CAP. XX.

De Vulvæ morbo.

EX vulva quoque fœminis vehemens malum naſcitur: proximeque ab ſtomacho, vel afficitur hæc, vel corpus afficit. Interdum etiam ſic exanimat, ut tanquam comitiali *a* morbo proſternat. Diſtat tamen hic caſus, eo quod neque oculi vertuntur, nec ſpumæ profluunt, nec nervi diſtenduntur: ſopor tantum eſt. Idque quibuſdam fœminis crebro revertens perpetuum eſt.

Ubi incidit, ſi ſatis virium eſt, *b* ſanguis miſſus adiuvat: ſi parum eſt, cucurbitulæ tamen defigendæ ſunt in inguinibus. Si diutius aut iacet aut alioqui iacere conſuevit,

l. 19. om. *& curationibus.* l. 28. *Id vitium.* L. l. 30. *evadit.* L.

a *Aretæus de Morb. Acut. II.* 11. b *Idem de Curat. Acut. II.* 10.

ſuevit, admovere oportet naribus extinctum ex lucerna linamentum, vel aliud ex his, quæ fœdioris eſſe *c* odoris retuli, quod mulierem excitet. Idemque aquæ frigidæ perfuſio efficit. Adiuvatque ruta contrita cum melle, vel ex cyprino ceratum, vel quodlibet calidum & humidum cataplaſma, naturalibus pube tenus impoſitum. Inter hæc etiam perfricare coxas, & poplites oportet.

Deinde, ubi ad ſe rediit, circumcidendum vinum eſt in totum annum †, etiamſi caſus idem non revertitur. Frictione quotidie utendum totius quidem corporis, præcipue vero ventris, & poplitum. Cibus ex media materia dandus. Sinapi ſuper imum ventrem tertio quoque aut quarto die imponendum, donec corpus rubeat.

Si durities manet, mollire commode videtur ſolanum in lac demiſſum, deinde contritum, & cera alba atque medulla cervina cum irino; aut ſevum taurinum vel caprinum cum roſa miſtum. Dandum potui etiam vel caſtoreum eſt, vel git, vel anethum. Si parum pura eſt, purgetur iunco quadrato. Si vero vulva exulcerata eſt, ceratum ex roſa fiat: etiam recens ſuilla adeps, & ex ovis album miſceatur, idque apponatur; vel album ex ovo cum roſa miſtum, adiecto, quo facilius conſiſtat, contritæ roſæ pulvere. Dolens vero ea ſulphure ſuffumigari debet.

At, ſi purgatio nimia mulieri nocet, remedio ſunt cucurbitulæ, cute inciſa, inguini-

l. 11. *redit.* l. 13. *fricatione.* L. l. 25. *purgatur.* l. 27. *fiet, et.* l. 11. *vulva* pro *ea.* L.

c *Hippocr. II. de Morb. Mulier. LX.* 10. 11. *Aretæus de Curat. Acut. II.* 10. † *Delet Rittershuſius ad Phædrum Lib. IV. fab.* 20.

83,23. bus *d* vel etiam ſub mammis admotæ. Si maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt * coercentia. Id faciunt etiam albæ † olivæ, & nigrum papaver cum melle aſſumptum, & gummi cum trito ſemine apii liquatum, & cum cyatho paſſi datum.

Præter hæc, in omnibus veſicæ doloribus idoneæ potiones ſunt, quæ ex odoribus fiunt, id eſt ſpica nardi, croco, cinnamomo, caſia, ſimilibusque. Idemque etiam decocta lentiſcus præſtat. Si tamen intolerabilis dolor eſt, & ſanguis profluit, etiam ſanguinis detractio apta eſt; aut certe coxis admotæ cucurbitulæ cute inciſa.

2. *De Urinæ nimia profuſione. e*

At cum urina ſuper potionum modum etiam ſine dolore profluens maciem & periculum facit, ſi tenuis eſt, opus eſt exercitatione & frictione, maximeque in ſole, vel ad ignem. Balneum rarum eſſe debet, neque longa in eo mora; cibus comprimens: vinum *f* auſterum meracum; per æſtatem, frigidum; per hiemem, egelidum; ſed tantum, quantum minimum ſit. Infima alvus quoque vel ducenda vel lacte purganda eſt. Si craſſa urina eſt, vehementior eſſe debet & exercitatio, & frictio: longior in balneo mora: cibis opus eſt teneris: vinum idem. In utroque morbo vitanda omnia ſunt, quæ urinam movere conſuerunt.

CAP.

l. 2. *coeuntia.* l. 3. *albæ violæ.* L. l. 7. *vulvæ dol.* L. l. 9. *cinnamo.* l. 15. om. inſcriptio. l. 17. *mingitur*, *&* *iam.* L. l. 19. *fricatione.* L. l. 25. *infinita.* l. 27. *fricatio.*

d *Aphor. V.* 50. † *Mercurialis Var. Lect. Lib. I. c.* 3. *videtur* olivas *legiſſe*, *quo loco multa de olivis albis.* e *Aretæus de Morbis Diuturn. II.* 2. *Æginet II.* 4. *& III.* 45. *Trall. IX.* 8. f *Aretæus de Curat. Diut. II.* 2.

CAP. XXI.

De Seminis nimia ex naturalibus profuſione. a.

EST etiam circa naturalia vitium, nimia profuſio ſeminis, quod ſine venere, ſine nocturnis *b* imaginibus ſic fertur, ut, interpoſito ſpatio, tabe hominem conſumat.

In hoc affectu ſalutares ſunt vehementes frictiones, perfuſiones, natationeſque quam frigidiſſimæ: neque cibi, nec potio, niſi frigida aſſumta. Oportet autem vitare cruditates, omnia inflantia: nihil ex his aſſumere, quæ contrahere ſemen videntur; qualia ſunt, ſiligo, ſimila, ova, alica, amylum, omnis caro glutinoſa, piper, eruca, bulbi, nuclei pinei. Neque alienum eſt, fovere inferiores partes aqua, decocta ex verbenis comprimentibus, ex iiſdem aliqua cataplaſmata imo ventri inguinibuſque circumdare; præcipueque ex aceto rutam, vitare etiam oportet, ne ſupinus obdormiat.

CAP. XXII.

De Coxarum morbis. a

SUPEREST, ut ad extremas partes corporis veniam, quæ articulis inter ſe conſeruntur. Initium a coxis faciam. Harum ingens dolor eſſe conſuevit: iſque hominem ſæpe debilitat, & quoſdam non dimittit. 75, 22.
Eoque id genus difficillime curatur, quod fere poſt longos *b* morbos vis peſtifera

l. 10. *fricationes.* L. l. 14. *& omnia.* L. ibid. *nihilque.* L. l. 22. om. *rutam.* L. l. 23. *autem oportet rutam. & dormiat.* L. l. 27. *& curationibus.* l. 34. *vi.* L.

a *Aret. de Morb. Diut. II.* 5. *& de Cur. Diut. II.* 5. *Tral. XI.* 9. b *Cœl. Aurel. Tard. Paſſ. V.* 5. a *Equitatio Plin.* XXVIII. *cap.* 4. *in fine. II. Præd. XLV. Aret. de Diut. II.* 12. b *Aret. de Curat. Diut. II.* 12.

fera huc se inclinat: quæ ut illas partes liberat, sic hanc ipsam quoque affectam prehendit.

Fovendum primum aqua calida est: deinde utendum calidis cataplasmatis. Maxime prodesse videtur, aut cum hordeacea farina, aut cum ficu ex aqua decocta mixtus capparis cortex concisus; vel lolii farina ex vino diluto cocta, & mista cum arida fece. quæ quia refrigescunt, imponere noctu malagmata *c* commodius est. Inulæ quoque radix contusa, & postea ex vino austero cocta, & late super coxam imposita, inter valentissima auxilia est. Si ista non solverunt, sale calido & humido utendum est.

Si ne sic quidem finitus dolor est, aut tumor ei accedit, incisa cute admovendæ sunt cucurbitulæ: movenda urina: alvus, si compressa est, ducenda. Ultimum est, & in veteribus quoque morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam, † cutem candentibus ferramentis exulcerare. Sed frictione quoque utendum est, maxime in sole, & eodem die sæpius: quo facilius ea, quæ coeundo nocuerunt, digerantur. Eaque, si nulla exulceratio est, etiam ipsis coxis: si est, cæteris partibus adhibenda est. Cum vero sæpe aliquid exulcerandum candenti ferramento sit, ut materia inutilis evocetur, illud perpetuum est, non, ut primum fieri potest, huius generis ulcera sanare; sed ea trahere, donec id vitium, cui per hæc opitulamur, conquiescat.

CAP.

l. 1. *quod.* L. ibid. *alias.* l. 9. *acida.* L. l. 10. *quæque refr.* l. 20. *uteri quoque.* L. al. *uteribus.* l. 22. om. *sed.* L. ibid. *Fricatione.* L. l. 25. *dirigantur.* l. 33. *opitulantur, conquiescant.*

c *Nicolaus Myrepſ. Sect. XXXIV. c.* 12. † *Aphor.* VI. 60.

CAP. XXIII.

De Genuum dolore. a

COXIS proxima genua ſunt. in quibus ipſis nonnunquam dolor eſſe conſuevit. In iiſdem cataplaſmatis cucurbituliſque præſidium eſt: ſicut etiam, cum in humeris, aliisve commiſſuris dolor aliquis exortus eſt. Equitare ei, cui genua dolent, inimiciſſimum omnium eſt Omnes autem eiuſmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra uſtionem finiuntur. 240, 7.

CAP. XXIV.

De Manuum & pedum articulorumque vitiis. a

IN manibus pedibuſque articulorum vitia frequentiora longioraque ſunt. Quæ in podagricis chiragriciſve eſſe conſuerunt, ea raro vel *b* caſtratos, vel *c* pueros ante fœminæ coitum, vel *d* mulieres, niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tentant.

Ubi ſentire cœperunt, † ſanguis mittendus eſt. id enim inter initia ſtatim factum, ſæpe annuam, nonnunquam perpetuam valetudinem bonam præſtat. Quidam etiam, cum aſinino lacte epoto ſe eluiſſent, in perpetuum hoc malum evaſerunt. Quidam, cum toto anno a vino, mulſo, venere ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius vitæ conſecuti ſunt. idque utique poſt primum dolorem ſervandum eſt, etiamſi quievit. Quod ſi iam conſuetudo eius facta eſt, poteſt quidam aliquis eſſe ſecurior

curior

l. 2. *et cura.* l. 25. *totam.* al. *valetudinem præſtat.* l. 26. *aſinino lotio.* ibid. *ex toto ſe.* L.

a *Marcell. de Medic. c. XXXIV.* a *Cœl. Aurelian. Tard. Paſſ. V.* 2. *Trall. XI.* 1. *Aretæus de Morb. Diuturn. II.* 12. b *Aphor.* VI. 28. c *Aphor.* VI. 30. d *Aph.* VI. 29. † *Cheſneau IV.* 1. *de Arthrit. pag.* 419. 420. *Willis cap.* 14. *de Arthrit.*

curior his temporibus, quibus dolor se remisit: maiorem vero curam adhibere debet his, quibus id revertitur. quod fere *e* vere autumnove fieri solet.

Cum vero dolor non urget, mane gestari debet; deinde ferri, inambulatione levi se dimovere, &, si podagra est, interpositis temporibus exiguis, invicem modo sedere, modo ingredi; tum, antequam cibum capiat, sine balneo, loco calido leviter perfricari, sudare, perfundi aqua egelida: deinde cibum sumere ex media materia, † interpositis rebus urinam moventibus, quotiesque plenior est, evomere.

Ubi dolor vehemens urget, interest, sine tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor iam etiam occaluerit. Nam, si tumor nullus est, calidis fomentis opus est. Aquam marinam, vel muriam duram fervefacere oportet, deinde in pelvem coniicere, &, cum iam homo pati potest, pedes demittere superque pallam dare, & vestimento tegere; paulatim deinde iuxta labrum ipsum ex eadem aqua leviter infundere, ne calor intus destituat; ac deinde noctu cataplasmata *f* calefacientia imponere, maximeque hibisci ‡ radicem ex vino coctam. Sin vero tumor calorque est, utiliora sunt refrigerantia, recteque in aqua quam *g* frigidissima articuli continentur; sed neque quotidie, neque diu fiat, ne nervi indurescant. Imponendum vero est cataplasma, quod refrigeret: neque tamen in hoc ipso diu permanendum; sed ad ea trans-

eun-

l. 2. *debent hi.* l. 5. om. *non*. ib. *manu.* l. 6. *fieri.* ibid. *aut in amb.* L. it. *leni.* L. l. 10. *leniter.* L. l. 24. *leniter.* L. l. 28. *si.* L. l. 29. *utilioraque.* L. l. 32. *lædantur.* l. 34. *in hoc quotidie p.* al. *quotidie diu.* al. om. *diu.*

e *Aphor.* VI. 55. † *Optime, quia materia serosa est.* f *Aretæus de Curat. Diut. II.* 12. ‡ *Plin. H. N. Lib. XX. c.* 4. g *Aphor. V.* 25.

eundum, quæ ſic reprimunt, ut emolliant.

Si malor eſt dolor, papaveris cortices in vino coquendi, miſcendique cum cerato ſunt, quod ex roſa factum ſit: vel ceræ & adipis ſuillæ tantundem una liquandum, deinde his vinum miſcendum, atque ubi, quod ex eo impoſitum eſt, incaluit, detrahendum, & ſubinde aliud imponendum eſt.

Si vero tumores etiam occaluerunt, & dolent, levat ſpongia, quæ impoſita ſubinde ex oleo, vel aceto, vel aqua frigida exprimitur; aut pari portione inter ſe miſta, pix, cera, alumen. Sunt etiam plura idonea manibus pedibuſque *h* malagmata. Quod ſi 259,15. nihil ſuperimponi dolor patitur, id, quod ſine tumore eſt, fovere oportet ſpongia, quæ in aquam calidam demittatur, in qua vel papaveris cortex, vel cucumeris ſilveſtris radis decocta ſit; tum inducere articulis crocum cum ſucco papaveris & ovillo lacte.

At ſi tumor eſt, foveri quidem debet aqua egelida, in qua lentiſcus, aliave ex reprimentibus verbena decocta ſit: induci vero medicamentum ex nucibus amaris cum aceto tritis; aut ex ceruſſa, cui contritæ herbæ muralis ſiccus ſit adiectus. Lapis etiam, qui carnem exedit, quem σαρκοφάγον Græci vocant, exciſus ſic, ut pedes capiat, demiſſos eos, cum dolent, retentoſque ibi levare conſuevit. Ex quo in Aſia lapidi Aſio *k* gratia eſt.

Ubi

l. 11. *impoſita, quæ.* L. l. 16. om. *dolor.* l. 24. *calida.* al. *congelida.* l. 24. *aliave verbena.* al. *verbena, aliave.* l. 25. *ſint.* l. 29. *edit.* L. l. 32. 34. *in Aſſo ſepulcra faciunt.* ib. *Et lapidi - eſt ad iuvandum.* L.

h *Nicol. Myrepſ. Sect. XXXIV. cap.* 10. 11. *Scrib. Larg. c. XLI. Comp.* 158. 159. i *Plin. H. N. XXXVI.* 17. k *Plin. loco cit. Oribaſ. Synopſ. II.* 56.

Ubi dolor & inflammatio ſe remiſerunt, (quod intra dies *l* quadraginta fit, niſi vitium hominis acceſſit) modicis exercitationibus, abſtinentia, unctionibus lenibus utendum eſt ſic, ut etiam acopo, vel liquido cerato cyprino articuli perfricentur. Equitare po-
237,9. dagricis quoque alienum eſt.

Quibus vero articulorum dolor certis temporibus revertitur, hos ante & curioſo victu cavere oportet, ne inutilis materia corpori ſuperſit: & crebriore vomitu, & ſi quis ex corpore metus eſt, vel alvi ductione uti, vel lacte purgari. Quod Eraſiſtratus in podagricis *m* expulit: ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret: cum evidens ſit, omni purgatione non ſuperiora tantummodo, ſed etiam inferiora exinaniri.

CAP. XXV.

De Refectione convaleſcentium a morbo.

Ex quocunque autem morbo quis convaleſcit, ſi tarde confirmatur, vigilare prima luce debet; nihilominus in lecto conquieſcere: circa tertiam horam leviter unctis manibus corpus permulcere. Deinde delectationis cauſa, quantum iuuat, ambulare, circumciſa omni negotioſa cogitatione vel actione. Tum geſtari diu: multa frictione uti: loca, cœlum, cibos ſæpe mutare. Ubi triduo quatriduove vinum bibit, uno aut etiam altero die interponere aquam. Per hæc enim fiet, ne in vitia tabem inferentia incidat, & ut mature vires ſuas recipiat. Cum vero

l. 2. *triginta.* L. l. 5. *cum acopo.* L. l. 20. om. *caput XX.* v. & inſcriptio. l. 22. *leniter.* L. l. 27. om. *cogitatione vel.* L.

l. *Aphor.* VI. 49. m Libro quo de Podagra ſcripſit. *Cœl. Aurel. Tard. Paſſ. II. 2. in fine.*

vero ex toto convaluerit, periculoſe vitæ genus ſubito mutabit, & inordinate aget. Paulatim ergo debebit, omiſſis his legibus, eo tranſire, ut arbitrio ſuo vivat.



LIBER QUINTUS.

PRÆFATIO.

DIXI de his malis corporis, quibus victus ratio maxime ſubvenit. 3,29.
nunc tranſeundum eſt ad eam medicinæ partem, quæ magis medicamentis pugnat. His multum antiqui auctores tribuerunt, & Eraſiſtratus, & hi qui ſe ἐμπειρικοὺς nominaverunt; præcipue tamen Herophilus, deductique ab illo viri; adeo ut nullum morbi genus ſine his curarent. Multaque etiam de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt, qualia ſunt vel Zenonis, vel Andreæ, vel Apollonii, qui Mys cognominatus eſt. Horum autem uſum ex magna parte
Aſclepiades non ſine cauſa ſuſtulit; &, cum 29,7.
omnia fere medicamenta ſtomachum læ- 85,7.
dant, malique ſucci ſint, ad ipſius victus 84,25.
rationem potius omnem curam ſuam tranſtulit. Verum, ut illud in pleriſque morbis utilius eſt, ſic multa admodum corporibus noſtris incidere conſuerunt, quæ ſine medicamentis ad ſanitatem pervenire non poſſunt. Illud ante omnia ſcire convenit, quod omnes medicinæ partes ita innexæ ſunt, *a* ut ex toto ſeparari non poſſint; ſed ab eo

l. 16. *ii.* l. 33. *connexæ.* L.

a *Scribon. Larg. c.* 68.

eo nomen trahant, a quo plurimum petunt. Ergo ut illa, quæ victu curat, aliquando medicamentum adhibet; sic illa, quæ præcipue medicamentis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet; quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. Sed cum omnia medicamenta proprias facultates habeant, ac sæpe simplicia opitulentur, sæpe mista; non alienum videtur ante proponere & nomina, & vires, & misturas eorum: quo minor ipsam curationem exsequentibus mora sit.

CAP. I.

De simplicibus facultatibus quarumcunque rerum, ex quibus medicamenta fiunt: & primo de his, quæ Sanguinem supprimunt.

SANGUINEM supprimunt, atramentum sutorium, quod Græci χάλκανθον appellant, chalcitis, acacia, & ex aqua lycium, thus, aloe, gummi, plumbum combustum, porrum, herba sanguinalis, creta
293,21. vel cimolia vel figularis, misy, frigida aqua, vinum, acetum, alumen, melinum, squama † & ferri & æris; atque huius quoque duæ species sunt, alia tantum æris, alia rubri æris.

CAP. II.

Quæ vulnus glutinent.

GLUTINANT vulnus, myrrha, thus, gummi, præcipueque acanthinum, psyllium, tragacantha, cardamomum,

l. 3. *et* pro *sic*. l. 11. *ipsius curationis ex sequentibus*. l. 15. *sunt*. l. 29. *glutinant*.

† Et utriusque ferri *legendum dicit Rubeus, pag.* 193.

mum, bulbi, lini ſemen, naſturtium, ovi album, gluten, ichthyocolla, vitis alba, contuſæ cum teſtis ſuis cochleæ, mel coctum, 293,20.
ſpongia vel ex aqua frigida, vel ex vino, vel ex aceto expreſſa: ex iiſdem lana ſuccida; ſi levis plaga eſt, etiam *a* aranea.

Reprimunt, alumen & ſciſſile, quod σχιστὸν vocatur, & liquidum, melinum, auripigmentum, ærugo, chalcitis, atramentum ſutorium.

CAP. III.

Quæ concoquant, & moveant pus.

CONCOQUUNT & movent pus, nardum, myrrha, coſtus, balſamum, galbanum, propolis, ſtyrax, thuris & fuligo & cortex, bitumen, pix, ſulphur, reſina, ſevum, adeps, oleum.

CAP. IV.

Quæ aperiant vulnera. a

VULNERA aperiunt tanquam ora in corporibus, quod ἀναστομοῦν Græce dicitur, cinamomum, balſamum, panaces, iuncus quadratus, pulegium, flos albæ violæ, bdellium, galbanum, reſina terebinthina & pinea, propolis, oleum vetus, piper, pyrethrum, chamæpitys, uva taminia, ſulphur, alumen, rutæ ſemen.

CAP. V.

Quæ urgent.

PURGANT, ærugo, auripigmentum, quod ἀρσενικὸν a Græcis nominatur (huic

 autem

l. 7. om. *reprimunt.* l. 13. *concoquunt & movent.* l. 21. *operiunt.* l. 23. στέμα. l. 29. *chamæpitis.* ib. *timinia.* al. *aminia.* l. 32. *purgant.*

a *Petron. Sat. c.* 58. a *Oribaſ. Synopſ. II.* 42. 47.

autem & ſandarachæ in omnia eadem vis; ſed validior eſt) ſquama æris, pumex, iris, balſamum, ſtyrax, thus, thuris cortex, reſina, & pinea, & terebinthina liquida, œnanthe, lacerti ſtercus, ſanguis columbæ, & palumbi, & hirundinis, ammoniacum, bdellium (quod in omnia idem, quod ammoniacum, poteſt; ſed valentius eſt) abrotonum, ficus arida, coccum Gnidium, [a] ſcobis eboris, omphacium, radicula, coagulum, ſed maxime leporinum (cui eadem, quæ cæteris coagulis, facultas, ſed utique validior eſt) fel taurinum, vitellus crudus, cornu cervinum, gluten, mel crudum, miſy, chalcitis, crocum, uva taminia, ſpuma argenti, galla, ſquama æris, lapis hæmatites, minium, coſtum, ſulphur, pix cruda, ſevum, adeps, oleum, ruta, porrum, lenticula, ervum.

CAP. VI.

Quæ rodant.

RODUNT, alumen liquidum, ſed magis rotundum, ærugo, chalcitis, miſy, ſquama æris, ſed magis rubri, æs combuſtum, ſandaracha, minium ſinopicum, galla, balſamum, myrrha, thuris cortex, galbanum, reſina terebinthina humida, piper utrumque, ſed rotundum magis, cardamomum, auripigmentum, calx, nitrum, & ſpuma eius, apii ſemen, narciſſi radix, omphacium, alcyonium, oleum ex amaris nucibus, allium, mel crudum, vinum, lentiſcus, ſquama ferri, fel taurinum, ſcammonea,

l. 2. *validius.* L. l. 5. *œnanche.* l. 8. *ſed hoc.* L. l. 9. om. *abrotonum.* l. 12. *ubique.* l. 13. om. *Fourinum.* l. 14. *gluten taurinum.* ibid. *miſtior. miſy.* l. 15. *timinia, abrotanum.* l. 22. *rodunt.* l. 27. *caſia* pro *galla.* L. l. 28. *liquida.* L. l. 32. *omphacum.*

a *Caſaubonus ad Capitolin. in Verum, pag.* 436.

monea, uva taminia, cinnamomum, ſtyrax, cicutæ ſemen, reſina, narciſſi ſemen, ſal, nuces amaræ, oleumque earum, atramentum ſutorium, chryſocolla, veratrum, cinis.

CAP. VII.

Quæ exedant corpus.

EXEDUNT corpus, acaciæ ſuccus, hebenus, ærugo, ſquama æris, chryſocolla, cinis Cyprius, nitrum, cadmia, ſpuma argenti, hypociſtis, diphryges, ſal, auripigmentum, ſulphur, eruca, ſandaracha, ſalamandra, alcyonium, æris flos, chalcitis, atramentum ſutorium, ochra, calx, galla, alumen, lac caprifici, vel lactucæ marinæ, quæ τιθύμαλλος a Græcis nominatur, fel, thuris fuligo, ſpodium, lenticula, mel, oleæ folia, marrubium, lapis hæmatites, & *a* Phrygius, & Aſius, & ſciſſilis, miſy, vinum, acetum.

CAP. VIII.

Quæ adurant. a

ADURUNT, auripigmentum, atramentum ſutorium, chalcitis, miſy, ærugo, calx, charta combuſta, ſal, ſquama æris, fex combuſta, myrrha, ſtercus & lacerti, & columbæ, & palumbi, & hirundinis, piper, coccum Gnidium, allium, diphryges, lac utrumque (quod proximo capite ſupra comprehenſum eſt), veratrum & album & nigrum, cantharides, corallium, pyrethrum, thus, ſalamandra, eruca, ſandaracha, uva taminia, chryſocolla, ochra, alu-

l. 1. *timinia.* l. 2. *rutæ ſemen.* ib. *fel* pro *ſal.* L. l. 3. *ut oleum.* L. l. 4. *concharum cinis.* l. 7. *ex edunt.* l. 11. *cicuta* pro *eruca.* l. 14. *calx, acetum.* l. 17. *alcyanium, fel.* l. 19. *Taſius.* l. 23. *adurunt.* l. 32. *timinia.*

a *Plin. H. N. XXXVI.* 19. a *Oribaſ. Synopſ. II.* 48.

alumen sciſſile, ovillum ſtercus, œnanthe.

CAP. IX.

Quæ cruſtas ulceribus inducant.

EADEM fere cruſtas ulceribus tanquam igne aduſtis inducunt, ſed præcipue chalcitis, utique ſi coċta eſt, flos æris, ærugo, auripigmentum, miſy, & id quoque magis coċtum.

CAP. X.

Quæ cruſtas ulceribus reſolvant.

CRUSTAS vero has reſolvit, farina triticea cum ruta, vel porro, aut lenticula, cui mellis aliquid adieċtum eſt.

CAP. XI.

Quæ diſcutiant ea, quæ in aliqua parte corporis coierunt.

AD diſcutienda vero ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maxime poſſunt, abrotonum, helenium, amaracus, alba viola, mel, lilium, ſampſucus, cyperus, lac, ſertula campana, ſerpyllum, cupreſſus, cedrus, iris, viola purpurea, narciſſus, roſa, crocum, praſium, iuncus quadratus, nardum, cinnamomum, caſia, ammoniacum, cera, reſina, uva taminia, ſpuma argenti, ſtyrax, ficus arida, tragoriganus, lini & narciſſi ſemen, bitumen, ſordes ex gymnaſio, pyrites lapis, aut molaris, crudus vitellus, amaræ nuces, ſulphur.

CAP.

l. 3. *inducunt.* l. 8. *quo magis.* l. 12. *reſolvunt.* l. 22. *ſanſucus cyprius.* l. 26. *paſſum* pro *praſium.* l. 28. *timinia.*

CAP. XII.

Quæ evocent, & educant.

EVOCAT & educit, ladanum, alumen rotundum, hebenus, lini ſemen, omphacium, fel, chalcitis, bdellium, reſina terebinthina & pinea, propolis, ficus arida decocta, ſtercus columbæ, pumex, farina lolii, groſſi in aqua cocti, elaterium, lauri baccæ, nitrum, ſal.

CAP. XIII.

Quæ exaſperata lævant.

LÆVAT id, quod exaſperatum eſt, ſpodium, hebenus, gummi, ovi album, lac, tragacanthum.

CAP. XIV.

Quæ carnem nutriant, & ulcus impleant.

CARNEM alit, & ulcus implet, reſina pinea, ochra *a* Attice, mel, aſteriace, ce- 255,27.
ra, butyrum.

CAP. XV.

Quæ molliant.

MOLLIUNT, æs combuſtum, terra Eretria, nitrum, papaveris lachryma, ammoniacum, bdellium, cera, ſevum, adeps, oleum, ficus arida, ſeſamum, ſertula campana, narciſſi & radix & ſemen, roſæ folia, coagulum, vitellus crudus, amaræ nuces, medulla omnis, ſtimmi, pix, cochlea cocta, cicutæ ſemen, plumbi recrementum, σκωρίαν μολύβδου Græci vocant, 267,17.
pa-

l. 2. *evocant & educunt.* l. 9. *croci* pro *groſſi.* l. 12. *levant.* l. 14. *levat.* l. 19. *nutriunt - - implent.* l. 20. *alunt - - implent.* l. 21. *Ochra, Actice.* al. *Ochra Actica.* it. *ochra Actice*; vel *Aſterace.* l. 25. *molliunt.* l. 30. *ſtebi, ſtibi, ſtibis.* l. 34. *retrimentum.* L. ib. *molybdi.*

a *Gorræus Defin. Medic. V.* ὤχρα.

panaces, cardamomum, galbanum, resina, uva taminia, styrax, iris, balsamum, sordes ex gymnasio, sulphur, butyrum, ruta.

CAP. XVI.

Quæ cutem purgent.

CUTEM purgat mel, sed magis, si est cum galla, vel ervo, vel lenticula, vel marrubio, vel iride, vel ruta, vel nitro, vel ærugine.

CAP. XVII.

De misturis simplicium rerum; & de ratione ponderum.

EXPOSITIS simplicibus facultatibus, dicendum est, quemadmodum misceantur, quæ ex his fiant. Miscentur autem varie, neque huius ullus modus est, cum ex simplicibus alia demantur, alia adiiciantur; iisdemque servatis, ponderum ratio mutetur. Itaque, cum facultatum materia non ita multiplex sit, innumerabilia misturarum genera sunt; quæ comprehendi si possent, tamen esset supervacuum. Nam & iidem effectus intra paucas compositiones sunt, & mutare eas cuilibet, cognitis facultatibus, facile est. Itaque contentus his ero, quas accepi velut nobilissimas. In hoc autem volumine eas explicabo, quæ vel desiderari in prioribus potuerunt, vel ad eas curationes pertinent, quas protinus hic comprehendam; sic, ut tamen quæ magis communia sunt, simul iungam. Si qua singulis, vel etiam paucis accommo-

mo-

l. 1. *panacis.* l. 2. *timinia.* l. 3. *gimnosio.* l. 5 *purgant.* l. 6. *Item cutem.* l. 13. *ponderum, & quid malagma & emplastrum & pastillus inter se differant.* l. 17. *quæque ex.* L. l. 19. *similibus.* L. l. 21. *Ita.* l. 34. *parvis.* ib. *commodata.*

modata ſunt, in ipſorum locum differam. Sed & antea ſciri volo, in uncia pondus denariorum ſeptem eſſe. Unius deinde denarii pondus dividi a me in ſex partes, id eſt ſex uncias *a*, ut idem in uncia denarii habeam, quod Græci habent in eo, quem ὀβολὸν *b* appellant. Is ad noſtra pondera *c* relatus paulo plus dimidio ſcrupulo facit.

2. *Quid* d *Malagma, & Emplaſtrum, & Paſtilius inter ſe differant.*

Malagmata vero, atque emplaſtra, paſtillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cum plurima eadem habeant; differunt eo, quod malagmata maxime ex floribus eorumque etiam ſurculis, emplaſtra paſtillique magis ex quibuſdam metallicis fiunt. Deinde malagmata contuſa abunde molleſcunt: nam ſuper integram cutem iniiciuntur: laborioſe vero conteruntur ea, ex quibus emplaſtra paſtillique fiunt; ne lædant vulnera, cum impoſita ſunt. Inter emplaſtrum autem & paſtillum hoc intereſt, quod emplaſtrum utique liquati aliquid accipit: in paſtillo tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Tum emplaſtrum hoc modo fit. Arida medicamenta per ſe teruntur: deinde miſtis his inſtillatur aut acetum, aut ſi quis alius non pinguis humor acceſſurus eſt; & ea rurſus ex eo teruntur. Ea vero, quæ liquari poſſunt, ad ignem ſimul liquantur; & ſi quid olei miſceri debet, tum infunditur. Interdum etiam aridum aliquod ex oleo prius coquitur. Ubi facta ſunt, quæ ſeparatim fieri debuerunt,

l. 2. *ante.* L. l. 5. *ſextantes - - ſextante.* L. l. 7. *Id.* l. 8. *relatum.* ib. *ſcripulo.* l. 9. 10. om. inſcriptio. l. 14. *ex odoribus.*

a *Rhod. de Ponderibus pag.* 24. b *Idem ibidem p.* 27. c *Idem ibidem pag.* 24. d *Reineſ. Variar. Lect. II.* 8. *pag.* 189.

in unum omnia miſcentur. At paſtilli hæc ratio eſt. Arida medicamenta contrita humore nonpingui, ut vino vel aceto, coguntur, & rurſus coacta, inareſcunt: atque, ubi utendum eſt, eiuſdem generis humore diluuntur. Tum emplaſtrum imponitur, paſtillus illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miſcetur.

CAP. XVIII.

De Malagmatis. a

1. *Malagma adverſus calidas podagras.*

HIS cognitis, primum malagmata ſubiiciam; quæ fere non ſunt refrigerandi, ſed calefaciendi cauſa reperta. Eſt tamen, quod refrigerare poſſit, ad calidas podagras aptum. Habet gallæ & immaturæ & alterius, coriandri ſeminis, cicutæ, lachrymæ aridæ, gummi, ſingulorum plenum acetabulum, cerati eloti, quod πεπλυμένον Græci vocant, ſelibram. Reliqua fere calefaciunt. Sed quædam digerunt materiam, quædam
263,20. extrahunt, quæ ἐπισπαςικὰ vocantur: pleraque certis magis partibus membrorum accommodata ſunt.

2. *Malagma ad materiam extrahendam.*

SI materia extrahenda eſt, ut in hydropico, in lateris dolore, in incipiente abſceſſu, in ſuppuratione quoque mediocri, aptum eſt id, quod habet reſinæ aridæ, nitri, ammoniaci, galbani, ſingulorum P. * ceræ P. * Aut in quo hæc ſunt: æruginis raſæ, thuris, ſingulorum P. II.* ammoniaci

moniaci

l. 3. *aut* pro *ut.* ib. *coquuntur.* l. 4. *coƐta.* l. 12. *adverſum.* l. 16. *poteſt.* L. l. 24. om. *magis.* L. l. 33. *Pondo* * *ceræ Pondo* *. alii *Pondo*, *ceræ Pondo.* l. 34. *P.* *

a *Ægineta VII.* 18. *Oribaſ. Synopſ. III.*

moniaci salis P. VI. * squamæ æris, ceræ, singulorum P. VIII. * resinæ aridæ P. XII. aceti cyathus. Idem præstat cumini farina cum struthio, & melle P. II. *

3. *Malagma ad iecur dolens.*

Si iecur dolet, id in quo est balsami lachrymæ P. XII. * costi, cinnamomi, casiæ corticis, myrrhæ, croci, iunci rotundi, balsami seminis, iridis illyricæ, cardamomi, amomi, nardi, singulorum P. XVI. * Quibus adiicitur nardinum unguentum, donec cerati crassitudo sit. Et huius quidem recentis usus est: si vero servandum est, resinæ terebinthinæ P. XVI. * ceræ P. X * ex vino leni contunduntur, & cum eo miscentur.

4. *Malagma ad lienem.*

At, si lienis torquet, glandis, quam μυ- 216,15.
ροβάλανον Græci vocant, cortex & nitrum paribus portionibus contunduntur, resperguntur que aceto quam acerrimo: ubi cerati crassitudinem habet, linteo, antea in aqua frigida madefacto, illinitur, & sic imponitur, supraque farina hordeacea iniicitur: sed manere ibi non amplius sex horis debet, ne lienem consumat: satiusque est id bis, aut ter fieri.

5. *Malagma commune pluribus.*

Commune autem & iocinori, & lieni, & abscessibus, & strumæ, parotidibus, articulis, calcibus quoque suppurantibus, aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris, Lysias composuit ex his: opopanacis, galbani, resinæ, singulorum P. II. * ammonia-

l. 4. om. *P.* II. *. l. 7. *cassiæ.* L. l. 11. *nardum.* l. 15. *tum eo miscentur.* alii verba hæc omittunt. l. 18. *quam balanon.* l. 22. *ante.* l. 28. om. inscriptio. l. 29. *communem.* l. 33. *hyssopi panacis.* l. 34. *styracis galbani.*

moniaci, bdellii, ceræ, ſevi taurini, iridis aridæ P. IIII. * cachryos acetabulo, piperis granis † quadraginta. quæ contrita irino unguento temperantur.

6. *Malagma ad laterum dolores.*

Ad laterum autem dolores compoſitio eſt *a* Apollophanis: in qua ſunt reſinæ terebinthinæ, thuris fuliginis, ſingulorum P. IV. * bdellii, ammoniaci, iridis: ſevi aut vitulini, aut caprini a renibus, viſci, ſingulorum P. IV. * Hæc autem eadem omnem dolorem levant, dura emolliunt, mediocriter calefaciunt.

7. *Ad idem Andreæ.*

Ad idem latus Andreæ quoque malagma eſt, quod etiam reſolvit, humorem educit, pus maturat, ubi id maturum eſt, cutem rumpit, & ad cicatricem perducit. Prodeſt impoſitum minutis maioribusque abſceſſibus: item articulis, ideoque & coxis, & pedibus dolentibus: item ſi quid in corpore colliſum eſt, reficit: præcordia quoque dura & inflata emollit: oſſa extrahit: ad omnia denique valet, quæ adiuvare calor poteſt. Id habet ceræ P. XI. * viſci, ſycamini, quam alias ſycomorum vocant, lachrymæ, ſingulorum P. I. * piperis & rotundi, & longi, ammoniaci thymiamatis, bdellii, iridis Illyricæ, cardamomi, amomi xylobalſami, thuris maſculi, myrrhæ, reſinæ aridæ, ſingulorum P. X. * pyrethri, cocci Gnidii, ſpumæ nitri, ſalis ammoniaci, radicis ariſtolochiæ Creticæ, cucumeris agreſtis radicis, reſinæ terebinthinæ liquidæ, ſingulorum

l. 2. *cachrios.* al. *caclirios.* l. 5. *dolorem.* l. 10. om. *aut.* ib. *ſicci* pro *viſci.* l. 11. *aut.* ib. *eadem.* om. L. l. 12. 13. *levat -- emollit -- calefacit.* L. l. 14. om. inſcriptio. l. 15. *valet.* L. l. 16. om. *eſt.* L. l. 20. *ideoque.* om. L. l. 25. *P.* x*. l. 26. XI. l. 29. om. *amomi.* L. l. 31. om. *radicis.* l. 33. *radicis ex cuc.*

† *Rhodius de Ponderib. p.* 26. a *Oribaſ. Synopſ. III. Cæl. Aurelian. Acutor. Morb. II.* 24. *dicitur* Polyarchion *Marcell. de Medic. c.* XX. *Ægin.* VII, 18.

lorum P. xx * quibus adiicitur unguenti irini, quantum ſatis eſt ad ea mollienda, atque cogenda.

8. *Malagma ad reſolvenda, quæ adſtricta ſunt; & mollienda, quæ dura ſunt; & digerenda, quæ coeunt.*

Præcipuum vero eſt ad reſolvenda, quæ adſtricta ſunt, mollienda, quæ dura ſunt, digerenda, quæ coeunt, id, quod ad Polyarchum auctorem refertur. Habet iunci quadrati, cardamomi, thuris fuliginis, amomi, ceræ, reſinæ liquidæ, pares portiones.

9. *Aliud malagma ad eadem.*

Aliud ad eadem Nilei: crocomagmatis, quod quaſi recrementum eius eſt, P. iv. * ammoniaci thymiamatis, ceræ, ſingulorum P. xxx * ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum roſa liquatur, & tum omnia iunguntur.

10. *Malagma Moſchi ad molliendum.*

Proprie etiam dura mollit id, quod Moſchi eſſe dicitur. Habet galbani unciam, thuris fuliginis P. iii. * ceræ, ammoniaci thymiamatis trientes †, picis aridæ P. ii. * aceti heminas tres.

11. *Malagma Medi ad digerenda, quæ coeunt.*

Fertur etiam ad digerenda, quæ coeunt, ſub auctore Medo: quod habet ceræ P. iii. * panacis P. * ſemis, ſquamæ æris, aluminis rotundi, item ſciſſilis, ſingulorum P. i. * plumbi combuſti P. i. * & ſemis.

12. *Malagma Panthemi ad eadem.*

Ad eadem Panthemus utebatur, calcis, P. *

l. 1. xxv. l. 15. *croci magmatis.* l. 17. om. *thymiamatis.* l. 18. xx. l. 24. P. z. l. 25. om. * al. P. iii. * l. 29. P. z. al. P. z. * l. 30. om. * l. 31. P. z. al. P.

† *Rhodius de Ponderibus pag.* 12.

P. * ſemis, ſinapis contriti, item fœni græci, aluminis, ſingulorum P. I. * ſevi bubuli P. II. * & ſemis.

13. *Malagma ad ſtrumas.*

Ad ſtrumam multa malagmata invenio. Credo autem, quo peius id malum eſt, minusque facile diſcutitur, eo plura eſſe tentata; quæ in perſonis varie reſponderunt. Andreas auctor eſt, ut hæc miſceantur; urticæ ſeminis P. I. * piperis rotundi, bdellii, galbani, ammoniaci thymiamatis, reſinæ aridæ, ſingulorum P. IV. * reſinæ liquidæ, ceræ, pyrethri, piperis longi: lactucæ marinæ ſeminis, ſulphuris ignem non experti, quod ἄπυρον vocatur, pares portiones.

14. *Aliud Miconis ad idem.*

Hoc autem Miconis c eſt: fecis aridæ aceti, ſpumæ nitri, ſalis ammoniaci, ſinapis, cardamomi, radicis cucumeris ſilveſtris, reſinæ, ſingulorum P. IV. * Quæ ex leni vino contunduntur.

15. *Aliud Malagma ad idem valens.*

Expeditius ad idem fit, quod habet viſci, felini ſtercoris, reſinæ, ſulphuris ignem non experti pares portiones. Et in quo eſt ſulphuris P. I. * lapidis, quem pyriten vocant, P. IV. * cumini † acetabulum. Item in quo eſt lapidis eiuſdem pars una, ſulphuris duæ partes, reſinæ terebinthinæ partes tres.

16. *Malagma ad ſtrumam, & phymata.*

Arabis autem cuiuſdam eſt ad ſtrumam, & orientia tubercula, quæ φύματα vocantur, quod hæc digerit. Habet myrrhæ, ſalis ammoniaci,

l. 1. & 2. om. * l. 3. P. III. * & *ſemis.* l. 15.-18. om. omnia, inter *vocatur* & *fecis* poſita. l. 19. *acidæ, aceti.* l. 20. *radicis ex cucumeris ſylveſtri.* al. *ex cucumeri.* l. 21. v. al. VIII. l. 23. *ad id.* l. 25. *ſemini.*

c *Plin. H. N. XX.* 23. Mictionis, *ubi alii* Mycconis, *me minit.* † *Jo. Rhodius de Ponderib. p.* 34.

moniaci, thuris, refinæ & liquidæ & aridæ, crocomagmatis, ceræ, fingulorum P. I. * lapidis eius, quem πυρίτην vocant, P. IV. * quibus quidam adiiciunt fulphuris P. II. *

17. *Malagma ad ftrumam, & tubera, &* καρκινώδη.

Eft etiam proficiens in ftruma; & in his tuberibus, quæ difficulter concoquuntur; & in his, quæ καρκινώδη vocantur, quod ex his conftat: fulphuris P. II. * nitri P. IV. * myrrhæ P. VI. * fuliginis thuris P. * femis, falis ammoniaci P. III. * ceræ P. I. *

18. *Malagma Protarchi ad parotidas, & favum, & mala ulcera.*

Protarchus autem ad παρωτίδας eaque tubercula, quæ μελικηρίδες, id eft favi, vel φύματα nominantur, item mala ulcera, pumicis, refinæ pineæ liquidæ, thuris fuliginis, fpumæ nitri, iridis, fingulorum P. VIII. * cum ceræ P. IX. * mifcebat, hisque olei cyathum & dimidium adiiciebat.

19. *Malagma adverfus panum, & phymata.*

At adverfus panum, tum primum orientem, quod φύγεθλον Græci vocant, & omne tuberculum, quod φῦμα nominatur, mifcetur ochra, quæ Attice nominatur, cum duabus partibus 247,21.
fimilæ, hifque, dum contunduntur, fubinde mel inftillatur, donec malagmatis craffitudo fit.

20. *Malagma adverfus phymata.*

Difcutit etiam omne tuberculum, quod φῦμα vocatur, id, quod habet calcis, fpumæ nitri, piperis rotundi, fingulorum P. I. *

l. 2. *croci magmatis.* l. 4. om. * l. 5. *carcinodæ.* l. 8. *carcinodas.* l. 12. P. z. *ceræ* P. I. l. 15. *atque* pro *eaque*. L. l. 16. *melicera. meliceriæ.* μελικηρία. μελιμηράδης. l. 25. *phygetron.* φύγεδρον l. 28. *hisque contunditur.*

1. * galbani P. II.* ſalis P. IV. * quæ excipiuntur cerato ex roſa facto.

21. Malagma ad ſupprimendum omne, quod abſcedit.

Supprimitque omne, quod abſcedit, id, in quo eſt galbani, fabæ freſſæ, ſingulorum P. I. * myrrhæ, thuris corticis ex radice capparis, ſingulorum P. IV.* Satiſque omnia abſcedentia digerit murex combuſtus, & bene contritus, aceto ſubinde adiecto.

22. Malagma ad ſanguinem ſupprimendum.

At, ſi plus ſatis ſanguis ſubit, recte imponitur, quod adverſus phymata quoque poteſt. Conſtat ex his: bdellii, ſtyracis, ammoniaci, galbani, reſinæ & aridæ & liquidæ pineæ; item ex lentiſci, thuris, iridis, ſingulorum P. II.*

23. Malagma ad carcinodas & phymata lenienda.

Carcinodas vero & phymata commode his leniuntur: galbani, viſci, ammoniaci, reſinæ terebinthinæ carcinodas ſingulorum P. I. * ſevi taurini P.* ſemis, fecis combuſtæ quam maxima portione, dum id ſiccius non faciat, quam eſſe malagma oportet.

24. Malagma ad livorem faciei contuſæ.

Quod ſi facie contuſa livor ſubcruentus eſt, hæc compoſitio nocte & die impoſita tollit. Ariſtolochiæ, thapſiæ, ſingulorum P II.* bdellii, ſtyracis, ammoniaci thymiamatis, galbani, reſinæ aridæ, & ex lentiſco liquidæ, thuris maſculi, iridis Illyricæ, ceræ, ſingulorum P. IV. * Item faba quoque impoſita proficit.

25. *Ma-*

l. 4. *quoque omne.* L. l. 5. *freſæ.* al. *frixæ.* l. 6. 7. *ex radice capparis corticis.* l. 11. addunt *& phymata.* l. 12. om. *plus.* l. 18. 20. *carcinomata.* L. l. 22. *in ſingulis.* l. 23. om. * l. 26. *ad faciem contuſam eiusque livorem.* L. l. 33. *Eidem.* L. al. *Idem.* l. 43. *perficit.*

25. *Malagmata* ἀναστομωτικὰ *ad aperiendum.*

Sunt etiam quædam malagmata, quæ ἀναστομωτικὰ Græci vocant, quoniam aperiendi vim habent. Quale eſt, quod ex his conſtat: piperis longi, ſpumæ nitri, ſingulorum P. II. * eryſimi P. IV. * quæ cum melle miſcentur. Idoneaque etiam ſtrumæ aperiendæ ſunt eius generis. Vehementiusque ex his eſt id, quod habet calcis P. IV. * piperis grana ſex, nitri, ceræ, ſingulorum P. X. * mel- 282.
lis P. III. * olei heminam.

26. *Miconis Malagma, ad reſolvendum aperiendumque ac purgandum.*

Miconis quoque eſt, quod reſolvit, aperit, purgat. Habet alcyonium, ſulphur, nitrum, pumicem, paribus portionibus; quibus tantum picis, & ceræ adiicitur, ut fiat cerati craſſitudo.

27. *Malagma ad oſſa & nervos.*

Ad oſſa autem Ariſtogenis, fit ex his: ſulphuris P. I. * reſinæ terebinthinæ, nitri ſpumæ, & ex ſcilla partis interioris, plumbi eloti, ſingulorum P. II. * thuris fuliginis P. VIII. * ficus aridæ quam pinguiſſimæ, ſevi taurini, ſingulorum P. VIII. * ceræ P. XII. * iridis Macedonicæ P. VI. * ſeſami fricti acetabulum. maximeque nervis & articulis malagma hoc convenit.

28. *Malagma Euthyclei ad articulos, & ad omnem dolorem.*

Igitur euthyclei eſt, & ad articulos, & ad omnem dolorem, & ad veſicæ, & ad recenti cicatrice contractos articulos, quas ἀγκύλας Græci nominant, conveniens. Quod habet fu-

l. 1. & 3. *ſtomachica.* l. 6. *eriſimi.* l. 8. *ſunt. Eius generis, vehem.* L. l. 9. om. *id.* L. l. 12. & 14. *Niconis.* l. 16. *pari pondere.* L. l. 26. *ceræ P.* XI. ib. *Macedonia.* l. 28. om. *hoc.* l. 31. *quod eſt.* L. l. 34. om. *quod.* L.

fuliginis thuris acetabulum, reſinæ tantundem, galbani ſine ſurculis ſeſcuntiam, ammoniaci, bdellii, ſingulorum P. * ceræ P. * ſemis. Aliud item fit, quod habet iridis, ammoniaci, galbani, nitri, ſingulorum P. XIV. * reſinæ liquidæ P. VI. * ceræ P. XVI. *

29. *Malagma Soſagoræ ad dolores articulorum.*

Ad dolores articulorum Soſagoræ: plumbi combuſti, papaveris lachrymæ, corticis hyoſcyami, ſtyracis, peucedani, ſevi, reſinæ, ceræ pares portiones.

30. *Chryſippi Malagma, ad idem valens.*

Chryſippi: reſinæ liquidæ, ſandarachæ, piperis, ſingulorum P. XII. * quibus ceræ paululum adiicitur.

31. *Cteſiphontis Malagma ad idem valens, & ad parotidas, & phymata, & ſtrumam.*

Cteſiphontis: ceræ Creticæ, reſinæ terebinthinæ, nitri quam ruberrimi, ſingulorum P. * ſemis, olei cyathi tres. Sed id nitrum ante per triduum, inſtillata aqua teritur, & cum ſextario eius incoquitur, donec omnis humor conſumatur. Poteſt vero ea compoſitio etiam ad parotidas, phymata, ſtrumam, omnemque coitum humoris emolliendum.

32. *Malagma ad articulos.*

Ad articulos, fici quoque aridæ partem nepetæ miſtam; vel uvam taminiam ſine ſeminibus cum pulegio recte aliquis imponit.

33. *Malagma Ariſtonis, adverſus podagras, & recentia phymata, & omnes dolores.*

Eadem podagræ præſidio ſunt. Sed ad eam

l. 3. *ſingulorum.* P. z. al. P. * III. ibid. *ceræ P. ſemis.* l. 12. *par pondus.* L. l. 14. *Eſt & Chryſippi.* L. l. 16. *paulum.* l. 17. & 19. *Cleſiphontis.* al. *Cleſipontis.* l. 21. om. * l. 24. *Prodeſt.* l. 29. *aridi.* l. 30. *timiniam.* l. 34 *præſidia.*

eam fit Ariſtonis quoque, quod habet nardi, cinnamomi, caſiæ, chamæleontis, iunci rotundi, ſingulorum P. VIII. * ſevi caprini ex irino liquati P. XX. * iridis P. I. * quæ in aceto quam acerrimo iacere per XX. dies debet. Idem autem etiam recentia phymata doloresque omnes diſcutit.

34. *Theoxeni Malagma ad pedum dolores.*

At Theoxenus ad pedum dolores, ſevi a renibus partem tertiam, ſalis partes duas miſcebat, hisque membranulam illitam imponebat; tum ſuperiniiciebat ammoniacum thymiama in aceto liquatum.

35. *Numenii Malagma ad podagram, cæterosque articulos induratos.*

At Numenius podagram, cæterosque articulos induratos hoc molliebat: abrotoni, roſæ aridæ, papaveris lachrymæ, ſingulorum P. III. * reſinæ terebinthinæ P. IV. * thuris, ſpumæ nitri, ſingulorum P. VIII. iridis, ariſtolochiæ, ſingulorum P. XII. * ceræ P. III. * quibus adiicitur cedri cyathus unus, olei laurini cyathi tres, olei acerbi ſextarius.

36. *Dexii Malagma, ſi quando callus in articulis increvit.*

Si quando autem in articulis callus increvit, Dexius docuit imponere, calcis P. IV. * ceruſſæ P. VIII. * reſinæ pineæ P. XX. * piperis grana XXX. ceræ P. II. * Quibus, dum contunduntur, hemina vini lenis inſtillatur.

l. 2. *caſſiæ.* L. l. 8. *Theoſeni.* l. 9. *Theoſenus.* l. 22. om. * l. 23. *cedriæ.* L. l. 24. *lauri. laurei.* l. 30. P. 2.

CAP. XIX.

De Emplastris. [a]

EX emplastris autem nulla maiorem usum præstant, quam quæ cruentis protinus vulneribus iniiciuntur. ἔναιμα Græci vocant. Hæc enim reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam cogit; atque illius quoque impetum minuunt; tum glutinant vulnera, quæ id patiuntur, & cicatricem iisdem inducunt Constant autem ex medicamentis non pinguibus, ideoque ἀλίπαντα a Græcis nominantur.

1. *Barbarum Emplastrum nigrum, quod cruentis protinus vulneribus iniicitur.*

Optimum ex his est, quod Barbarum [b] vocatur. Habet æruginis rasæ P. XII. * spumæ argenti P. XX. * aluminis, picis aridæ, resinæ pineæ aridæ, singulorum P. I. * quibus adiiciuntur olei & aceti singulæ heminæ.

2. *Choacon Emplastrum nigrum, ad idem valens.*

Alterum ad idem, quod Choacon vocant, habet spumæ argenti P. X. * resinæ aridæ tantundem. sed spuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus emplastris color niger est. qui fere talis fit, ex pice atque resina: at ex bitumine nigerrimus; ex ærugine, aut æris squama, viridis; ex minio ruber; ex cerussa, albus.

3. *Basilicon Emplastrum nigrum ad idem.* [c]

Paucæ admodum compositiones sunt, in quibus aliquid misturæ varietas novat. Ergo id quoque nigrum est, quod βασιλικὸν nomi-

l. 3. *enhæma.* l. 8. *atque tum.* L. l. 9. *& glut.* L. l. 10. *id non.* L. ibid. om. *&.* l. 13. *alipenæ.* ἀλιπένη. l. 16. *Primum ex.* ibid. *nominatur.* L. l. 17. *Habet enim.* L. l. 24. P. * c. l. 28. *ut ex.* L.

a *P. Ægineta VII.* 17. b *Scribon. Larg. c. LXXVII. c.* 207. c *Oribas. Synops. III.*

nominatur. Habet opopanacis P. I. * galbani P. II. * picis, & resinæ, singulorum P. x. * olei dimidium cyathum.

4. *Smaragdinum Emplastrum ad idem.*

At, quod perviride est, Smaragdinum appellatur, in quo sunt resinæ pineæ P. III. * ceræ P. I. * æruginis P. * semis, thuris fuliginis P. II. * olei tantundem, & aceti, quo fuligo & ærugo in unum cogantur.

5. *Emplastrum rufum ad idem.* d

Est etiam coloris fere rufi, quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videtur. Habet thuris P. I. * resinæ P. II. * squamæ æris P. III. * spumæ argenti P. xx. * ceræ P. c. * olei heminam.

6. Παρακολλητικὸν *Emplastrum ad idem.*

Præterea est, quod παρακολλητικὸν a glutinando vocant. Constat ex his: bituminis, aluminis scissilis P. IV. * spumæ argenti P. IV. * & olei veteris hemina.

7. *Cephalicum Emplastrum Philotæ, capiti conveniens.*

Præterea sunt quædam generis eiusdem, quæ, quia capitibus fractis maxime conveniunt, κεφαλικὰ a Græcis nominantur. Philotæ compositio habet terræ Eretriæ, chalcitidis, singulorum P. IV. * myrrhæ, æris combusti, singulorum P. x. * ichthyocollæ P. VI. * æruginis rasæ, aluminis rotundi, misyos crudi, aristolochiæ, singulorum P. VIII. * squamæ æris P. xx. * thuris masculi P. II. * ceræ P. I. * rosæ, & olei acerbi, ternos cyathos, aceti quantum satis est, dum arida ex eo conteruntur.

 8. *Em-*

l. 1. *Panacis.* l. 7. P. * *semis.* l. 8. *thuris pollinis.* L. l. ead. P. z. l. 9. *pollen.* L. l. ead. om. *et.* l. 14. P. IV. l. 17. *quam paracolleticam.* ib. *glutiando.* l. 20. om. IV. l. 26. *erytbriæ.* l. 28. om. *singulorum.* l. 29. *collæ singulorum.* ibid. om. * l. 30. *mysi.* l. 31. P. x. * l. 32. P. I.

a *Scribon. Larg. c. LXXXIII.*

8. Emplastrum viride ad idem valens.

Aliud ad idem viride. Aeris combusti, squamæ æris, myrrhæ, ichthyocollæ, singulorum P. VI. * misyos crudi, æruginis rasæ, aristolochiæ, aluminis rotundi, singulorum P. VIII. * ceræ P. VI. * olei hemina, aceti quod satis sit.

9. Tetrapharmacum Emplastrum, ad pus movendum. e

Puri autem movendo non aliud melius, quam quod expeditissimum est. † τετραφάρμακον a Græcis nominatur. Habet pares portiones ceræ, picis, resinæ, sevi taurini; si id non est, vitulini.

10. Enneapharmacum Emplastrum, ad pus movendum, & ad purgandum valens.

Alterum ad idem, ‡ ἐννεαφάρμακον nominatur; quod magis purgat. Constat ex novem rebus, cera, melle, sevo, resina, myrrha, rosa, medulla vel cervina vel vitulina vel bubula, œsypo, butyro. Quorum quoque pondera paria miscentur.

11. Emplastra, quibus utriusque rei facultas est.

Sunt autem quædam emplastra, quibus utriusque rei facultas est. quæ, nisi singula habenda sunt, meliora sunt; sed in copia reiicienda sunt; his potius adhibitis, quæ id proprie, quod eo tempore opus est, consequuntur. Exempli causa duo proponam.

Attalum Emplastrum ad vulnera.

Est igitur ad vulnera Attalum: quod habet

bet

l. 2. *Habet.* L. l. 4. *mysi.* l. 6. *ceræ.* P. I. * l. 7. *heminam.* L. l. 11. *est, et.* l. 21. *hyssopo* pro *œsypo.* l. 25. *si.* l. 26. *habenda sit, meliora sunt; alias deteriora, nec, nisi cum utraque opus est, aut in singulis singulorum inopia, utenda veniunt. Sed.* L.

e *Scribon. Larg. cap. LXXXI. c.* 211. † *Casaub. ad Spartiani Adrianum c.* 21. *pag.* 192. ‡ *Idem ibidem & pag.* 232.

bet squamæ æris P. vi. * thuris fuliginis P. xv. * ammoniaci tantundem, resinæ terebinthinæ liquidæ P. xxv. * sevi taurini tantundem, aceti heminas tres, olei sextarium.

Judæi Emplastrum, fracto capiti accommodatum.

At inter ea, quæ fracto capiti accommodantur, habent quidam id, quod ad auctorem Judæum f refertur. Constat ex his: salis P. iv. * squamæ æris rubri, æris combusti, singulorum P. xii * ammoniaci thymiamatis, thuris fuliginis, resinæ aridæ, singulorum P. vi. * resinæ Colophoniacæ, ceræ, sevi vitulini curati, singulorum P. xx. * additur aceti sesquicyathus, olei minus cyatho †. 271,8.
Τεθεραπευμένα Græci appellant, quæ curata vocamus; cum ex sevo puta omnes membranulæ diligenter exemptæ sunt, aut ex alio medicamento.

12. *Emplastra* ἐπισπαστικά. g.

Sunt etiam quædam emplastra nobilia ad extrahendum. quæ ipsa quoque ἐπισπαστικὰ nominantur. Quale est, quod, quia lauri baccas habet, διὰ δαφνίδων appellatur. In eo est, resinæ terebinthinæ P. x. * nitri, ceræ, picis aridæ, baccarum lauri, singulorum P. xx. * olei paulum. Quoties autem baccam, aut nucem, aut simile aliquid posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summam pelliculam esse demendam.

13. *Aliud,* διὰ δαφνίδων, *ad extrahendum, & pus movendum.*

Aliud eo nomine, quod puri quoque movendo est. Sevi vitulini, ammoniaci

l. 1. xvi. ib. om. *thuris.* l. 8. *habet.* l. 13. *Colophoniæ.* L. l. 15. om. *additur.* ib. *sesquicyathum.* l. 16. *cyathum.* l. 16. *Quæ* Τεθ. L. l. 17. om. *quæ.* L. *nos.* L. ib. *vocant.* l. 19. om. *aut.* l. 20. Διαδαφνίδων *emplastrum ad extrahendum.* l. 27. *paululum.* ib. *aut* pro *autem.* l. 33. *eodem.* L.

f *Aëtius Tetrab. IV. Serm. III. 14.* † *Rhodius de Ponderib. & Mensur. p. 35.* g *Scribon. Larg. cap. LXXXVI.*

niaci thymiamatis, picis, ceræ, nitri, baccarum lauri, reſinæ aridæ, ariſtolochiæ, pyrethri, pares portiones.

14. *Philocratis Emplaſtrum, ad extrahendum, & pus movendum.*

Præter hæc, eſt Philocratis : quod habet ſalis ammoniaci P. VII. * ariſtolochiæ P. VIII. * ceræ, reſinæ terebinthinæ, fuliginis thuris, ſingulorum P. XV. * ſpumae argenti P. XXXII. * Quibus, ut pus quoque moveant, iridis P. III. * galbani P. VI. * adiiciuntur.

15. *Ῥυπῶδες Emplaſtrum, ad extrahendum.*

Optimum tamen ad extrahendum eſt id quod a ſimilitudine ſordium ῥυπῶδες Græci appellant. Habet myrrhæ, croci, iridis, propolis, bdellii, capitulorum punici mali, aluminis & ſciſſilis & rotundi, miſyos, chalcitidis, atramenti ſutorii cocti, panacis, ſalis ammoniaci, viſci, ſingulorum P. IV. * ariſtolochiæ P. VIII. * ſquamæ æris P. XVI. * reſinæ terebinthinæ P. lxxv. * ceræ, & ſevi vel taurini vel hircini, ſingulorum P. C. *

16. *Emplaſtrum Hecatæi, ad extrahendum.*

Hecatæo quoque auctore emplaſtrum generis eiusdem fit ex his : galbani P. II. * fuliginis thuris P. IV. * picis P. VI. * ceræ, & reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P. VIII. * quibus paulum irini unguenti miſcetur.

17. *Alexandrinum Emplaſtrum viride, ad extrahendum.*

Valensque ad idem emplaſtrum viride Ale-

l. 6. *has.* om. &. L. l. 11. *iridis* P. IV. * ibid. *myſi.* l. 18. *chalcitis.* l. 19. *chalcitis.* ibid *opopanacis.* L. l. 22. LXV. l. 23. om. *ſingulorum.*

Alexandrinum est. Habet aluminis scissilis P. VIII. * salis ammoniaci P. VII. * squamæ æris P. XVI. * myrrhæ, thuris, singulorum P. XVIII. * ceræ P. cl. resinæ Colophoniacæ aut pineæ P. CXC. * olei heminam, aceti sextarium.

18. *De Emplastris exedentibus.*

Quædam autem sunt emplastra exedentia, quæ σηπτικὰ Græci vocant. quale est id, quod habet resinæ terebinthinæ, fuliginis thuris, singulorum P. II. * squamæ æris P. I. * ladani P. II. * aluminis tantundem, spumæ argenti P. IV. *

19. *Emplastrum, quod exest corpus, ossa resolvit, & supercrescentem carnem coercet.*

Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resolvit, & supercrescentem carnem coercet id, quod habet spumæ argenti, squamæ æris, uncias singulas; nitri ignem non experti, lapidis Asii, aristolochiæ P. sextantes †, ceræ, resinæ terebinthinæ, thuris, olei veteris, atramenti sutorii, salis ammoniaci P. semis, æruginis rasæ P. ‡ bessem, aceti scillitici heminam, vini aminæi tantundem.

20. *Emplastra adversus morsus, & alia recentiora vulnera.*

Emplastrum Diogenis nigrum.

Sunt etiam adversus morsus quædam accommodata; quale est Diogenis nigrum: quod habet bituminis, ceræ, resinæ pineæ aridæ, singulorum P. XX. * spumæ argenti P. C. * olei § sextarium. Aut in quo sunt squamæ æris P. IV. * cerussæ, & æruginis rasæ

R 5 sin-

l. 2. P. VIII. l. 5. *Colophoniæ.* L. ibid. cc. l. 9. *septa.* σεπτὰ. σηπτὰ. l. 11. P. 2. al. P. III. * l. 16. *& ossa.* l. 20. *Tasii.* l. 24. *scilliti.* l. 28. om. *Emplastrum Diogenis nigrum.* l. 30. *Diogeni.* l. 34. *æruginis passæ.*

† *Jo. Rhodius de Ponderib. pag.* 13. ‡ *Idem ibidem p.* 11, 12. § *Idem ibidem pag.* 27.

ſingulorum P. VIII. * ammoniaci P. XII. * ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum P. XXV. * ſpumæ argenti P. C. * olei ſextarium. Aut in quo ſunt ſquamæ æris P. XIV. galbani P. VI. * ceruſſæ, & æruginis raſæ, ſingulorum P. VIII. * ammoniaci P. XII. ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum P. LV. * ex quibus ſpuma argenti concoquitur.

21. *Epheſium Emplaſtrum rubrum, ad idem valens.*

Rubrum quoque emplaſtrum, quod Epheſium vocatur, huc aptum eſt. Habet reſinæ terebinthinæ P. II. * galbani P. IV. * minii ſinopici P. VI. * thuris fuliginis P. VI. * ceræ P. VIII. ſpumæ argenti P. LVI. * olei veteris heminam.

22. *Aliud Emplaſtrum, ad idem valens.*

Idem id, quod ex his conſtat; ſquamæ æris, thuris fuliginis, ſingulorum P. IV. * galbani P. IV. * ſalis ammoniaci P. XII. z * ceræ P. XXV. * olei tribus heminis Hæc autem aliis quoque recentioribus vulneribus recte imponuntur.

23. Λευκὰ *Emplaſtra, non gravibus vulneribus accommodata, & maxime ſenilibus.*

Sunt etiam alba lenia, λευκὰ Græci vocant, fere non gravibus vulneribus accommodata, præcipueque ſenilibus. Quale eſt quod habet ceruſſæ P. LII. * ſevi vitulini curati, & ceræ, ſingulorum P. LVIII. * olei heminas tres, ex quibus ea ceruſſa coquitur.

24. *Elephantium Emplaſtrum.* a

Aliud, quod habet ceruſſæ P. XX. * ceræ P. LV.

l. 5. *P.* VI. l. 5. 7. om *ſingulorum P.* VIII. * *ammoniaci P.* XII. *ceræ reſinæ pineæ.* item l. 7. om. *ex quibus.* l. 9. 11. *Ethesium.* l. 29. XXXII. l. 30. XLVIII. l. 31. *concoquitur.* l. 34. *P.* *

a *Oribaſ. Synopſ. l.* III.

P. lv. * olei heminam, aquæ ſextarium. Quæ quoties adiiciuntur ceruſſæ vel ſpumæ argenti, ſcire licet, illa ex his coquenda eſſe. Eſt autem ea percandida compoſitio, quæ ſupra poſita eſt, ideoque elephantina nominatur.

25. *Lenia Emplaſtra.*

Lenia quoque quædam emplaſtra ſunt, quas *b* λιπαρὰς fere Græci nominant; ut id quod habet minii P. IV. * ſpumæ argenti P. xxv. * ceræ, & adipis ſuillæ, ſingulorum P. xxxv. * vitellos quatuor.

26. *Emplaſtrum lene.*

Alia compoſitio generis eiuſdem: ceræ reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P. v. * ceruſſæ P. VIII. * ſpumæ argenti, plumbi recrementi, (σκωρίαν μολύβδυ Græci vocant) ſingulorum P. x. * cicini olei, & myrtei, ſingulorum heminæ. 247,34.

27. *Archagathi Emplaſtrum lene.*

Tertia, quæ ad authorem Archagathum refertur miſyos cocti, æris combuſti, ſingulorum P. IV. * ceruſſæ coctæ P. VIII. * reſinæ terebinthinæ P. x. * ſpumæ argenti P. VI. *

28. *Emplaſtra eiuſdem generis, ad leniendum apta.*

Etiamnum generis eiuſdem: ſpumæ argenti, ceræ, adipis ſuillæ, ſingulorum P. XXVII. * vitelli cocti quatuor, roſæ hemina. Aut cerati ex oleo myrteo facti partes tres, adipis ſuillæ pars quarta, paulum ex plumbi recremento. Aut: ſpumæ argenti *c* ſelibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec

l. xxxv. l. 9. *quæ liparas. quæ* λιπαρὰ. L. l. XXVII. l. 12. *vitellos ovorum.* L. l. 15. VI. l. 17. *retrimenti.* L. ibid. *molybdi.* l. 18. xx. ib. *myſti.* l. 19. *heminæ tertia.* L. l. 21. *Alia, quæ.* L. l. 22. *myſt. miſii.* l. 29. om. *quatuor.* L. l. 30. *Aut compoſitio hæc.* L. l. 32. *Aut hæc compoſitio.* L. ib. *retrimento.*

b *Plin. XXIII.* 9. *&* *XXXIII.* c *Rhodius de Ponderibus pag.* 12.

nec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adiectum. Aut: pares portiones ceræ, ſevi, ſtibii, ſpumæ argenti, ceruſſæ.

CAP. XX.

De Paſtillis.

Et primo de his, qai ad recentia vulnera glutinanda, ſanandaque apti ſunt.

PASTILLI quoque facultates diverſas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda ſanandaque apti. Qualis eſt, qui habet chalcitidis, miſyos, ſpumæ nitri, floris æris, gallæ, aluminis ſciſſilis modice cocti, ſingulorum P. I * æris combuſti, capitulorum mali punici, ſingulorum P. III. * Hunc oportet diluere aceto, ac ſic, ubi vulnus glutinandum eſt, illinire. At, ſi nervoſus aut muſculoſus is locus eſt, commodius eſt cerato miſcere, ſic ut illius octo partes, nona huius ſit.

1. *Alius Paſtillus ad glutinanda vulnera.*

Alius ad idem. Conſtat ex his: bituminis, aluminis ſciſſilis, ſingulorum P. I. * æris combuſti P. IV. * ſpumæ argenti P. XI. * olei ſextario.

2. *De Sphragide Paſtillo, quem Polybus confecit ad glutinandum vulnus.*

Sed longe Polybi *d* celeberrimus eſt: σφραγὶς autem nominatur. Qui habet aluminis ſciſſilis P. IV. * atramenti ſutorii P. II. * myrrhæ P. V. * aloes tantundem, capitulorum punici mali, fellis taurini, ſingulorum P. VI. * quæ contrita vino auſtero excipiuntur.

3. *Paſtil-*

l. 2. *Aut hæc.* L. l. 3. *ſtibis. ſtibi.* l. 12. *chacitis. chalciteos. myſi.* l. 16. om. *ac.* l. 25. *ſextarium.* l. 26. *Polyidas.* L. l. 28. *Polyidæ.* L. al. *Polybius. Polybii.* l. 30. P. * I. 2.

d *Cœlius Aurelian. de Acut. Morb. III.* 3.

3. *Pastillus ad ulcera sordida, & nigritiem in auribus, naribus, & in obscœnis partibus, inflammationesque eorum.*

Ad ulcera sordida, & nigritiem in auribus, naribus, obscœnis partibus, inflammationesque eorum: chrysocollæ P. I. * atramenti sutorii, aluminis scissilis, singulorum P. II. * halicacabi corticis P. IV. * minii P. VI. * spumæ argenti P. XII. * cerussæ P. XVI. * quæ ex aceto & coguntur, &, ubi utendum est, diluuntur.

4. *Pastillus Andronis ad uvam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia.*

Andronis *e* vero est ad uvam inflammatam, ad naturalia sordida, etiam cancro laborantia: gallæ, atramenti sutorii, myrrhæ, singulorum P. I. * aristolochiæ, aluminis scissilis, singulorum P. II. * capitulorum punici mali P. XXV. * ex passo coactorum &, cum usus exigit, aceto vel vino dilutorum, prout valentius aut lenius vitium est, cui medendum est.

5. *Pastillus ad fissa ani, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancrum.*

Proprie autem ad ani fissa, vel ora venarum fundentia sanguinem, vel cancrum: æruginis P. II. * myrrhæ P. IV. * gummi P. VIII. thuris P. XII. * stibii, lachrymæ papaveris, acaciæ, singulorum P. XVI. * quæ ex vino & teruntur, & in ipso usu deliquantur.

6. *Pastillus ad expellendum calculum cum urina.*

Expellere autem ex vesica cum urina calculum videtur hæc compositio: cassiæ, croci,

l. 2. om. *& in.* l. 8. *haliacaccabi.* l. 10. om. *&.* L. l. 19. *capitula.* ibid. *coacta.* l. 21. *diluta.* ib. *levius.* L. l. 23. *fixa.* l. 27. *cancrum valet.* L. l. 28. om. *gummi* P. VIII. * *thuris* P. XII. * l. 28. *stibis.* l. 32. *calculum ex vesica.* L. l. 34. *cassiæ.* L.

e *Oribas. Synops. III. Galen. de Comp. Med. secund. loc. III.* 3.

croci, myrrhæ, coſti, nardi, cinnamomi, dulcis radicis, balſami, hyperici pares portiones conteruntur; deinde vinum lene inſtillatur, & paſtilli fiunt, qui ſinguli habeant P. I. * hique ſinguli quotidie mane ieiuno dantur.

CAP. XXI.

De Peſſis.

HAEC tria compoſitionum genera, id eſt, quæ in malagmatis, emplaſtris paſtillisque ſunt, maximum præcipueque varium uſum præſtant. Sed alia quoque utilia ſunt: ut ea quæ fœminis ſubiiciuntur. πεσσȣς Græci vocant. Eorum hæc proprietas eſt: medicamenta compoſita molli lana excipiuntur, eaque lana naturalibus conditur.

1. *Ad ſanguinem evocandum.*

Ad ſanguinem autem evocandum, cauneis duabus adiicitur nitri P. I. * aut allii ſemen conteritur, adiicitur myrrhæ paululum, & unguento ſuſino miſcetur. Aut cucumeris ſylveſtris pars interior ex lacte muliebri diluitur.

2. *Ad vulvam molliendam.*

Ad vulvam molliendam, ovi vitellus, & fœnum Græcum, & roſa, & crocum temperantur. Aut elaterii P. III. * ſalis tantundem, uvæ taminiæ P. VI. * melle excipiuntur.

3. *Alia Peſſi compoſitio, ad idem valens.*

Aut Boetho *a* autore croci, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum P. IV. myrrhæ P. III.

l. 5. P. * 2. al. P. * III. l. 14. *ſubiiciunt.* L. l. 20. *canneis.* l. 29. P. * 2. l. 30. *timiniæ.* l. 32. *Aliud B. a. quod habet.* L.

a *Eius meminit Cicero de Divin. II.* 21.

P. III. * rosæ P. I. * sevi vitulini P. III. * ceræ P. II. * miscentur.

4. *Ad inflammationes vulvæ Numenii Pessus.*

Optima autem adversus inflammationes vulvæ Numenii compositio est, quæ habet croci P. III. * ceræ P. I. * butyri P. VIII. * adipis anserinæ P. XII. * vitellos coctos duos, rosæ minus cyatho. 263,15.

5. *Ad eiiciendum e vulva infantem mortuum.*

Si fero infans intus decessit, quo facilius eiiciatur, malicorium ex aqua terendum, eoque utendum est.

6. *Si mulier vitio locorum concidit, qua curatione utendum sit*

Si concidere vitio locorum mulier solet, cochleæ cum testis suis comburendæ, conterendæque, deinde his mel adiiciendum est.

7. *Si mulier non comprehendit.*

Si non comprehendit, adeps leonina ex rosa mollienda est.

CAP. XXII.

De medicamentis, quibus aridis utimur.

1. *Ad carnem supercrescentem exedendam.*

QUÆDAM autem misturæ medicamentorum sunt, quibus aridis neque coactis utimur sic, ut inspergamus; aut cum aliquo liquido mixta illinamus: quale est, ad carnem supercrescentem exedendam, quod habet squamæ æris, fuliginis thuris, singulorum P. I. * æruginis P. II. * Hæc autem eadem cum melle purgant ulcera; cum cera, implent. Misy quoque & galla, si paribus portionibus misceantur, corpus consumunt: eaque vel arida inspergantur-

l. 1. P.* 22. l. 2. P.* 12. l. 11. *malocorium.* l. 17. om. *est.* L. l. 18. om. inscriptio. l. 24. om. *autem.* L. l. 29. om. *aeris.* l. 32. *&* *cum.* L.

ſpergere licet, vel excepta cadmia illinire.

2. Ad putrem carnem continendam, ne ultra ſerpat, eamqae leniter exedendam, plures compoſitiones.

Putrem vero carnem continet, neque ultra ſerpere patitur, & leniter exeſt, mel vel cum lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleæ foliis, ante ex vino decoctis. Item ſertula campana in mulſo cocta, deinde contrita. Aut calx cum cerato. Aut amaræ nuces cum allio, ſic ut huius pars tertia ſit, paulumque his croci adiiciatur. Aut quod habet ſpumæ argenti P. VI. * cornu bubuli combuſti P. XII. * olei myrtei, et vini cyathos ternos. Aut quod ex his conſtat: floris punici mali, atramenti ſutorii, aloes, ſingulorum P. II.*. aluminis ſciſſilis, thuris, ſingulorum P. IV.*. gallae P. VIII.*. ariſtolochae P. X. *. Vehementius idem facit, etiam adurendo, auripigmentum cum chalcitide, & aut nitro, aut calce, aut charta combuſta. Item ſal cum aceto. Vel ea compoſitio, quæ habet chalcitidis, capitulorum mali punici, aloes, ſingulorum P. II. * aluminis ſciſſilis, thuris, ſingulorum P. IV. * gallæ P. VIII. * ariſtolochiæ P. X. * mellis quantum ſatis ſit ad ea cogenda. Vel cantharidum, ſulphuris, ſingulorum P. I. * lolii P. III. * quibus adiicitur picis liquidæ quantum ſatis eſt ad iungendum. Vel chalcitis quoque cum reſina & ruta mixta: aut cum eadem reſina diphryges: aut uva taminia cum pice liquida. Idem vero poſſunt feces vini combuſtæ, & calcis & nitri pares

l. 1. hæc: *excepta cadmia*, ſuſpecta. l. 12. *paululum*. L. l. 28. *cantharides* * I. ibid. om. *ſingulorum*. l. 32. *timinia*. l. 34. *& feces*. L.

pares portiones. Vel aluminis ſciſſilis P. I. thuris, ſandarachæ, nitri, ſingulorum P. I. * gallæ P. VIII. * ariſtolochiæ P. X. * mellis quantum ſatis eſt.

3. *Hieræ compoſitio.* a

Eſt etiam Hieræ compoſitio, quæ habet myrrhæ, chalcitidis, ſingulorum P. II. * aloes, thuris aluminis ſciſſilis, ſingulorum P. IV. * ariſtolochiæ, gallæ immaturæ, ſingulorum P. VIII. * malicorii contriti P. XX. *

4. *Judæi compoſitio.*

Eſt & Iudæi: in qua ſunt calcis partes duæ, nitri quam ruberrimi pars tertia: quæ urina impuberis pueri coguntur, donec ſtrigmenti craſſitudo ſit. Sed ſubinde is locus, cui id illinitur, madefaciendus eſt.

5. *Jollæ compoſitio.*

At Iollas, chartæ combuſtæ, ſandarachæ, ſingulorum P. I. * calcis P. II. P. auripigmenti tantundem miſcebat.

6. *Ad ſanguinis profluvia vel ex membrana cerebri, vel aliis locis; & ad cancrum, & ad inducendam cicatricem, & ad coercendam carnem increſcentem.*

Si vero ex membrana, quæ ſuper cerebrum eſt, profluit ſanguis, vitellus combuſtus & contritus inſpergi debet. Si ex alio loco ſanguinis profluvium eſt, auripigmenti, ſquamæ æris, ſingulorum P. I. * ſandarachæ P. II. * marmoris cocti P. IV. * inſpergi debent. Eadem cancro quoque obſiſtunt. Ad inducendam cicatricem, ſpamæ æris, thuris fuliginis, ſingulorum P. II. * calcis

l. 1. P. * zz. l. 2. P. * l. 6. *Heræ.* L. l. 10. *malocorii.* P. * x l. 13. om. *&*. l. 15. *creſcentem.* l. 28. om. *ex.* l. 31. P. II. l. 32. *debet.*

a *Oribaſ. Synopſ. Lib. III. de* Paſtillis.

calcis P. IV. * Eadem increſcentem quoque carnem coercent.

7. *Timæi compoſitio ad ignem ſacrum vel cancrum.*

Timæus autem ad ignem ſacrum, vel ad cancrum his utebatur: myrrhæ P. II. * thuris, atramenti ſutorii, ſingulorum P. III. * ſandarachæ, auripigmenti, ſquamæ æris, ſingulorum P. IV. * gallæ P. VI. * ceruſſæ combuſtæ P. VIII. * Eadem vel arida inſperſa, vel melle excepta idem præſtant.

8. *Ad ſternutamenta excitanda.*

Sternutamenta vero & albo veratro, vel ſtruthio coniecto in nares excitantur, vel his miſtis. piperis, veratri albi, ſingulorum P. * III. caſtorei P. I. * ſpumæ nitri P. II. * ſtruthii P. III. *

9. *Gargarizationes quibus fieri debeant.*

Gargarizationes autem aut lævandi cauſa fiunt, aut reprimendi, aut evocandi. Lævant, lac, cremor vel ptiſanæ, vel furfurum. Reprimit aqua, in qua vel lenticula, vel roſa, vel rubus, vel cotoneum malum, vel palmulæ decoctæ ſunt. Evocant, ſinapi, piper.

CAP. XXIII.

De Antidotis, & quibus malis opitulentur.

ANTIDOTA raro, ſed præcipue interdum neceſſaria ſunt, quia graviſſimis caſibus opitulantur. Ea recte quidem dantur colliſis corporibus vel per ictus, vel ubi ex alto deciderunt, vel in viſcerum, late-

l. 1. P. IV. l. 4. *vel ad.* l. 5. *&* pro *vel.* L. l. 16. P. * 2. l. 17. P. * 1. l. 22. *autem aqua.* L. l. 34. om. *in.*

laterum, faucium, interiorumque partium doloribus. Maxime autem desideranda sunt adversus venena, vel per morsus, vel per cibos, aut potiones nostris corporibus inserta.

1. *Compositio antidoti.*

Unum est, quod habet lachrymæ papaveris P. * z. acori, malobathri P. v. * iridis Illyricæ, gummi, singulorum P. II. * anisi P. III. * nardi Gallici, foliorum rosæ aridorum, cardamomi, singulorum P. IV. * petroselini P. * III. z. trifolii P. v. * casiæ nigræ, silis, bdellii, balsami seminis, piperis albi, singulorum P. * z styracis P. * v. z. myrrhæ, opopanacis, nardi Syri, thuris masculi, hypocistidis succi, singulorum P. VI. * castorei P. VI. * costi, piperis albi, galbani, resinæ terebinthinæ, croci, floris iunci rotundi, singulorum P. VI. * z. dulcis radicis P. VIII. * z. quæ vel melle vel passo excipiuntur.

2. *Aliud antidotum,* a *Ambrosia nominatum; quod Zopyrus Ptolemæo regi composuit.*

Alterum, quod Zopyrus regi Ptolemæo dicitur composuisse, atque Ambrosiam nominasse, ex his constat: costi, thuris masculi, singulorum P. v. * piperis albi P. * z. floris iunci rotundi P. II. * cinnamomi P. III. * casiæ nigræ P. IV. * croci Cilicii P. * IV. z. myrrhæ, quam stacten nominant, P. v. * nardi Indici P. * v. z. quæ singula contrita melle cocto excipiuntur: deinde, ubi utendum est, id, quod b Ægyptiæ fabæ magnitudinem impleat, in potione vini diluitur.

 3. *An-*

l. 7. *malabathri.* L. l. 9. *aresi.* l. 11. P. IV. z. ibid. *perfolii* P. v. al *terfolii.* l. ead. *cassiæ.* L. l. 12. *carpobalsami, seminis papaveris albi* L. ibib. P. v. z. l. 14. P. v. z. l. 18. om. * l. 19 *quæ melle.* L. l. 26. & seqq. om. * l. 29 *nominat.*

a *Ambrosiæ Junii Crispi meminit Marcellus de Medic. cap. XXIII. pag.* 345. b *Rhodius de Ponderib. p.* 25.

3. *Antidotum Mithridatis.* c.

Nobiliſſimum autem eſt Mithridatis. quod quotidie ſumendo rex ille dicitur adverſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe. In quo hæc ſunt: coſti P. * z. acori P. v. * hyperici, cumini, ſagapeni, acaciæ ſucci, iridis Illyricæ, cardamomi, ſingulorum P. II. * aniſi P. III. * nardi Gallici, gentianæ radicis, aridorum roſæ foliorum, ſingulorum P. IV. * papaveris lachrymæ, petroſelini, ſingulorum P. * IV. z. caſiæ, ſileris, lolii, piperis longi, ſingulorum P. VI. * ſtyracis P. * V. z. caſtorei, thuris, hypociſtidis ſucci, myrrhæ, opopanacis, ſingulorum P. VI. * malobathri folii P. VI. * floris iunci rotundi, reſinæ terebinthinæ, galbani, dauci Cretici ſeminis, ſingulorum P. * V. z. nardi, opobalſami, ſingulorum P. * VI. z. thlaſpis P. * VI. radicis Ponticæ P. VII. * croci, zinziberis, cinnamomi, ſingulorum P. * VIII. Hæc contrita melle excipiuntur, & adverſus venenum, quod magnitudinem nucis Græcæ impleat, ex vino datur. In cæteris autem affectibus corporis pro modo eorum, vel quod *d* Aegyptiæ fabæ, vel ervi magnitudinem impleat, ſatis eſt.

CAP. XXIV.

De Acopis. a

1. *Acopum nervis utile.*

ACOPA quoque utilia nervis ſunt. Quale eſt, quod habet floris iunci rotundi P. * II. zz. coſti, iunci quadrati,

l. 5. P. s. z. l. 6. P. v. l. 8. P. II. *it.* P. III. l. 10. P. IV. l. 11. P. IV. 8. l. 12. *caſſiæ.* L. ibid. *ſcilis* pro *ſileris.* l. 13. P. v. z. l. 15. P. VI. ibid. *malabatri.* l. 18. P. VI. z. l. 19. P. VI. z. ibid. P.* v. zz. l. 20. P. VII. l. 34. P. II. zz.

c *Plin. H. N. XXIII.* 8. d *J. Rhodius de Ponderib. p.* 26. a *Scribon. Larg. cap. CLIV. c.* 26.

drati, lauri baccarum, ammoniaci, cardamomi, singulorum P. * IV. z. myrrhæ, æris combusti, singulorum P. P. VII. * iridis Illyricæ, ceræ, singulorum P. IV. * Alexandrini calami, iunci rotundi, aspalathi, xylobalsami, singulorum P. XVIII. * sevi P. I. * unguenti irini cyathum.

2. *Acopum Elæodes, nervis utile.*

Alterum, quod ἐλαιῶδες vocant, hoc modo fit: ceræ P. * z olei tantundem, resinæ terebinthinæ ad nucis iuglandis magnitudinem; simul incoquuntur: deinde infusa in mortario teruntur, instillaturque subinde quam optimi mellis acetabulum, tum irini unguenti, & rosæ terni cyathi.

3. *Ἔγχριστα ad ulcera purganda & implenda.*

Ἔγχριστα autem Græci vocant liquida, quæ illinuntur. Quale est, quod fit ad ulcera purganda & implenda, maxime inter nervos, paribus portionibus inter se mixtis, butyri, medullæ vitulinæ, sevi vitulini, adipis anserinæ, ceræ, mellis, resinæ terebinthinæ, rosæ, olei cicini. Quæ separatim omnia liquantur, deinde liquida miscentur, & tum simul teruntur. Et hoc quidem magis purgat: magis vero emollit, si pro rosa cyprus infunditur.

4. *Ad sacrum ignem.*

Ad sacrum ignem: spumæ argenti P. VI. * cornu bubuli combusti P. II. * conteruntur, adiiciturque invicem vinum, & id, quod specialiter *b* sil vocatur, & myrteum, donec utriusque terni cyathi coniiciantur.

l. 2. P. IV. z. l. 3. P. VII. l. 5. *asphalti.* l. 8. *Evodes.* l. 9. εὐῶδες. l. 10. P. z. l. 23. *cilicini.* al. *cilini.* l. 32. *sic* pro *sil.* L. l. 33. *coniiciantur.*

b *Omnes edit.* Sil. *cuius meminit Plin. H. N. XXXIII.* 13. *Plura loca congessit Rhodius ad Scribon. Larg. cap. XXX. c.* 126. *& in Lexico.*

CAP. XXV.

De Catapotiis.

1. *Catapotium ad ſomnum accerſendum, & levationem doloris, & ſimul ad concoquendum.*

CATAPOTIA quoque multa ſunt, variisque de cauſis fiunt. Ἀνώδυνα vocant, quæ ſomno dolorem levant. Quibus uti, niſi nimia neceſſitas urget, alienum eſt. Sunt enim ex vehementibus medicamentis, & ſtomacho alienis. Poteſt tamen etiam ad concoquendum, quod habet papaveris lachrymæ, galbani, ſingulorum P. I. * myrrhæ, caſtorei, piperis, ſingulorum P. II. * Ex quibus, quod ervi magnitudinem habet, ſatis eſt devoraſſe.

2. *Catapotium valentius ad ſomnum.*

Alterum, ſtomacho peius, ad ſomnum valentius, ex his fit: mandragoræ P. * z. apii ſeminis, item hyoſcyami ſeminis, ſingulorum P. IV. * quæ ex vino teruntur. Unum autem eiuſdem magnitudinis, quæ ſupra poſita eſt, abunde eſt ſumpſiſſe.

3. *Catapotium ad plurimos dolores per ſomnum leniendos.*

Sive autem capitis dolores, ſive ulcera, ſive lippitudo, ſive dentes, ſive ſpiritus difficultas, ſive inteſtinorum tormenta, ſive inflammatio vulvæ eſt, ſive coxa, ſive iecur, aut lienis, aut latus torquet, ſive vitio locorum aliqua prolabitur & obmuteſcit, occurrit dolori per quietem eiuſmodi catapotium. Silis, acori, rutæ ſilveſtris ſeminis, ſingulorum P. II. * caſtorei, cinnamomi, ſin-

l. 5. *coquendum.* L. l. 10. *prodeſt.* L. l. 19. P. z. l. 21. P. IV. l. 29. *vulvæ, ſive coxæ eſt.* L. l. 33. P. II.

ſingulorum P. II. * papaveris lachrymæ, panacis radicis, mandragoræ malorum aridorum, iunci rotundi floris, ſingulorum P. II. * piperis grana LVI. Hæc per ſe contrita, rurſus inſtillato ſubinde paſſo, ſimul omnia teruntur, donec craſſitudo ſordium fiat. Ex eo paulum aut devoratur, aut aqua diluitur, & potui datur.

4. *Capatotium aliud ad multa valens.*

Quinetiam ſilveſtris papaveris, cum iam ad excipiendam lachrymam maturum eſt, manipulus, qui manu comprehendi poteſt, in vas demittitur, & ſuperinfunditur aqua, quæ id contegat, atque ita coquitur. Ubi iam bene manipulus is coctus eſt, ibidem expreſſus proiicitur; & cum eo humore paſſum pari menſura miſcetur, inferve tque, donec craſſitudinem ſordium habeat. Cum infrixit, catapotia ex eo fiunt, ad noſtræ † fabæ magnitudinem, habentque uſum multiplicem. Nam & ſomnum faciunt, vel per ſe aſſumpta, vel ex aqua data: & aurium dolores levant, adiectis exiguo modo rutæ ſucco, ac paſſo: & tormina ſupprimunt ex vino liquata: & inflammationem vulvæ coercent, miſta cerato ex roſa facto, cum paulum his croci quoque acceſſit: & ex aqua fronti inducta, pituitam in oculos decurrentem tenent.

5. *Catapotium ad inducendum ſomnum, quem vulva dolens prohibuit.*

Item, ſi vulva dolens ſomnum prohibet, croci P. II. * aniſi, myrrhæ, ſingulorum P. I. * papaveris lachrymæ P. IV. * cicutæ ſemi-

l. 4. P. II. l. 16. *proiiciatur.* L. ibid. *paſſi.* l. 17. *miſceatur, inferveatque.* L. l. 24. *ſucci ac paſſi.* l. 27. *paululum.* L. l. 30. *quod* pro *quem.*

† *Rhodius de Ponderib. pag.* 25.

ſeminis P. VIII. * miſcentur, excipiunturque vino veteri, &, quod lupini magnitudinem habet, in tribus cyathis aquæ diluitur. Id tamen in febre periculoſe datur.

6. *Ad iecur ſanandum.*

Ad ſanandum iecur, nitri P. z. * croci, myrrhæ, nardi Gallici, ſingulorum P. I. * melle excipiuntur, daturque, quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem habeat.

7. *Ad finiendos dolores lateris.*

Ad lateris dolores finiendos, piperis, ariſtolochiæ, nardi myrrhæ pares portiones.

8. *Ad thoracis dolores finiendos.*

Ad thoracis, nardi P. I. * thuris, caſiæ, ſingulorum P. III. * myrrhæ, cinnamomi, ſingulorum P. VI. * croci P. VIII. * reſinæ terebinthinæ quadrans, mellis heminæ tres.

9. *Catapotium Athenionis ad tuſſim.*

Ad tuſſim, Athenionis: myrrhæ, piperis, ſingulorum P. I. * caſtorei, papaveris lachrymæ, ſingulorum P. I. * Quæ ſeparatim contuſa poſtea iunguntur, & ad magnitudinem fabæ noſtræ, bina catapotia mane, bina noctu dormituro dantur.

10. *Catapotium Heraclidis Tarentini ad tuſſim & ſomnum.*

Si Tuſſis ſomnum prohibet, ad utrumque Heraclidis Tarentini: croci P. I. * cinnamomi, caſtorei, papaveris lachrymæ, ſingulorum P. I. * myrrhæ, piperis longi, coſti, galbani, ſingulorum P. * z.

11. *Catapotium ad purganda ulcera in faucibus tuſſientibus.*

Quod ſi purganda ſunt ulcera in faucibus

l. 6. P. z. l. 7. P. I. l. 14. P. I. ib. *caſſiæ* L. l. 15. P. III. l. 29. *At ſi.* L. l. ead. *utramque.* l. 30. P. I. l. 31. P. z.

bus tussientibus: panacis, myrrhæ, resinæ, terebinthinæ, singulorum P. v. * galbani P. * z. hyssopi P. * z. conterenda sunt, hisque hemina mellis adiicienda. & quod digito excipi potest, devorandum est.

12. *Colice Cassii medici.*

Colice vero Cassii ex his constat: *a* croci, 224,1.
anisi, castorei, singulorum P. III. * petroselini P. IV. * piperis & longi, & rotundi, singulorum P. v. * papaveris lachrymæ, iunci rotundi, myrrhæ, nardi, singulorum P. VI. * quæ melle excipiuntur. Id autem & devorari potest, & ex aqua calida sumi.

13. *Ad infantem mortuum aut secundas expellendas.*

Infantem vero mortuum, aut secundas expellit aquæ potio, cui salis ammoniaci P. I. * aut cui dictamni Cretici P. I. * adiectum est.

14. *Laborantibus ex partu quid dari debeat.*

Ex partu laborantibus, erysimum ex vino tepido ieiunis dari debet.

15. *Ad adiuvandam vocem.*

Vocem adiuvat, thuris P. I. * in duobus cyathis vini datum.

16. *Adversus difficultatem urinæ.*

Adversus urinæ difficultatem: piperis longi, castorei, myrrhæ, galbani, papaveris lachrymæ, croci, costi, unciæ singulæ, styracis, resinæ terebinthinæ pondo sextantes, mel, absinthii cyathus. Ex quibus ad magnitudinem fabæ Ægyptiæ & mane & cœnato dari debet.

17. *Arteriaces compositio quomodo fiat.*

Arteriace vero hoc modo fit: casiæ, iri-

l. 2. P.* l. 3. P. z. ibid. P. z. l. 6. 7. *collice.* l. 20. *laboranti.* l. 21 *ieiunæ.* l. 23. P. 1. l. 30. *mellis absinthii* posuit L. sed lege: *melampsithii.* l. 34. *cassiæ.* l. 31. om. *&* L. l. 34. *cassiæ.* L.

a *Forte* costi *uti libro IV. c.* 14. *sed malim ibi legere* croci, *ita Scribon. Larg. cap. XXIX. cuius descriptio in aliis variat.*

dis, cinnamomi, nardi, myrrhæ, thuris, ſingulorum P. I. * croci P. I. * piperis † grana xxx. ex paſſi tribus ſextariis decoquuntur, donec mellis craſſitudo his fiat. Aut croci, myrrhæ, thuris, ſingulorum P. I. * coniiciuntur in paſſi eundem modum, eodemque modo decoquuntur. Aut eiusdem paſſi heminæ tres uſque eo coquuntur, donec extracta inde gutta indureſcat, & adiicitur tritæ caſiæ P. I. *

CAP. XXVI.

De quinque generibus noxarum corporis.

CUM facultates medicamentorum propoſuerim; genera, in quibus noxa corpori eſt, proponam. Ea quinque ſunt. Cum quid extrinſecus læſit, ut in vulneribus. Cum quid intra ſeipſum corruptum eſt, ut in cancro. Cum quid innatum eſt, ut in veſica calculus. Cum quid increvit, ut vena, quæ intumeſcens in varicem convertitur. Cum quid deeſt, ut cum curta pars aliqua eſt. Ex his alia ſunt, in quibus plus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit. Ergo, dilatis his, quæ præcipue ſcalpellum & manum poſtulant, nunc de his dicam, quæ maxime medicamentis egent. Dividam autem hanc quoque curandi partem, ſicut priorem; & ante dicam de his, quæ in quamlibet partem corporis incidunt: tum de his, quæ certas partes infeſtant. Incipiam a vulneribus.

I. *De vulneribus, quæ per tela inferuntur.*

In his autem ante omnia ſcire medicus debet,

l. 2. P. I. ibid. P. I. l. 5. P. I. l. 10. *caſſiæ.* ibid. P. I. l. 12. *corporis, & primo de vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur.* l. 22. *aut* pro *ut.* L. l. 24. om. *plus.* L. l. 25. *Ego.* L. l. 26. *in* pro *&.* al. *aut* vel *ac.* l. 30. *inducunt* pro *incidunt.* l. 33. om. inſcriptio.

† *pag.* 252. 257.

debet, quæ inſanabilia ſint, quæ difficilem
curationem habeant, quæ promptiorem. Eſt
enim prudentis hominis, primum eum, qui
ſervari *b* non poteſt, non attingere, nec ſub-
ire ſpeciem eius, ut occiſi, quem ſors ipſius 14, 1.
peremit. Deinde, ubi gravis metus ſine cer-
ta tamen deſperatione eſt, indicare neceſſa-
riis periclitantis, in difficili *c* rem eſſe: ne,
ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fe-
felliſſe videatur. Sed ut hæc prudenti viro
conveniunt: ſic rurſus hiſtrionis eſt, parvam
rem attollere, quo plus præſtitiſſe videatur.
Obligarique æquum eſt confeſſione promptæ
rei, quo curioſius etiam circumſpiciat, ne,
quod per ſe exiguum eſt, maius curantis ne-
gligentia fiat.

2. *Quæ vulnera inſanabilia ſint.*

d Servari non poteſt, cui baſis cerebri,
cui cor, cui ſtomachus, cui iocinoris portæ,
cui in ſpina † medulla percuſſa eſt; cuique
aut pulmo medius, aut ieiunum, aut *e* tenuius 184,19.
inteſtinum, aut ventriculus, aut renes vulne-
rati ſunt; cuive circa fauces grandes venæ, 81,23.
vel arteriæ præciſæ ſunt.

3. *Quæ vulnera difficilem curationem habeant.*

Vix autem ad ſanitatem perveniunt, qui-
bus ulla parte pulmo, aut iocinoris craſ-
ſum, aut membrana, quæ continet cere- 512,13.
brum, aut lienis, aut vulva, aut veſica,
aut ullum inteſtinum, aut ſeptum tranſver-
ſum vulneratum eſt. Hi quoque in præcipi-
ti ſunt, in quibus uſque ad grandes intusque
con-

l. 1. *ſint, & quæ.* L. l. 6. *interemit.* L. l. 10. *ſe videatur.* l. 13. om. *que.* L. l. 27. *aut pulmo.* L.

b *Hipp. de Arte T. IV. 6. XXIII. 5. 6. Apuleius de Doctr. Plat. Lib. II. Cicero ad Att. Lib. XVI. Ep.* 15. *Ritterſhuſ. ad Iſid Peluſiot. Lib. II. Ep.* 16. c *Æginet. VI.* 88. d *Aph. VI.* 18. *Coac. Not. III.* 387. *II. Prædict. XIX. XXII.*
† *Exemplum vide apud Tulpium Obſ. Lib. III. c.* 27.
e *Aph. VI.* 24. *Coac. Not. III.* 379. 389.

conditas venas in alis pel poplitibus mucro deſedit. Periculoſa etiam vulnera ſunt, ubicunque venæ maiores ſunt, quoniam exhaurire hominem profuſione ſanguinis poſſunt. Idque evenit non in alis tantum, atque poplitibus; ſed etiam in his venis, quæ ad anum teſticulosque perveniunt. Præter hæc malum vulnus eſt, quodcunque in alis vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt. Item quodcunque mu-
81,23. ſculum, aut nervum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læſit.

4. *Quæ vulnera tutiorem curationem habeant.*

Tutiſſimum omnium, quod in *f* carne eſt. Et hæc quidem loco vel peiora, vel meliora ſunt. Modo vero periculum facit, quocunque magnum eſt.

5. *Obſervationes in vulneris genere & figura.*

Aliquid etiam in vulneris genere figuraque eſt. Nam peius eſt, quod etiam colliſum, quam quod tantum diſciſſum eſt. adeo ut acuto quoque, quam retuſo telo, vulnerari commodius ſit. Peius etiam vulnus eſt, ex quo aliquid exciſum eſt; ex quove caro alia parte abſciſſa, alia dependet. Peſſima, quæ plaga *g* in orbem eſt: tutiſſima, quæ lineæ modo recta eſt. Quo deinde propius huic illive figuræ vulnus eſt, eo vel deterius vel tolerabilius eſt.

6. *Ætatis obſervatio, & corporis, & vitæ,*
18,33. *& temporis.*

119,31. Quinetiam confert aliquid & ætas, & *h* corpus, & vitæ propoſitum, & anni tempus. quia facilius ſaneſcit puer vel adoleſcens, quam ſenior: valens, quam infirmus: neque

l. 2. *Cæſarius deſcendit* pro *deſedit.* non ſatis apte. l. 9. om. *vel inter articulos.* L. l. 18. *Obſervationes quædam & ætatis & corporis & vitæ & temporis in vulneribus.* l. 22. *retunſo.* l. 25. *quæque.* al. *que.* l. *curva.* L. l. 29. om. inſcriptio.

f *Hippocrat. Coac.* Not. *III.* 390. & *I. de Morb. III.* 5.
g *II. Prædict. XXIV.* 2. *Coac. Præn. III.* 389. h *II Prædict. XIX.* 7.

neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam ſi alterum ex his eſt: integri habitus, quam corrupti: exercitatus, quam iners: ſobrius & temperans, quam vino venerique deditus. Opportuniſſimumque curationi tempus *i* vernum eſt; aut certe neque fervens, neque 42,17.
frigidum. ſiquidem vulnera & nimius calor & nimium frigus infeſtant; maxime tamen horum varietas: ideoque perniciosiſſimus autumnus eſt. 33,33.

7. Signa eorum, quæ intus læſa ſunt.

Sed pleraque ex vulneribus oculis ſubiecta ſunt: quorundam ipſæ ſedes indices ſunt, quas alio loco demonſtravimus, cum poſitus interiorum partium oſtendimus. Verumtamen, quia quædam vicina ſunt, intereſt quoque, vulnus in ſumma parte ſit, an penitus penetraverit, neceſſarium eſt notas ſubiicere, per quas, quid intus ictum ſit, ſcire poſſimus; & ex quibus vel ſpes, vel deſperatio oriatur.

8. *Signa percuſſi cordi.* k

Igitur, corde percuſſo, ſanguis multus fertur, venæ langueſcunt, color pallidiſſimus, ſudores frigidi, malique odoris, tanquam in rorato corpore oriuntur; extremisque partibus frigidis *l* matura mors ſequitur.

9. *Signa pulmonis icti.* m

Pulmone vero icto, ſpirandi difficultas eſt: ſanguis ex ore ſpumans, ex plaga rubens, ſimulque etiam ſpiritus cum ſono fertur: in vulnus inclinari iuvat: quidam ſine ratione conſurgunt. Multi ſi in ipſum vulnus incli-

l. 11. om. inſcriptio. l. 17. *que*. L. l. 18. *penitius*. L. l. 19. *actum*. l. 21. *oritur*. l. 26. *in ægroto*. L. al. *irrorato*. l. 30. om. *vero*. L.

i *Aph. VI.* 47. k *Æginet. VI.* 88. l *Aph. VIII.* 12. m *Æginet. VI.* 88.

inclinati ſunt, loquuntur: ſi in illam partem, obmuteſcunt.

10. *Signa iocinoris vulnerati.*

Iocinoris autem vulnerati notæ ſunt: multus ſub dextra parte præcordiorum profuſus ſanguis: ad ſpinam reducta præcordia; in ventrem cubandi dulcedo; punctiones, doloresque uſque ad iugulum, iunctumque ei latum ſcapularum os, intenti. quibus nonnumquam etiam bilioſus vomitus accedit.

11. *Signa percuſſorum renum.*

Renibus vero percuſſis, dolor ad inguina teſticulosque deſcendit: difficulter urina redditur; eaque aut eſt cruenta, aut cruor fertur.

12. *Signa vulnerati lienis.*

At, lieno icto, ſanguis niger a ſiniſtra parte prorumpit: præcordia cum ventriculo ab eadem parte indureſcunt: ſitis ingens oritur: dolor ad iugulum, ſicut iocinore vulnerato, venit.

13. *Signa percuſſæ vulvæ.*

At, cum vulva percuſſa eſt, dolor inguinibus, & coxis, & femoribus eſt: ſanguinis pars per vulnus, pars per naturale deſcendit: vomitus bilis inſequitur. Quædam obmuteſcunt; quædam mente labuntur; quædam, ſui compotes, nervorum oculorumque dolore urgeri ſe confitentur; morientesque tandem eadem, quæ corde vulnerato, patiuntur.

14. *Signa percuſſi cerebri, vel membranæ eius.*

Sin cerebrum membranave eius vulnus accepit,

l. 9. *latus.* ibid. *intentum.* l. 12. *renium.* l. 24. *dolor in.* L. l. 25. *feminibus.* L. l. 26. *naturam* L. l. 31. om. *tandem.* L. al. om. *eadem.* l. 34. *Si.* L. al. *Enim vero ſi.*

accepit, ſanguis per nares, quibuſdam etiam per aures exit; fereque bilis *n* vomitus inſequitur: quorundam ſenſus obtunduntur, appellatique ignorant: quorundam trux vultus eſt: quorundam oculi, quaſi reſoluti, huc atque illuc moventur: fereque tertio, vel quinto die delirium accedit. Multorum etiam nervi *o* diſtenduntur. Ante mortem autem plerique faſcias, quibus caput deligatum eſt, lacerant, ac nudum vulnus frigori obiiciunt.

15. *Signa ſtomachi percuſſi.*

Ubi ſtomachus autem percuſſus eſt, ſingultus, & bilis vomitus inſequitur: ſi quid cibi vel potionis aſſumptum eſt, id redditur cito: venarum motus elangueſcunt: ſudores tenues oriuntur; per quos extremæ partes frigeſcunt.

16. *Signa ieiuni inteſtini, & ventriculi vulnerati, & aliorum inteſtinorum.* p

Communes vero ieiuni inteſtini & ventriculi vulnerati notæ ſunt. Nam cibus & potio per vulnns exeunt: præcordia indureſcunt: nonnunquam bilis per os redditur. Inteſtino tantum ſedes inferior eſt. Cætera inteſtina icta vel ſtercus †, vel odorem eius exhibent.

17. *Signa percuſſæ medullæ, quæ in ſpina eſt.*

Medulla vero, quæ in ſpina eſt, diſcuſſa, nervi ſolvuntur, aut diſtenduntur: ſenſus intercidit: interpoſito tempore aliquo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen, vel urinam, vel etiam ſtercus excernunt.

18. *Si-*

l. 6. *huc illucque.* L. al. *huc illuc commoventur.* l. 15. *ea.* l. 29. *diſciſſa.* L. al. *percuſſa* malunt.

n *Aphor.* VI. 50. *Æginet.* VI. 88. *Hippocr. Coac. Not.* III. 383. 384. o *Ægin.* VI. 90. p *Idem ibid.* 88. † *Valleriola Obſ. Lib.* II. *obſ.* 9.

18. *Signa septi transversi percussi.*

At, si septum transversum percussum est, præcordia sursum contrahuntur, spina dolet, spiritus rarus est, sanguis spumans fertur.

19. *Signa vesicæ vulneratæ.*

Vesica vero vulnerata, dolent inguina: quod super pubem est, intenditur: pro urina, sanguis; aut ex ipso vulnere urina descendit: stomachus afficitur. itaque aut bilem vomunt, aut singultiunt: frigus, & ex eo mors sequitur.

20. *De sanguine, & sanie, & pure, & eorum speciebus: quandoque meliora, deteriorave sint.*

His cognitis, etiamnum quædam alia noscenda sunt, ad omnia vulnera ulceraque, de quibus dicturi sumus, pertinentia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, varie crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimum albidissimumque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam sanescente. Sanies est inter utrumque tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectante. Rursus & sanies & pus quasdam species Græcis nominibus distinctas habent. Est enim quædam sanies, quæ vel ἰχὼρ, vel μελίκηρα nominatur. Est pus, quod ἐλαιῶδες appellatur. Ἰχὼρ q tenuis, subalbidus, ex malo ulcere exit, maximeque ubi, nervo læso, inflammatio secuta est. Μελίκηρα crassior est, glutinosior, & subalbida, mellique albo subsimilis. Fertur hæc quoque ex malis

ulce

l. 9. *at* pro *aut* L. l. 28. *hydrops* pro ἰχὼρ. ibid. *meliceria.* μελικηρία μελίκηρος *melitera* l. 31. om. *est.* l. 30. *hydrops* l. 32. *meliceria.* μελικηρία. μελίκηρος *melitera.* l. 33. *& glutinosior, sub alb.* l. 34. *subsimilis fertur. Hæc.*

q *Mercurial. Variar. Lect. IV.* 12.

ulceribus, ubi nervi circa articulos læſi ſunt; & inter hæc loca, maximeque ex genibus. Ελαιῶδες tenue, ſubalbidum, quaſi unctum, colore atque pinguitudine oleo albo non diſſimile apparet in magnis ulceribus ſaneſcentibus. Malus eſt autem ſanguis; nimium aut tenuis, aut craſſus; 82, 1.
colore vel lividus, vel niger; aut pituita miſtus, aut varius. Optimus calidus, rubens, modice craſſus, non glutinoſus. Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio eſt, ex quo ſanguis bonus fluxit. Itemque poſtea ſpes in his maior eſt, ex quibus melioris generis quæque proveniunt. Sanies igitur mala eſt, multa, nimis tenuis, livida, aut pallida, aut nigra, aut glutinoſa, aut mali odoris, aut quæ & ipſum ulcus, & iunctam ei cutem erodit. Melior eſt non multa, modice craſſa, ſubrubicunda, aut ſubalbida. ἰχὼρ autem peior eſt multus, craſſus, ſublividus aut ſubpallidus, glutinoſus, ater, calidus, mali odoris. Tolerabilior eſt ſubalbidus, qui cætera omnia contraria prioribus habet. Melicera autem mala eſt, multa, & percraſſa; melior, quæ & tenuior, & minus copioſa eſt. Pus inter hæc optimum eſt. Sed id quoque peius eſt, multum, tenue, dilutum; magisque, ſi ab initio tale eſt: itemque, ſi colore ſero ſimile, ſi pallidum, ſi lividum, ſi fæculentum. Præter hæc, ſi male olet, niſi tamen locus hunc odorem excitat. Melius eſt, quo minus eſt, quo craſſius, quo albi- 321,20.
dius: itemque, ſi læve eſt, ſi nihil olet, ſi æqua-

l. 4. *unguinoſum.* L. l. 17. om. *&.* L. l. 19. om. *eſt.* l. 20. *hydrops.* l. 23. *quique.* L. l. 24. *μελικηρὸς. meliceria. μελικηρία. melitera.*

æquale eſt. Modo tamen, convenire & magnitudini vulneris, & tempori debet. Nam plus ex maiore, plus nondum ſolutis inflammationibus naturaliter fertur. Ἐλαιῶδες quoque peius eſt multum, & parum pingue: quo minus autem, quoque id ipſum pinguius, eo melius eſt.

21. *Curatio adverſus profuſionem ſanguinis in vulneribus.* r

Quibus exploratis, ubi aliquis ictus eſt, qui ſervari poteſt, protinus proſpicienda duo ſunt: ne ſanguinis profuſio, neve inflammatio interimat. Si profuſionem timemus (quod ex ſede vulneris, & magnitudine eius, & ex impetu ruentis ſanguinis intelligi poteſt) ſiccis linamentis vulnus implendum eſt, ſupraque imponenda ſpongia ex aqua ſ frigida expreſſa, ac manu ſuper comprimenda. Si parum ſic ſanguis conquieſcit, ſæpius linamenta mutanda ſunt. Et, ſi ſicca parum valent, aceto madefacienda ſunt. Id vehemens ad ſanguinem ſupprimendum eſt: ideoque quidam id vulneri infundunt. Sed alius rurſus metus ſubeſt; ne, nimis valenter ibi retenta materia, magnam inflammationem poſtea moveat. Quæ res efficit, ut neque rodentibus medicamentis, neque adurentibus, & ob id ipſum inducentibus cruſtam, ſit utendum, quamvis pleraque ex his ſanguinem ſuppriment: ſed, ſi ſemel ad ea decurritur, his potius, quæ mitius idem efficiunt. Quod ſi illa quoque profluvio vincuntur, venæ, quæ ſanguinem fundunt, appre-

204,15. 293,18.

l. 6. *etiam* pro *autem*. al. legunt. *eius*. l. 13. quidam in marg. *intervenit*. l. 14. *&* *ex*. L. l. 27. om. *ut*. l. 30. *ſit utendum* poſt *ſuppriment* legit. L. l. 32. om. *his*.

r *Æginet*. IV. 53. *Aëtius Tetrab. IV. Serm. II* 51.
ſ *Frigidam potui exhibet Aëtius Tetr. I. Serm. III. c.* 145. *Celſ.* 204, 31.

apprehendendæ, circaque id, quod ictum eſt, duobus locis deligandæ intercidendæque ſunt, ut & in ſe ipſæ coeant, & nihilominus ora præcluſa habeant. Ubi ne id quidem res patitur, poſſunt ferro candenti aduri. Sed etiam ſatis multo ſanguine effuſo ex eo loco, quo neque nervus, neque muſculus eſt, ut puta in fronte, vel ſuperiore capitis parte, commodiſſimum tamen eſt, cucurbitulam admovere a diverſa parte, ut illuc ſanguinis curſus revocetur.

22. *Curationes adverſus vulnerum inflammationem.*

Et adverſus profuſionem quidem in his auxilium eſt: adverſus inflammationem autem, in ipſo ſanguinis curſu. Ea timeri poteſt, ubi læſum eſt vel os, vel nervus, vel cartilago, vel muſculus, aut ubi parum ſanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, ſanguinem mature ſupprimere non oportebit; ſed pati fluere, dum tutum erit, adeo ut, ſi parum fluxiſſe videbitur, mitti quoque ex brachio debeat; utique, ſi corpus iuvenile, & robuſtum, & exercitatum eſt: multoque magis, ſi id vulnus ebrietas præceſſit. Quod ſi muſculus læſus videbitur, præcidendus erit. nam percuſſus, mortiferus eſt: præciſus, ſanitatem recipit.

26. *De glutinatione vulnerum.*

Sanguine autem vel ſuppreſſo, ſi nimius erumpit; vel exhauſto, ſi per ſe parum fluxit; longe optimum eſt, vulnus glutinari. Poteſt autem id, quod vel in cute,

T 2 vel

l. 6. *Sic* pro *ſed.* L. l. 14. om. *tamen.* L.
l. 15. *adverſa.* L. l. 34. *vel quod.*

vel etiam in carne est; si nihil ei præterea mali accedit. Potest caro, alia parte dependens, alia inhærens; si tamen etiamnum integra est, si coniunctione corporis fovetur.

In his vero, quæ glutinantur, duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte est, sui debet: maximeque, si discissa auris ima est, vel imus nasus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter. Si vero in carne vulnus est, hiatque, neque in unum oræ facile attrahuntur, sutura quidem aliena est: imponendæ vero fibulæ sunt (ἀγκτῆρας Græci nominant) quæ oras, paulum tamen, contrahant; quo minus lata postea cicatrix sit.

Ex his autem colligi potest, id quoque, quod alia parte dependens, alia inhærebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet. Ex quibus neutra ante debet imponi, quam intus vulnus purgatum est: ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur. Id enim & in pus vertitur, & inflammationem movet, & glutinari vulnus prohibet. Ne linamentum quidem, quod supprimendi sanguinis causa inditum est, inibi relinquendum est. nam id quoque inflammat.

Comprehendi vero sutura, vel fibula, non cutem tantum, sed etiam aliquid ex carne, ubi suberit hæc, oportebit; quo valentius hæreat, neque cutem abrumpat. Utraque optima est ex *t* * acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insidat.

Ultra-

l. 6. om. *est.* l. 14. *nominarunt.* L. l. ead. *paulatim.* L. l. 17. *utrum id.* L. l. 34. *insideat.* L.

t *De ea librum scripsit Joan. Rhodius. Turneb. Advers. XVII.* 21. * *H. F. ab Aquapendente, Oper. Chirurg. p.* 1. *c.* 17. *pag.* 70. *Salmasius Epist.* 45. *&* 49.

Utraque neque nimis rara, neque nimis crebra iniicienda eſt. Si nimis rara eſt, non continet: ſi nimis crebra eſt, vehementer afficit; quia, quo ſæpius acus corpus tranſivit, quoque plura loca iniectum vinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur; magisque æſtate. Neutra etiam vim ullam deſiderat: ſed ea hactenus utilis eſt, qua cutis ducentem quaſi ſua ſponte ſubſequitur. Fere tamen fibulæ latius vulnus eſſe patiuntur: ſutura oras iungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto debent; ut ſi quid intus humoris concreverit, ſit qua emanet. Si quod vulnus neutrum horum recipit, id tamen purgari debet.

Deinde omni vulneri primo imponenda eſt ſpongia ex * aceto expreſſa. Si ſuſtinere 290,21. aliquis aceti vim non poteſt, vino utendum eſt. Levis plaga iuvatur etiam, ſi ex aqua frigida expreſſa ſpongia imponitur. Sed ea, 204,16. quocunque modo impoſita eſt, dum madet, prodeſt: itaque ut inareſcat, non eſt committendum. Licetque ſine peregrinis, & conquiſitis, & compoſitis medicamentis vulnus curare. Sed ſi quis huic parum confidit, imponere medicamentum debet, quod ſine ſevo compoſitum ſit ex his, quæ cruentis vulneribus apta eſſe propoſui: 268. maximeque ſi caro eſt, Barbarum: ſi nervi, 269. vel cartilago, vel aliquid ex eminentibus, 260, quales aures, vel labra ſunt, Polybi ſphra- 16. gidem. Alexandrinum quoque viride ner- 268. vis idoneum eſt: eminentibusque par- 264. tibus 32.

l. 4. CAESARIUS in marg. *tranſuit.* l. 10. *Fere etiam.* L. l. 15. *quid.* l. 23. *manet.* l. ead. *inhareſcat.* l. 32. *Polybii.*

Maledictam methodum dicit Ettmuller. in Comment. ad Schrod. & Morel. pag. 408.

tibus ea, quam Græci ῥύπτουσαν vocant. Solet etiam, collifo corpore, exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienum eft, fcalpello latius aperire; nifi mufculi, nervique iuxta fint, quos incidi non expedit. ubi fatis diductum eft, medicamentum imponendum eft. At, fi id, quod collifum eft, quamvis parum diductum eft, latius tamen aperiri propter nervos aut mufculos non licet; adhibenda funt ea, quæ humorem leniter extrahant; præcipueque ex
264,15. his id, quod ῥυπῶδες vocari propofui. Non alienum eft etiam, ubicunque vulnus eft grave impofitum, quo id iuvetur, infuper circumdare lanam fuccidam ex aceto & oleo: vel cataplafma, fi mollis is locus eft, quod leniter reprimat; fi nervofus, aut mufculofus, quod emolliat.

24. *Quomodo vulnus ligari conveniat.*

Fafcia vero ad vulnus deligandum lintea aptiffima eft: eaque lata effe debet, ut femel iniecta non vulnus tantum, fed paulum utrinque etiam oras eius comprehendat. Si ab altera parte caro magis receffit, ab ea melius attrahitur: fi æque ab utraque, tranfverfe comprehendere oras debet; aut fi id vulneris ratio non patitur, media primum iniicienda eft, ut tum in utramque partem ducatur. Sic autem deligenda eft, ut & contineat, neque adftringat. quod non conti-
300,17. netur, elabitur: quod nimis adftrictum eft, cancro periclitatur. Hieme fæpius fafcia circuire debet: æftate, quoties neceffe eft. Tum extrema pars eius inferioribus acu affuen-

l. 1. ῥάπτουσαν. *rhaptusam.* l. 5. *funt.* L. l. 6. *deductum.* l. 8. *iis.* it. *deductum.* l. 20. *linea.* L. l. 22. *paululum.* L. l. 23. om. *etiam.* L. l. 25. *transverfa.* l. 30. *nec.* L.

aſſuenda eſt. nam nodus vulnus lædit; niſi tamen longe eſt.

Illo neminem decipi decet, ut propriam viſcerum curationem requirat, de quibus ſupra poſui. Nam plaga ipſa curanda extrinſecus, vel ſutura, vel alio medicinæ genere eſt. In viſceribus nihil movendum eſt; niſi, ſi quid ex iocinore, aut liene, aut pulmone duntaxat extremo dependeat, præcidatur. Alioqui vulnus interius ea victus ratio eaque medicamenta ſanabunt, quæ cuique viſceri convenire ſuperiore libro propoſui.

25. *Quomodo vulnerato agendum ſit.*

His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus eſt: iſque ſi grave vulnus eſt, abſtinere, quantum vires patiuntur, ante inflammationem, a cibo debet: bibere, donec ſitim finiat, aquam calidam; vel, ſi æſtas eſt, neque febris, neque dolor eſt, etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum eſt, ſed ſemper pro viribus corporis æſti- 120, 7.
mandum,] ut imbecillitas etiam cibum protinus facere neceſſarium poſſit; tenuem ſcilicet, & exiguum, qui tantum ſuſtineat. multique etiam ex profluvio ſanguinis intermorientes ante ullam curationem vino * re- 299,21.
ficiendi ſunt; quod alioqui inimiciſſimum vulneri eſt.

26. *De notis vulnerum.*

Nimis vero *u* intumeſcere vulnus, periculoſum: nihil *x* intumeſcere, periculoſiſſimum eſt. illud indicium eſt magnæ inflammationis: hoc, emortui corporis. Pro-

T 4 tinus-

l. 1. *ulcus.* l. 3. *Porro* pro *illo.* L. l. *viſcerum.* L. ibid. *requirant.* L. l. 8. *aut ſi quid. niſi, ſi quid aut.* L. l. 10. *id præc.* L. l. 10. *Alioquin.* L. l. 14. *De ratione victus. & notis vulnerum, curationibusque eorum.* l. 18. om. *a.* L. l. 20. *ac neque.* L. l. 22. *pro vi.* L. l. 30. om. inſcriptio. l. 33. om. *eſt.* L. l. 34. *corporis eſt.*

* *Athen. Deipnos.* L. 1. *c.* 8. *p.* 10. u *Aphor.* v. 66. x *II. Epidem. III.* 128.

tinusque, si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet, mature vulnus sanum fore. Ac ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa perniciosa est, quæ vel levi vulneri supervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet: vel si nervorum *y* rigor aut distentio, quæ ex vulnere orta est, ea non
52, 18. finitur. Vomitus quoque biliosus non vo-
287, 2. luntarius, vel protinus, ut percussus est aliquis, vel dum inflammatio manet, malum signum est in his duntaxat, quorum vel nervi, vel etiam nervosi loci vulnerati sunt. Sponte tamen vomere, non alienum est; præcipue his, quibus in consuetudine fuit: sed neque protinus post cibum, neque iam inflammatione orta, neque cum in superioribus partibus plaga est.

27. *De curationibus vulnerum.*

z Biduo sic vulnere habito, tertio die id aperiendum, detergendaque sanies ex aqua frigida est, eademque rursus iniicienda sunt. Quinto iam die, quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die, rursus detecto vulnere, considerandus color est. Quod si lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger est; scire licet, malum vulnus esse. idque, quandocunque animadversum est, terrere nos potest. Album, aut rubicundum esse vulnus, commodissimum est. Idem cutis dura, crassa, dolens, periculum ostendit. Bona signa sunt, ubi hæc sine dolore, tenuis, & mollis est. Sed si glutinatur vulnus,

l. 3. *At.* L. l. 4. *inflatio.* l. 8. *rigorem aut distentionem* - - *finit.* L. l. 10. *eam non finit.* l. 20. om. inscriptio. l. 31. *ulcus.*

y *Aphor. IV.* 57. *II.* 26. z *De Fractur. XXXIII.* 5.

vulnus, aut leviter intumuit, eadem ſunt imponenda, quæ primo fuerunt.

Si gravis inflammatio eſt, neque glutinandi ſpes eſt, ea, quæ pus moveant. Aquæ quoque *a* calidæ neceſſarius uſus eſt, ut & materiam digerat; & duritiam emolliat, & pus citet. Ea ſic temperanda eſt, ut manu contingenti iocunda ſit; & uſque eo adhibenda, donec aliquid minuiſſe ex tumore caloremque ulceri magis naturalem reddidiſſe videatur. Poſt id fomentum, ſi late plaga non patet, imponi protinus emplaſtrum debet, maximeque, ſi grande vulnus eſt, tetrapharmacum: ſi in articulis, digitis, locis cartilaginoſis, ῥυπῶδες. At ſi la- 294,12. tius hiat, illud emplaſtrum liquari ex irino unguento oportet, eoque illita linamenta diſponi per plagam: deinde emplaſtrum ſupra dari, & ſuper id lanam ſuccidam; minuſque etiam, quam primo, faſciæ adſtringendæ ſunt.

28. *Curationes propriæ articulorum.*

Proprie quaedam in articulis viſenda ſunt. In quibus ſi praeciſi nervi ſunt, qui continebant, debilitas *b* eius partis ſequitur. Si id dubium eſt, & ex acuto telo plaga eſt, ea tranſverſa, commodior eſt: ſi ex retuſo, & gravi eſt, nullum in figura diſcrimen eſt: at viſendum eſt, pus ſupra articulum, an infra naſcatur. Si ſub eo naſcitur, albumque & craſſum diu fertur, nervum praeciſum eſſe credibile eſt: magiſque, quo maiores dolores inflammationesque, & quo maturius excitatæ ſunt. Quamvis autem

 non

l. 1. *leniter. eaque pus moveant.* ſed Lind. abſurde: *neque movetur.* l. 5. om. *et.* L. l. 7. *ut et.* l. 8. om. *et.* l. 11 -- 15. vetera exemplaria ordinem verborum turbarunt, ſic ut poſt *videatur* ſequatur: *maximeque* -- ῥυπῶδες; tum vero: *poſt id fomentum* -- *debet.* l. 15. *Et* pro *At.* l. 16. *idem illud.* L. l. 23. *ſed propria.* L. l. 27. *et ea.* L. l. 27. om. *ex.* l. 29. *videndum.* L. l. 32. *magis quoque.* l. 33. om. *et.*

a *Aph. V.* 22. b *Coac. Præn. III.* 385. *I. de Morb. III.* 2.

non abſciſſus nervus eſt; tamen, ſi circa durus tumor diu permanet, neceſſe eſt, & diuturnum ulcus eſſe, & ſano quoque eo, tumorem permanere: futurumque eſt, ut arde membrum id vel extendatur, vel contrahatur. Maior tamen in extendendo mo-
257,33. ra eſt, ubi recurvato articulo curatio adhibita eſt; quam in recurvando eo, quod rectum continuerimus. Collocari quoque membrum, quod ictum eſt, ratione certa debet. Si glutinandum eſt, ut ſuperius ſit: ſi in inflammatione eſt, ut in neutram partem inclinatum ſit: ſi iam pus profluit, ut devexum ſit.

248,21. Optimum etiam medicamentum, *b* quies eſt. Moveri, & ambulare, niſi ſanis, alienum eſt. Minus tamen periculoſum his eſt, qui in capite vel brachiis, quam qui in inferioribus partibus vulnerati ſunt. Minime ambulatio convenit, femine, aut crure, aut pede laborante. Locus, in quo cubabit, tepidus eſſe debebit. Balneum quoque, dum parum vulnus purum eſt, inter res infeſtiſſimas eſt. Nam id & humidum & ſordidum reddit. Ex quibus ad cancrum tranſitus eſſe conſuevit. Levis frictio recte adhibetur; ſed his partibus, quæ longius abſunt a vulnere.

29. *Vulnus quomodo purgandum eſt.*

Inflammatione finita, vulnus purgandum eſt. Id optime faciunt tincta in melle linamenta; ſupraque id emplaſtrum
262. vel τετραφάρμακον vel ἐννεαφάρμακον dandum eſt. Tum demum vero purum ulcus eſt, cum

l. 3. *ſanato.* l. 5. om. *vel.* l. 22. *cubat.* L. ibid. *debet.* L. l. 24. *tumidum.* L. l. 26. *fricatio.* L. ibid. *lenis.* L. l. 27. *longe.* L. l. 33. om. *vel* τετραφάρμακον. l. 34. *parum.*

b *Hippocr. de Ulcer. T. II.* 3.

cum rubet, ac nimium neque ſiccum, neque humidum eſt. At, quodcumque ſenſu caret; quod non naturaliter ſentit; quod nimium aut aridum aut humidum eſt; quod aut pallidum, aut albidum, aut lividum, aut nigrum eſt; id purum non eſt.

30. *Quomodo vulnus implendum eſt.*

Purgato, ſequitur ut impleatur, iamque calida aqua eatenus neceſſaria eſt, ut ſanies removeatur. Lanæ ſuccidæ ſupervacuus uſus eſt: lota melius circumdatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua: itaque ea adhiberi non alienum eſt; ut butyrum cum roſa, exigua mellis parte: aut cum eadem parte mellis, aut cum eadem roſa, τετραφάρμακον; aut ex roſa linamenta. Plus tamen proficit balneum rarum; cibi boni ſucci, vitatis omnibus acribus; ſed iam plenioribus. nam & avis, & venatio, & ſuilla elixa dari poteſt. Vinum omnibus, 295,28.
dum febris, dum inflammatio eſt, alienum eſt: itemque uſque ad cicatricem, ſi nervi, muſculive vulnerati ſunt; etiam, ſi alte caro. At, ſi plaga in ſumma cute generis tutioris eſt, poteſt non pervetus, modice tamen datum, ad implendum quoque proficere. Si quid molliendum eſt, quod in nervoſis locis, muſculoſiſque neceſſarium eſt, cerato quoque ſuper vulnus utendum eſt. At, ſi caro ſupercrevit, modice reprimit ſiccum linamentum; vehementius, ſquama æris. Si plus eſt, quod tolli opus eſt, adhibenda ſunt etiamnum vehementiora, quæ corpus exedant.

l. 2. *Ac.* l. 5. om. *aut pallidum.* L. l. 8. *Purgato vulnere.* L. l. 15. *et exigua.* L. l. 16. om. *mellis.* l. 20. *Sed iam plenioribus, avis.* L. al. malunt: *ſed etiam pleniores.* l. 25. *aut.* l. 26. om. *poteſt.*

exedant. Cicatricem, post omnia hæc, commode inducit lycium ex passo aut lacte dilutum; vel etiam per se impositum siccum linamentum.

31. *De ulceribus, quæ extrinsecus per vulnera incidunt, curationibusque eorum.*

Hic ordo felicis curationis est. Sed quædam tamen periculosa incidere consuerunt. Interdum enim vetustas ulcus occu-
331. pat, induciturque ei callus, & circum oræ
411. crassæ livent. Post quæ, quicquid medicamentorum ingeritur, parum proficit; quod fere negligenter curato ulceri supervenit.

Interdum vel ex nimia inflammatione,
294, vel ob æstus immodicos, vel ob nimia fri-
31. gora, vel quia nimis vulnus adstrictum est,
533, vel quia corpus aut senile, aut mali habitus
23. est, cancer occupat. Id genus a Græcis diductum in species est; nostris vocabulis non est. Omnis autem cancer non solum id corrumpit, quod occupavit, sed etiam serpit: deinde aliis aliisque signis * discernitur. Nam modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit; ἐρυσίπελας Græci nominant. Modo ulcus nigrum est, quia caro eius corrupta est; idque vehementius, etiam putrescendo intenditur. Ubi vulnus humidum est, & ex nigro ulcere humor pallidus fertur, malique odoris est, corruptæ caruncuIae, interdum etiam nervi ac membranæ, resolvuntur, specillumque demissum descendit aut in latus, aut deorsum, eoque vitio non-

l. 1. *exedunt.* l. 4. *linamentum vehementius.* l. *vulneribus.* l. 18. om. *aut.* L. l. 28. *etiam in put.* L. l. 31. *est, & caro intus - corrupta.* L.

* *In principio difficillime cognoscitur teste Galeno M. M. XIV. Vide Hildan. Observ. Chirurg. Cent. 1. Obs. 1.*

nonnunquam os quoque afficitur. Modo oritur ea, quam Græci γάγγραιναν appellant. 303.

Priores in qualibet parte corporis fiunt: hæc in prominentibus membris, id eſt inter ungues, & alas, vel inguina; fereque in ſenibus, vel his. quorum corpus mali habitus eſt. Caro in ulcere vel nigra, vel livida eſt, ſed ſicca & arida; proximaque cutis, plerumque ſubnigris puſtulis, impletur; deinde ei proxima, vel pallida, vel livida, fereque rugoſa & ſine ſenſu eſt; ulterior in inflammatione eſt; omniaque ea ſimul ſerpunt: ulcus, in locum puſtuloſum: puſtulæ, in eum, qui pallet aut livet: pallor aut livor, in id, quod inflammatum eſt: inflammatio, in id, quod integrum eſt, tranſit. Inter hæc deinde febris acuta oritur, ingensque ſitis: quibuſdam etiam delirium accedit: alii, quamvis mentis ſuæ compotes ſunt, balbutiendo tamen vix ſenſus ſuos explicant: incipit affici ſtomachus: fit fœdi ſpiritus ipſe odoris. Atque initium eius quidem mali recipit curationem: ubi vero penitus inſedit, inſanabile eſt. plurimique ſub frigido ſudore 51, 30.
moriuntur.

32. *Curatio veteris ulceris.*

Ac pericula quidem vulnerum hæc ſunt. Vetus autem ulcus ſcalpello concidendum eſt, excidendæque eius oræ, &, quicquid ſuper eas livet, æque incidendum. Si varicula intus eſt, quæ his ſanari prohibet, ea quoque excidenda. Deinde, ubi ſanguis emiſſus, novatumque vulnus eſt, eadem curatio adhibenda, quæ in recentibus vulneri-

l. 1. om. *quoque.* L. l. 3. *priora.* L. l. 4. *hoc.* l. 6. *in his.* L. l. 7. *illi ulceri.* L. l. *æruginoſa.* L. ibid. *Deterior.* L. l. 20. om. *tamen.* L. l. ead. *ſuos ore.* al. *ſuos os.* l. 21. *ſoedus. ſoedius.* l. 26. om. *veteris.* l. 28. *incidendum. excidendum. coniiciendum. circumcidendum.* L. l. 31. *id* pro *his.* L.

neribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non vult, potest sanare id emplastrum, quod
265,7. ex ladano fit: & cum ulcus sub eo exesum
260. est, id, quo cicatrix inducitur.

33. *Curatio Erysipelarum.*

Id autem, quod ἐρυσίπελας vocari dixi, non solum vulneri supervenire, sed sine hoc quoque oriri consuevit: atque interdum periculum maius adfert; utique, si circa cervices aut *c* caput constitit.

Oportet, si vires patiuntur, sanguinem mittere: deinde imponere simul reprimentia & *d* refrigerantia; maximeque cerussam solani succo, aut cimoliam cretam aqua pluviali exceptam; aut ex eadem aqua subactam farinam cupresso adiecta, aut, si tenerius corpus est, lenticulam. Quicquid impositum est, betæ folio contegendum est, & super linteolum frigida aqua madens imponendum. Si per se refrigerantia parum proderunt, miscenda erunt hoc modo: sulphuris P. I. * cerussæ, croci, singulorum P. x. * eaque cum vino conterenda sunt, & id his illinendum: aut, si durior locus est, solani folia contrita suillæ adipi miscenda sunt, & illita linteolo superiiicienda.

At, si nigrities est, nequedum serpit, imponenda sunt, quæ carnem putrem lenius exedunt; repurgatumque ulcus sic, ut cætera, nutriendum est. Si magis *e* putre est, iamque procedit ac serpit, opus est vehementius erodentibus. Si ne hæc quidem evincunt, aduti locus debet, donec nul-

l. 5. *erysipelatum.* L. l. 9. *magnum.* L. l. 10. *cervicem.* L. l. 15. *pluviatili.* L. l. 17. *lenticula.* L. l. 22. *P.* * l. 26. *illinita.* L. l. 28. *est, quæ.* L.

c *Aëtius Tetr. IV. Serm. II. c.* 59. *Æginet. IV.* 21. d *Oribas. de Morb. Curat. III.* 47. e *Aphor. VII.* 20.

nullus ex eo humor feratur. nam quod sanum est, siccum est, cum aduritur. Post ustionem putris ulceris, superponenda sunt, quæ crustas a vivo resolvant; Græci eas ἐσχάρας vocant. Ubi exciderunt, purgandum 246,11. ulcus, maxime melle & resina est. Sed aliis quoque purgari potest, quibus purulenta curantur, eodemque modo ad sanitatem perducendum est.

34. *Curatio Gangrænæ.* [f]

Gangrænam vero, si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est; utique in corpore iuvenili: & magis etiam, si musculi integri sunt; si nervi vel læsi non sunt, vel leviter affecti sunt; neque ullus magnus articulus nudatus est; aut carnis in eo loco paulum est, ideoque non multum, quod putresceret, fuit; consistitque eo loco vitium; quod maxime fieri in digito potest. In eiusmodi casu primùm est, si vires patiuntur, sanguinem mittere. Deinde, quicquid aridum est, & intentione quadam proximum quoque locum male habet, usque ad sanum corpus concidere.

Medicamenta vero, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quæ pus movere consuerunt; ideoque ne aqua quidem calida. Gravia quoque, quamvis reprimentia, aliena sunt: sed his quam levissimis opus est. superque ea, quæ inflammata sunt, utendum est refrigerantibus. Si nihilo magis malum constitit, uri id, quod est inter integrum ac vitiatum locum, debet.

Præ-

l. ἀπεσχαρωτικὰ - - - *vocant.* L. ib. *escaras.* l. 6. *usta* pro *est.* l. 7. *iis* pro *aliis.* L. l. 17. *paululum.* L. l. 19. *uno* pro *eo.* L. l. 24. *eo* pro *ad.*

f *Æginet. IV.* 19.

Præcipueque in hoc caſu petendum, non a medicamentis ſolum, ſed etiam a victus ratione præſidium eſt. Neque enim id malum, niſi corrupti vitioſique corporis eſt. Ergo primo, niſi imbecillitas prohibet, abſtinentia utendum. Deinde danda, quæ per cibum potionemque alvum, ideoque etiam corpus adſtringant; ſed ea levia. Poſtea, ſi vitium conſtitit, imponi ſuper vulnus eadem debent, quæ in putri ulcere præſcripta ſunt. Ac tum quoque plenioribus cibis uti licebit ex media materia; ſed tamen non niſi alvum, corpusque ſiccantibus: aqua vero pluviali frigida. Balneum, niſi iam certa fiducia redditæ ſanitatis eſt, alienum eſt: ſiquidem emollitum in eo vulnus cito rurſus eodem malo afficitur. Solent vero nonnunquam nihil omnia auxilia proficere, ac nihilominus ſerpere ſub his cancer. Inter quæ miſerum, ſed unicum, auxilium eſt, ut cætera pars corporis tuta ſit, membrum, quod paulatim emoritur, abſcindere.

35. *Curatio vulnerum, ubi quid colliſum eſt, aut detritum, aut infixum.*

Hæ graviſſimorum vulnerum curationes ſunt. Sed ne illa quidem negligenda, ubi, integra cute, interior pars colliſa eſt; aut ubi deraſum, attritumve aliquid eſt; aut ubi ſurculus corpori infixus eſt; aut ubi tenue, ſed altum vulnus inſedit.

In primo caſu commodiſſimum eſt malicorium ex vino coquere, interioremque eius partem conterere, & cerato miſcere ex

l. 11. *at.* l. 12. *ſic.* l. 14. *pluviatili.* L. l. 16. *ulcus.* L. l. 19 om. *ſub.* L. l. 24. om. inſcriptio. l. 27. om. *integra cute.* L. l. 28. om. *eſt.* L. l. ead. *detritumve.* L. al. *ac tritumve.* l. 33. *interiorumque.*

ex rosa facto, idque superponere: deinde, ubi cutis ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, quale λιπαρὰ est. 267, 9.

Deraso vero, detritoque, imponendum est emplastrum τετραφάρμακον, minuendusque cibus & vinum subtrahendum. Neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit: siquidem ex eiusmodi casibus sæpe cancri fiunt. Quod si levius id erit, & in parte exigua, contenti esse poterimus eodem leni medicamento.

Surculum vero, si fieri potest, oportet vel manu, vel etiam ferramento eiicere. Si vel præfractus est, vel altius descendit, quam ut ita fieri possit, medicamento evocandus est. Optime autem educit superimposita arundinis radix; si tenera est, protinus contrita; si iam durior, ante in mulso decocta. cui semper mel adiiciendum est aut aristolochia cum eodem melle. Pessima ex surculis, arundo est; quia aspera est. Eademque offensa etiam in filice est. Sed usu cognitum est, utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita superimposita est. Facit autem idem in omnibus surculis, quodcunque medicamentum extrahendi vim habet. Idem altis tenuibusque vulneribus aptissimum est. Priori rei Philocratis; huic Hecatæi emplastrum maxime convenit. 264.

36. *Quomodo cicatrix vulneri inducenda, purgandaque sit.* g

Ubi vero in quolibet vulnere ventum ad inducendum cicatricem est (quod per- pur-

l. 1. *supponere.* l. 3. *qualis.* L. l. 13. *educere.* L. l. 22. *filicis hastula.* al *assula.* l. 24. *contrita ac.* L.

g *Æginet. IV.* 45.

purgatis iam, repletisque ulceribus neceſſarium eſt) primum ex aqua frigida linamentum, dum caro alitur: deinde, cum iam continenda eſt, ſiccum imponendum eſt, donec cicatrix inducatur: tum deligari ſuper album *plumbum oportet, quo & reprimitur cicatrix, & colorem maxime ſano corpori ſimilem accipit. Idem radix ſilveſtris cucumeris præſtat. Idem compoſitio, quæ habet elaterii P. I. * ſpumæ argenti P. II. * unguenti pondo IV. * quæ excipiuntur reſina terebinthina, donec emplaſtri craſſitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoque cicatrices leniter purgant, paribus portionibus mixta, ærugo, plumbum elotum, eademque reſina cocta; ſive eo ungitur cicatrix, quod in facie fieri poteſt; ſive id ut emplaſtrum imponitur, quod in aliis partibus commodius eſt.

At, ſi vel excrevit cicatrix, vel concava eſt, ſtultum eſt, decoris cauſa, rurſus & dolorem & medicinam ſuſtinere: alioquin res utrique ſuccurri patitur. Siquidem utraque cicatrix exulcerari ſcalpello poteſt. Si medicamentum aliquis mavult, idem efficiunt hæ compoſitiones hæ, quæ corpus exedunt. Cute exulcerata, ſuper eminentem carnem exedentia medicamenta coniicienda ſunt: ſuper concavam, implentia; donec utrumque ulcus ſanae cuti aequetur; & tum cicatrix inducatur.

CAP.

l. 11. *glandis unguentariæ*. L. l. 13. *At*. L. l. 15. *& plumbum*. L. l. 16. pro *reſina* omnes habent *roſa*. l. 17. om. *eo*. l. 21. *rurſum*. L. l. 26. *eae*.

CAP. XXVII.

De vulneribus, quæ per morſus inferuntur, eorumque curationibus.

DIXI de his vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur. Sequitur, ut de his dicam, quæ morſu fiunt, interdum * hominis, *h* interdum ſimiæ, ſæpe canis, nonnunquam ferorum animalium, aut ſerpentium. Omnis autem fere morſus habet quoddam virus.

Itaque, ſi vehemens vulnus eſt, *i* cucurbitula admovenda eſt: ſi levius, protinus emplaſtrum iniiciendum, præcipueque Diogenis. ſi id non eſt, quodlibet ex his, 265.
quæ adverſus morſus propoſui. ſi ea non ſunt, viride Alexandrinum: ſi ne id qui- 264.
dem eſt, quodlibet non pingue ex his, quæ recentibus vulneribus accommodantur. Sal quoque his, præcipueque ei, quod canis fecit, medicamentum eſt, ſi aridus vulneri imponitur, ſuperque id duobus digitis verberatur. exſaniat enim. Ac ſalſamentum quoque recte ſuper id vulnus deligatur.

2. *Curatio adverſus rabioſi canis morſum.* k

Utique autem, ſi rabioſus canis fuit, cucurbitula virus eius extrahendum eſt. Deinde, ſi locus neque nervoſus, neque muſculoſus eſt, vulnus id adurendum eſt. Si uri non poteſt, ſanguinem homini mitti non alienum eſt. Tum uſto quidem vulneri ſuperimponenda, quæ cæteris uſtis ſunt. Ei vero, quod expertum ignem non

V 2 eſt,

l. 9. *ferarum, aut aliorum anim.* L. l. 10. *feræ.* L. l. 15. *Diogeſi.* l. 21. *manus* pro *aridus* omnes.

* *Dom. Panarolus Pentec.* 11. *Obſerv.* 32. h *Seren. Samm. XLV.* i *Æginet. V.* 2. k *Idem ibid. Actuar. M. M. VI.* 11.

eſt, ea medicamenta, quæ vehementer exedunt. Poſt quæ nullo novo magiſterio, ſed iam ſuprapoſito ulcus erit implendum, & ad ſanitatem perducendum. Quidam poſt rabioſi canis morſum protinus in balneum mittunt; ibique patiuntur deſudare, dum vires corporis ſinunt, vulnere adaperto; quo magis ex eo quoque virus diſtillet: deinde multo meracoque vino excipiunt. quod omnibus venenis contrarium eſt. Idque cum ita per triduum factum eſt, tutus eſſe homo a periculo videtur.

Solet autem ex eo vulnere, ubi parum occurſum eſt, aquæ timor naſci. ὑδροφοβίαν Græci appellant. Miſerrimum genus morbi: in quo ſimul æger & [l] ſiti & aquæ metu cruciatur. quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt. Sed unicum tamen remedium eſt, nec opinantem in piſcinam non ante ei proviſam proiicere, &, ſi natandi ſcientiam non habet, modo merſum bibere pati, modo attollere; ſi habet, interdum deprimere, ut invitus quoque aqua ſatietur. ſic enim ſimul & ſitis, & aquæ metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum, nervorum diſtentio abſumat. Id ne incidat, a piſcina protinus in oleum calidum demittendus eſt. Antidotum [m] autem
275. (præcipue id, quod primo loco poſui; ubi id non eſt, aliud) ſi nondum æger aquam horret, potui ex aqua dandum eſt: &, ſi amaritudine offenditur, mel adiiciendum eſt: &, ſi iam is morbus occupavit, per catapotia ſumi poteſt.

3. *Cura-*

l. 3. *vulnus.* L. l. 6. *eumque ibi.* L. l. 7. *aperto.* L. l. 12. *a periculo putatur.* L. l. 14. *tumor.* ibid. *hydrophlogas.* l. 33. *at* pro *et.* L.

l *Caſſii Problem.* 73. m *Scribon. Larg. c. XLIII. e.* 71.

3. *Curationes communes adverſus omnes morſus ſerpentium.* [n]

Serpentium quoque morſus non nimium diſtantem curationem deſiderant: quamvis in ea multum antiqui variarunt; ut in ſingula anguium genera ſingula medendi genera præciperent; atque aliis alia; ſed in omnibus eadem maxime proficiunt. Igitur in primis ſuper vulnus id membrum deligandum eſt: non tamen nimium vehementer, ne torpeat. Dein venenum extrahendum eſt. Id cucurbitula optime facit. Neque alienum eſt, ante ſcalpello circa vulnus incidere, quo plus vitiati iam ſanguinis extrahatur. Si cucurbitula non eſt, (quod tamen vix incidere poteſt) tum quodlibet ſimile vas, quod idem poſſit. Si ne id quidem eſt, homo [o] adhibendus eſt, qui vulnus exſugat.

Neque hercules ſcientiam præcipuam habent hi, qui * Pſylli nominantur; ſed audaciam uſu ipſo confirmatam. Nam venenum ſerpentis, ut quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipue utuntur, non guſtu, ſed in vulnere nocent. Ideoque colubra ipſa tuto eſtur: ictus eius occidit, & , ſi ſtupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percuſſus eſt, nulla in ea ſaliva noxa eſt. Ergo quiſquis, exemplum Pſylli ſecutus, id vulnus exſuxerit, & ipſe tutus erit, & tutum hominem præſtabit. Illud interea ante debebit attendere, ne quod in gingivis, palatove, aliave par-

l. 5. *adeo ut.* L. l. 7. om. *genera.* L. l. 9. *ſupra.* L. l. 20. *Hercule.* L. l. 30. *eius ſaliva.* L. l. 33. *Illud ne intereat.*

n *Aetii Tetrab. IV. Serm.* 1. *c.* 1. 2. *& ſeqq.* o *Ægin. V.* 2. *Actuar. M. M. VI.* 11. * *Vocantur alio nomine* Marſi. *Vide Reineſ. Variar. Lect.* 1. *c.* 8. *p.* 26.

te oris ulcus habeat. Poſt hæc is homo loco calido collocandus eſt ſic, ut id, quod percuſſum erit, in inferiorem partem inclinetur.

Si neque qui exſugat, neque cucurbitula eſt, ſorbere oportet ius anſerinum, vel ovillum, vel vitulinum, & vomere. Vivum autem gallinaceum pullum per medium dividere, & protinus calidum ſuper vulnus imponere ſic, ut pars interior corpori iungatur. Facit id etiam hœdus agnusve diſciſſus, & calida eius caro ſtatim ſuper vulnus impoſita.
265. Emplaſtra quoque, quæ ſupra comprehenſa ſunt. Aptiſſimumque eſt, vel Epheſium, vel
266. id, quod ei ſubiectum eſt. Præſensque in aliquo antidoto præſidium eſt. Sin id non eſt, neceſſarium eſt exſorbere portionem meri vini cum pipere; vel quidlibet aliud, quo calor movendus eſt, ne humorem intus coire patiatur. nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam urinam moventia, quia materiam extenuant, utilia ſunt.

4. *Speciales curationes adverſus ictus ſerpentium: & primo adverſus ictum Aſpidis.* p

Hæc adverſus omnes ictus ſunt communia: uſus tamen ipſe docuit, eum, quem aſpis * percuſſit, acetum potius bibere debere. Quod demonſtraſſe dicitur caſus cuiuſdam pueri, qui cum ab hac ictus eſſet, & partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos æſtus ſiti premeretur, ac locis ſiccis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte ſecum habebat, ebibit, & libera-

l. 5. om. *vel ovillam.* L. l. 18. *quod calori movendo.* L. ibid. *nec.* L. l. 19. *patitur.* l. 19. *maxime.* l. 25. *utilia ſunt communiaque.*

p *Æginet. V.* 18. *Aetius Tetrab. IV. Serm. I.* 20. * *De Aſpide videatur Ammian. Marcellin. Lib. XXII. Cap.* 15. *pag.* 358. *Eius morſum ſanari poſſe negat, Ælian. de Animal.* 1. *Cap.* 54.

liberatus eſt. Credo quoniam id, quamvis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam diſſipandi. Quo fit, ut terra reſperſa eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt ſpiſſeſcentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem.

5. *Adverſus ictum Scorpionis.* q

In quibuſdam etiam aliis ſerpentibus certa quaedam auxilia ſatis nota ſunt. Nam ſcorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt. Quidam contritum cum vino bibunt. Quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt. Quidam ſuper prunam eo impoſito, vulnus ſuffumigant, undique veſte circumdata, ne is fumus dilabatur; tum carbonem eius ſuper vulnus deligant. Bibere autem oportet herbæ ſolaris (quam ἡλιοτρόπιον Graeci vocant) ſemen, vel certe folia ex vino. Super vulnus vero etiam furfures ex aceto, vel ruta ſilvatica recte imponitur, vel cum melle ſal toſtus. Cognovi tamen medicos, qui ab ſcorpione ictis nihil aliud, quam ex brachio ſanguinem miſerunt.

6. *Adverſus Aranei & Scorpionis ictum.*

Ad ſcorpionis etiam, & ad r aranei ictum, allium cum ruta recte miſcetur, ex oleoque contritum ſuperimponitur.

7. *Adverſus * Ceraſtis, & Dipſadis, & Hæmorrhoidis ictum.* ſ

At, ſi ceraſtes, aut dipſas, aut haemorrhois percuſſit, aſphodeli, quod Ægyptiae fabæ magnitudinem aequet, arefactum, in

V 4 duas

l. 2. *habet tamen &c.* L. l. 10. *ipſe ſibi.* L. l. 14. *prunas.* L. l. 26. *Et ad ſcorpionis autem et.* l. 29. *Dipſæ.* l. 32. *ſpoli.* Aldus habet *catapotium.*

q *Aetius Tetrab. IV. Serm. I.* 19. r *Aetius Tetrab. IV. Serm. I.* 16. *Ex eo mors. Dom. Panarolus Pentec.* 1. *Obſ.* 45. * *Deſcribitur ab Ælian. de Animal.* 1. *c.* 57. ſ *Aetius Tetrab. IV. Serm. I.* 22. 23.

duas potiones dividendum eſt ſic, ut ei rutæ paulum adiiciatur. Trifolium quoque & mentaſtrum, & cum aceto panaces æque proficiunt. Coſtumque & caſia, & cinnamomum recte per potionem aſſumuntur.

8. *Adverſus Cherſydri* t *ictum, & Ceraſtis.*

Adverſus Cherſydri vero ictum, panaces, aut laſer, quod ſit ſcrupulorum P. II. * vel porri ſuccus cum hemina vini ſumendus eſt, & edenda multa ſatureia. Imponendum autem ſuper vulnus ſtercus caprinum ex aceto coctum; aut ex eodem hordeacea farina; aut ruta, vel nepeta, cum ſale contrita, melle adiecto. Quod in eo quoque vulnere, quod ceraſtes fecit, æque valet.

9. *Adverſus Phalangii ictum.* u

Ubi vero phalangium * nocuit, præter eam curationem, quæ manu redditur, ſæpe homo demittendus in ſolium eſt, dandusque ei myrrhæ & uvæ taminiæ par modus ex paſſi hemina; vel radiculæ ſemen, aut lolii radix ex vino; & ſuper vulnus furfures ex aceto cocti, imperandumque, ut is conquieſcat.

10. *Adverſus ictus Italorum anguium, qui minus terribiles peregrinis ſunt.*

Verum hæc genera ſerpentium & peregrina, & aliquanto magis peſtifera ſunt; maximeque æſtuoſis gignuntur locis. Italia frigidioresque regiones hac quoque parte ſalubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Adverſus quos ſatis proficit herba betonica, vel cantabrica, vel centaurion, vel agrimonia, vel trixago, vel

l. 1. *portiones.* l. 2. *paululum.* L. l. 4. *caſſia.* L. l. 6. 7. *Chelydri.* ib. *panacis.* l. 8. *ſcrupulorum* III s. * 1. al. *ſcripulorum* XII. l. 18. *editur.* L. l. 20. *timiniæ.* l. 28. *maximæ, quæ.* L. l. 33. al. *bryonia pro beton.* l. 34. *argimonia. argemonia.*

t *Aetius Tetrab. IV. Serm. I.* 35. u *Idem ibid.* 18.
* *Salmaſius in Notis ad Spartiani Hadrian. C.* 20. *p.* 190. *Edit. Hackianæ.*

vel perſonata, vel marinæ paſtinacæ; ſingulæ binæve tritæ, & cum vino potui datæ, & ſuper vulnus impoſitæ. Illud ignorari non oportet, omnis ſerpentis ictum & ieiuni & ieiuno magis nocere. ideoque pernicioſſimi ſunt, cum incubant: utiliſſimumque eſt, ubi ex anguibus metus eſt, non ante progredi, quam quis aliquid aſſumpſit.

11. *Remedium generale adverſus omnia venena, vel in cibo, vel in potione aſſumpta.*

Non tam facile his opitulari eſt, qui venenum, vel in cibo, vel in potione ſumpſerunt. Primum, quia non protinus ſentiunt, ut ab angue icti: ita ne ſuccurrere quidem ſtatim ſibi poſſunt. Deinde, quia noxa non a cute, ſed ab interioribus partibus incipit. Commodiſſimum eſt tamen, ubi primum ſenſit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere. Deinde, ubi præcordia exhauſit, bibere antidotum: ſi id non eſt, vel merum vinum.

12 *Specialia remedia adverſus quædam venena: & primo adverſus Cantharidas.* x

Sunt tamen quædam remedia propria adverſus quædam venena, maximeque leviora. Nam ſi cantharidas aliquis ebibit, panaces cum lacte contuſa, vel galbanum vino adiecto dari, vel lac per ſe debet.

13. *Adverſus Cicutam.* y

Si cicutam, vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum eſt; deinde is vomere cogendus: poſteaque laſer ex vino dandum. Iſque, ſi febre vacat, in

l. 1. *perſonina.* ibid. *ſi vel ſing.* L. l. 2. *& ſic potui.* l. 3. *ſunt cum vino.* L. l. 4. *ignorare.* L. l. 6. *pernicioſiſſimæ.* l. 15. *ideo.* L. l. 28. *panace.* l. ead. *galvano.* l. 31. *cicuta.*

x *Æginet. V.* 30. *Scribon. Larg. LVII. Actuar. M. M. V.* 12. y *Æginet. V.* 41. *Scribon. Larg. XLVII. Actuar. M. M. V.* 12.

calidum balneum mittendus: ſi non vacat, ungendus ex calefacientibus eſt. Poſt quæ quies ei neceſſaria eſt.

14. *Adverſus Hyoſcyamum.* z

Si hyoſcyamum, fervens mulſum bibendum eſt, aut quodlibet lac, maxime tamen aſininum.

15. *Adverſus Ceruſſam.* a

Si ceruſſam, ius malvæ, vel iuglandis ex vino contritæ, maxime proſunt.

16. *Adverſus Sanguiſugam, ſi epota eſt, & lac, quod intus coiit.* b

Si ſanguiſuga epota eſt, acetum cum ſale bibendum eſt. Si lac intus coiit, aut paſſum, aut coagulum, aut cum aceto laſer.

17. *Adverſus Fungos inutiles.* c

Si fungos inutiles quis aſſumpſerit, radicula aut e poſca, aut cum ſale & aceto edenda eſt. Ipſi vero hi & ſpecie quidem diſcerni poſſunt ab utilibus, & coctturæ genere idonei * fieri. Nam ſive ex oleo inferbuerunt, ſive piri ſurculus cum his inferbuit, omni noxa vacant.

18. *De aduſtis corporis locis, & quomodo curari debeant.* d

Aduſtis quoque locis extrinſecus vis infertur; itaque ſequi videtur, ut de his dicam. Haec autem optime curantur foliis aut lilii, aut linguæ caninæ, aut betæ in vetere vino oleoque decoctis. Quorum quodlibet protinus impoſitum ad ſanitatem perducit.

Sed dividi quoque curatio poteſt in ea, quae mediocriter exedentia reprimentiaque, pri-

l. 9. *ius glandis.* l. 14. *aut coagulum.* om. L. l. 17. *aſſumſit.* L. l. 18. *epota.* l. 29. om. *vetere.* L.

z *Æginet. V.* 38. a *Scribon. Larg. XLVII.* b *Ægin. V.* 36. *Plin. H. N. XXII.* 23. c *Æginet. V.* 54. *Scribon. Larg. LXVI.* * *Alii* ſunt. d *Ægin. IV.* 11. *Seren. Samm. LX. Aetius Tetrab. IV. Serm. II.* 64.

primo & puſtulas prohibeant, & ſummam pelliculam exaſperent: deinde ea, quæ lenia ad ſanitatem perducant. Ex prioribus eſt lenticulæ cum melle farina; vel myrrha cum vino; vel creta cimolia cum thuris cortice contrita, & aqua coacta, atque, ubi uſus neceſſitas incidit, aceto diluta. Ex inſequentibus, quælibet *λιπαρά*. Sed idonea maxime 267.
eſt, quæ vel plumbi recrementum, vel vitellos habet.

Eſt etiam illa aduſtorum curatio, dum inflammatio eſt, impoſitam habere cum melle lenticulam: ubi ea declinavit, farinam cum ruta, vel porro, vel marrubio, donec cruſtæ cadant: tum ervum cum melle, aut irim, aut reſinam terebinthinam, donec ulcus purum ſit: noviſſime ſiccum linamentum.

CAP. XXVIII.

De interioribus ulceribus, quæ, aliqua corporum parte corrupta, naſcuntur.

1. *De carbunculo.* e

AB his, quæ extrinſecus incidunt, ad ea veniendum eſt, quæ interius, corrupta aliqua corporum parte, naſcuntur. Ex quibus non aliud carbunculo peius. Eius hæ notæ ſunt. Rubor eſt, ſuperque eum non nimium puſtulæ eminent, maxime nigræ, interdum ſublividæ, aut pallidæ. In his ſanies eſſe videtur; infra color niger eſt. Ipſum corpus aridum, & durius, quam naturaliter oportet. Circaque quaſi cruſta eſt; eaque inflammatione cingitur.

l. 5. *vel vino, creta.* l. 10. *retrimentum.* L. l. *farina.* l. 28. *eminet.* l. 31. *iis.* l. 33. *circa quem.*

e *Æginet.* IV. 25. *Actuar. M. M.* II. 12. *Oribaſ. Synopſ.* VII. 12.

gitur. Neque in eo loco levari cutis poteſt, ſed inferiori carni quaſi affixa eſt. Somnus urget. Nonnunquam horror, aut febris oritur, aut utrumque. Idque vitium ſubteractis quaſi quibuſdam radicibus ſerpit; interdum celerius, interdum tardius. Supra quoque, procedens inalbeſcit; dein lividum fit; circumque exiguæ puſtulæ oriuntur. Et ſi circa ſtomachum faucesve incidit, ſubito ſpiritum ſæpe elidit.

Nihil melius eſt, quam protinus adurere. Neque id grave eſt. nam non ſentit; quoniam ea caro mortua eſt. Finisque adurendi eſt, dum ex omni parte ſenſus doloris eſt. Tum deinde vulnus, ſicut cætera aduſta, curandum eſt. Sequitur enim ſub medicamentis erodentibus cruſta: quæ undique a viva carne diducta, trahit ſecum, quicquid corruptum erat; purusque iam ſinus curari poteſt implentibus. At, ſi in ſumma cute vitium eſt, poſſunt ſuccurrere quædam vel exedentia tantum, vel etiam adurentia. Vis pro magnitudine adhibenda eſt. Quodcunque vero medicamentum impoſitum eſt, ſi ſatis proficiet, protinus a viva corruptam partem reſolvet.

Certaque eſſe fiducia poteſt fere, ſi undique vitioſa caro excedat, qua huiuſce rei medicamen exeſt: ſi id non fit, medicamentumque malo vincitur, utique ad uſtionem properandum eſt. Sed in eiuſmodi caſu abſtinendum a cibo, a vino eſt. Aquam liberaliter bibere expedit. Magisque ea ſervanda ſunt, ſi febricula quoque acceſſit.

2. *De*

l. 15. *ulcus.* L. *priusque.* l. 25. *poſitum.* l. 26. *reſolvit.* l. 27. *ut* pro *ſi.* l. 28. *excidat.* ibid. *huiuſcemodi.* L. alii: *huiuſce medicamentum.* l. 30. om. *que.*

2. De Carcinomate.

Non idem periculum καρκίνωμα affert, nisi imprudentia curantis agitatum est. Id vitium fit maxime in superioribus partibus, circa [f] faciem, nares, aures, labra, [g] mammas fœminarum. Et in iecore, aut splene hoc nascitur. Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur: isque immobilis, inæqualiter tumet; interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ venæ quasi recurvantur: haeque pallent, aut livent: nonnunquam etiam in quibusdem delitescunt. Tactusque is locus, aliis dolorem affert, in aliis eum non habet. Et nonnunquam sine ulcere durior aut mollior est, quam esse naturaliter debet. Nonnunquam iisdem omnibus ulcus accedit. Interdumque nullam habet proprietatem: interdum simile his est, quae vocant Graeci κονδυλώματα, aspredine quadam & magnitudine sua; colorque eius ruber est, aut lenticulæ similis. Neque tuto secatur. nam protinus aut resolutio nervorum, aut distentio insequitur. Sæpe homo ictus obmutescit, atque eius anima deficit. Quibusdam etiam, si id ipsum pressum est, quæ circa sunt, intenduntur & intumescunt. Ob quæ pessimum id genus est. Fereque primum id fit; quod κακόηθες a Græcis nominatur. Deinde ex eo id καρκίνωμα, quod sine ulcere est. Deinde ulcus. Ex eo, thymium.

Tolli nihil, nisi κακόηθες, potest: reliqua curationibus irritantur, & quo maior vis adhibita est, eo magis. Quidam usi sunt medicamentis adurentibus; quidam ferro ad-

l. 1. addunt: *& eius curatione.* l. 6. *ex iecore.* L. alii: *Et iecore autem, aut liene.* l. 8. *inæqualis.* l. 21. *fertur.* al. *aufertur.* l. 26. *Namque.* L. al. *nam quæ.* l. 30. *& ex.* L. ibid. *thymum.* l. 32. *irritantur. Et.* L. l. 33. *eo magis quidam usi.*

f *Æginet. III. 22.* g *Scribon. Larg. XXIII.*

adusserunt: quidam scalpello exciderunt. neque ulli unquam medicina * profuit: sed adusta, protinus concitata sunt, & increverunt, donec occiderent. Excisa etiam, post inductam cicatricem, tamen reverterunt, & causam mortis attulerunt. Cum interim plerique nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, sed imponendo tantum lenia medicamenta, quæ quasi blandiantur, quo minus ad ultimam senectutem perveniant, non prohibentur. Discernere autem cacoethes, quod curationem recipit, a carcinomate, quod non recipit, nemo scire potest, nisi tempopore & experimento.

Ergo, ubi primum id vitium notatum est, imponi debent medicamenta adurentia. Si levatur malum, minuunturque eius indicia, procedere curatio potest & ad scalpellum, & ad ustionem. Si protinus irritatum est, scire licet, iam carcinoma esse; removendaque sunt omnia acria, omnia vehementia. Sed, si sine ulcere is locus durus est, imponi ficum quam pinguissimam, aut
264,14 ῥυπῶδες emplastrum satis est. Si ulcus æquale est, ceratum ex rosa iniiciendum est, adiiciendusque ei pulvis ex contrita testa, ex qua faber ferrarius tingere candens ferrum solitus est. Si id nimium supercrevit, tentanda squama æris est (quæ lenissima ex adurentibus est) eatenus, ne quid eminere patiatur: sed ita, si nihil exacerbavit: sin minus, eodem cerato contenti esse debebimus.

3. De

l. 2. *proficit.* l. 11. *prohibeantur.* L. l. 11. *discedere.* l. 14. *sed* pto *nisi.* l. 23. om. *durus.* l. 28. *ex aqua, qua.* L. l. 33. *si.* l. 34. *debebamus. debemus.*

* *Aphor. VI.* 38.

3. *De Theriomate.*

Eſt etiam ulcus, quod θηρίωμα Græci vocant. Id & per ſe naſcitur,[j] & interdum ulceri ex alia cauſa facto ſupervenit. Color eſt vel lividus, vel niger: odor fœdus: multus, & muco ſimilis humor. Ipſum ulcus neque tactum, neque medicamentum ſentit: prurigine tantum movetur. at circa dolor eſt, & inflammatio. Interdum etiam febris oritur. Nonnunquam ex ulcere ſanguis erumpit. Atque id quoque malum ſerpit. Quæ omnia ſæpe intenduntur, fitque ex his ulcus, quod [h] ἕρπηθα ἐσθιόμενον Graeci vocant; quia celeriter ſerpendo, penetrandoque uſque ad oſſa, corpus vorat. Id ulcus inaequale eſt, cœno ſimile; ineſtque multus humor glutinoſus; intolerabilis; maiorque, quam pro modo ulceris, inflammatio. Utrumque, ſicut omnis cancer, fit maxime in ſenibus; vel his, quorum corpora mali habitus ſunt.

Curatio utriuſque eadem eſt: ſed in ma- 167,18.
iore malo maior vis neceſſaria. Ac pri-
mum, a victus ratione ordinandum eſt: ut 84,9.
quieſcat in lectulo: ut primis diebus a cibo abſtineat: aquam quamplurimam aſſumat. Alvus quoque ei ducatur. Dein, poſt inflammationem, cibum boni ſucci capiat; vitatis omnibus acribus: potionis quantum volet, ſic, ut interdiu quidem aqua contentus ſit: in cœna etiam vini auſteri aliquid bibat. Non æque tamen fame in his, quos ἕρπης urgebit, atque in his, qui θηρίωμα adhuc habebunt, utendum erit. Et

l. 1. addunt: *& eius curatione.* l. 6. *mucco. mucci.* l. 7. *Idipſum.* L. ib. *tractum.* l. 8. om. *at.* L. l. 11. *Ac. At. Ad.* l. 12. *quo.* L. l. 16. quidam ſic: *eſt, ineſtque multus humor glutinoſus, coeno ſimilis.* l. 28. *magis neceſſaria.* l. 29. *ordinandus.* l. 31. *in coena vero.* L. l. 33. *iis.* l. ead. *atque his.*

h *Actuar. M. M. II.* 12. *Æginet. IV.* 20.

Et victus quidem talis neceſſarius eſt. Super ulcus vero inſpergenda eſt arida aloe, œnanthe, &, ſi parum proficiet, chalcitis. Ac, ſi quis nervus, exeſa carne, nudatus eſt, contegendus ante linteolo eſt, ne ſub eo medicamento aduratur. Si validioribus etiamnum remediis opus eſt, ad eas compoſitiones veniendum eſt, quæ vehementius adurunt. Quicquid autem inſpergitur, averſo ſpecillo infundi debet. Superdanda cum melle ſunt vel linamenta, vel oleæ folia ex vino decocta, vel marrubium: eaque linteolo contegenda in aqua frigida madefacto, dein bene expreſſo. Circaque, qua tumor ex inflammatione eſt, imponenda, quæ reprimant, cataplaſmata. Si ſub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet; diligenter nervis, ſi qui apparent, ante contectis. Aduſtum vel medicamentis vel ferro corpus, primum purgandum, deinde implendum eſſe, apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

De Sacro igne. i

Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſunt. Alterum eſt ſubrubicundum, aut miſtum rubore atque pallore; exaſperatumque per puſtulas continuas, quarum nulla altera maior eſt, ſed plurimæ perexiguæ. In his ſemper fere pus, & ſaepe rubor, cum calore eſt: ſerpitque id nonnunquam, ſaneſcente eo, quod primum vitiatum eſt: nonnunquam etiam exulcerato, ubi, ruptis puſtullis, ulcus continuatur, humorque exit, qui eſſe inter-

l. 2. om. *eſt.* l. 3. *aloe contrita.* L. l. ead. *eſt, &, ſi.* l. 4. *At.* L. l. 7. om. *num.* L. l. 10. *adverſo.* l. 18. om. s. L. l. 23. add. *et eius curatione.*

i *Æginet. IV.* 12. *Seren. Sammon. XLI. Aetius Tetrab. IV. Serm. II.* 59.

ter ſaniem & pus videri poteſt. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipueque in plantis. Alterum autem eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine, latum, ſublividum, inæqualiter tamen; mediumque ſaneſcit, extremis procedentibus: ac ſæpe id, quod iam ſanum videbatur, iterum exulceratur. At circa, proxima cutis, quæ vitium receptura eſt, tumidior & durior eſt, coloremque habet ex rubro ſubnigrum. Atque hoc quoque malo fere corpora ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt; ſed in cruribus maxime.

Omnis autem ſacer ignis, ut minimum periculum habet ex his, quæ ſerpunt; ſic prope difficillime tollitur. Medicamentum eius fortiſſimum eſt, uno die febris, quæ humorem noxium abſumat. Pus, quo craſ- 289,33.
ſius & albidius eſt, eo periculi minus eſt. Prodeſt etiam infra os ulcerum cædi, quo plus puris exeat; & id, quo ibi corruptum corpus eſt, extrahatur. Sed tamen, ſi febricula acceſſit, abſtinentia, lectulo, alvi ductione opus eſt. In omni vero ſacro igni, neque lenibus & glutinoſis cibis, neque ſalſis & acribus utendum eſt; ſed his, quæ inter utrumque ſunt: qualis eſt panis ſine fermento, piſcis, hœdus, aves, exceptoque apro, omnis fere venatio. Si non eſt febricula, & geſtatio utilis eſt, & ambulatio, & vinum auſterum, & balneum. Atque in hoc quoque genere potio magis liberalis eſſe, quam cibus, debet.

Ipſa

l. 8. *videbitur.* l. 18. editiones optimæ hic variant. al. habent *fortiſſimum*, al. *fortuitum.* l. 19. *cuius* pro *pus.* l. 21. *infra ulcera locum.* L. ibid. *lædi.* l. 23. *extrahat.*

Ipſa autem ulcera, ſi mediocriter ſerpunt, aqua calida: ſi vehementius, vino calido fovenda ſunt. Deinde acu puſtulæ, quæcunque ſunt, aperiendæ. Tum imponenda ea, quæ putrem carnem exedant. Ubi inflammatio ſublata, ulcusque purgatum eſt, imponi lene medicamentum debet. In altero autem genere, poſſunt proficere mala cotonea in vino cocta, atque contrita: pot-
273. eſt emplaſtrum vel Hieræ, vel τετραφάρμακον;
262. cui quinta pars thuris adiecta ſit; poteſt nigra hedera ex vino auſtero cocta, ac, ſi celeriter malum ſerpit, non aliud magis proficit. Purgato ulcere, quod in ſumma cute eſſe propoſui, ſatis ad ſanitatem eadem lenia medicamenta proficient.

5. *De Chironio ulcere.* k

Chironium autem ulcus appellatur, quod & magnum eſt, & habet * oras duras, callosas, tumentes. Exit ſanies non multa, ſed tenuis: odor malus. neque in ulcere, neque in eius tumore ulla eſt inflammatio: dolor modicus eſt. Nihil ſerpit, ideoque nullum periculum adfert; ſed non facile ſaneſcit. Interdum tenuis cicatrix inducitur, deinde iterum rumpitur, ulcusque renovatur. Fit maxime in pedibus & cruribus.

Super id imponi debet, quod & lene aliquid, & vehemens, & reprimens habeat. Quale eius rei cauſa ſit ex his: ſquamæ æris, plumbi eloti combuſti, ſingulorum P. VI. * cadmiæ, ceræ, ſingulorum P. VIII. * roſæ

l. 5. *exedunt.* l. 7. *leve.* l. 10. *Heræ.* L. l. 17. *proficiunt.* l. 18. add. *&* *eius curatione.* l. 20. *duos.* l. 22. *Odor malus neque in ulcere neque in eius tumore eſt. Nulla.* l. 34. *P.* * IV.

k *Æginet. IV.* 46. * *Pollux IV. c.* 25.

roſæ quantum ſatis eſt ad ceram ſimul cum eis molliendam.

6. *De Ulceribus, quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur.*

Fiunt etiam ex frigore hiberno [l] ulcera, maxime in pueris, & præcipue pedibus, digitisque eorum, nonnunquam etiam in manibus. Rubor cum inflammatione mediocri eſt. Interdum puſtulæ oriuntur, deinde exulceratio. Dolor autem modicus: prurigo maior eſt. Nonnunquam humor exit, ſed non multus; qui referre vel pus, vel ſaniem videtur.

In primis multa calida aqua fovendum eſt, in qua rapa decocta; aut ſi ea non ſunt, aliquæ verbenæ ex reprimentibus. Si nondum adapertum ulcus eſt, æs, quam maxime calidum quis pati poteſt, admovendum eſt. Si iam exulceratio eſt, imponi debet alumen, æqua portione cum thure contritum, cum vino adiecto; aut malicorium in aqua coctum, deinde contritum. Si ſumma detracta pellicula eſt, hic quoque melius lenia medicamenta proficiunt.

7. *De Struma.* [m]

Struma quoque eſt tumor, in quo ſubter concreta quædam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ oriuntur. Quæ vel præcipue fatigare medicos ſolent, quoniam & febres movent, nec unquam facile matureſcunt; &, ſive ferro, ſive medicamentis curantur, plerumque iterum iuxta cicatrices ipſas reſurgunt; multoque poſt medicamenta ſæpius. quibus id quoque accedit, quod

X 2 longo

l. 4. add. *& eorum curationibus.* l. 17. om. *eſt.* l. 21. *tum vino.* L. l. 25. add. *& eius curatione.* l. 33. *medicamento eſt opus. quibus.*

l *Æginet. III.* 79 m *Aëtius Tetrab. IV. Serm. III. c.* 5. *Actuar. Meth. Med. II.* 12. *Ægin. IV.* 33. *Oribaſ. Synopſ. VII.* 29.

longo ſpatio detinent. Naſcuntur maxime in cervice; ſed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus. In mammis quoque fœminarum ſe reperiſſe, chirurgus Meges auctor eſt.

Propter haec & album veratrum recte datur, atque etiam ſaepius, donec ea 204,4. digerantur. Et medicamenta imponuntur, 263,28. quae humorem vel educant, vel diſſipent; quorum ſupra mentio facta eſt. Adurentibus quoque quidam utuntur, quæ exedunt, cruſtaque eum locum adſtringunt: tunc vero ut ulcus curant. Quæcunque autem ratio curandi eſt, corpus, puro ulcere, exercendum atque alendum eſt, donec ad cicatricem perveniat. Quæ cum medici doceant, quorundam ruſticorum expe- 383,11. rimento cognitum, quem ſtruma male habet, eum, ſi anguem edit, liberari.

8. *De Furunculo.* n.

Furunculus vero, eſt tuberculum acutum cum inflammatione, & dolore; maximeque ubi iam in pus vertitur. Qui ubi adapertus eſt, & exiit pus, ſubter apparet pars carnis in pus verſa, pars corrupta ſubalbida, ſubrubra; quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum eſt, etiamſi nulla curatio adhibeatur: matureſcit enim per ſe, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina ſit, quæ maturius liberet.

Proprium eius medicamentum galbanum eſt. ſed alia quoque ſupra comprehenſa ſunt. Si cætera deſunt, imponi debet, pri-

l. 4. *chirurgicus.* l. 12. *tum.* l. 17. *doceant, ab iis requirenda. Quorundam.* L. l. 21. add. *& eius curatione.* l. 23. *inflatione.* l. 24. *vertit. vergit.* L. l. 25. *exit, ſuper.* l. 34. *debent..*

n *Ægin. IV.* 23. *Seren. Sammon. XXXVIII.*

primum, non pingue emplaſtrum, ut id reprimat: deinde, ſi non repreſſit, quodlibet puri movendo accommodatum. ſi ne id quidem eſt, vel reſina, vel fermentum. Expreſſo pure, nulla ultra curatio neceſſaria eſt.

9. *De Phymate.* 396,20.

Phyma vero nominatur tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius & planius, ſæpe etiam maius. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit. Phyma etiam latius patere conſuevit: ſed inflammatio dolorque ſub eo minores ſunt. Ubi divulſum eſt, pus eodem modo apparet: ventriculus qui in furunculo, non invenitur: verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Id autem in pueris & ſæpius naſcitur, & facilius tollitur: in iuvenibus rarius oritur, & difficilius curatur. Ubi ætas induravit, ne naſcitur quidem. Quibus vero medicamentis diſcuteretur, ſupra propoſitum eſt. 258,19.

10. *De Phygethlo.* o

Φύγεθλον autem eſt tumor, non altus, ſed latus, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtentioque vehemens eſt, & maior quam pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula. idque tarde matureſcit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in cervice, aut in alis, aut in inguinibus. Panum, ad ſimilitudinem figuræ, noſtri vocant. Atque id ipſum quo medicamento tolleretur, ſupra demonſtravi. 255.

l. add. *& eius curatione.* l. 14. *evulſum.* l. 15. *quod.* l. 23. add. *& eius curatione.* l. 23. 24. *phlygetron.* l. 25. om. *ſed.* l. 30. *vertice.* l. 31. *panem.*

o *Seren. Samm. XL. Æginet. IV.* 22.

11. *De Abſceſſibus.* p

Sed cum omnes hi nihil niſi minuti abſceſſus ſint, generale nomen trahit latius vitium, totum ad ſuppurationem ſpectans. Idque fere fit aut poſt febres, aut poſt dolores partis alicuius, maximeque eos, qui ventrem infeſtarunt. Sæpiusque oculis expoſitum eſt, ſiquidem latius aliquid intumeſcit ad ſimilitudinem eius, quod φῦμα vocari propoſui, rubetque cum calore, & paulo poſt etiam cum duritia, magisque nocenter adoleſcit, & ſitim vigiliamque exprimit. Interdum tamen nihil horum in cute deprehendi poteſt; maximeque, ubi altius pus movetur: ſed cum ſiti vigiliaque ſentiuntur intus aliquæ punctiones. Et, quod de ſubito durius non eſt, melius eſt: &, quamvis non rubet, coloris tamen aliter mutati eſt. quæ ſigna iam pure oriente naſcuntur: tumor ruborque multo ante incipiunt.

Sed, ſi locus mollis eſt, avertendus is materiæ aditus eſt per cataplaſmata, quæ
302,11. ſimul & reprimunt, & refrigerant: qualia & alias & paulo ante in eryſipelate propoſui. Si iam durior eſt, ad ea veniendum eſt, quæ digerant, & reſolvant: qualis eſt ficus arida contuſa: aut fex miſta cum cerato, quod ex adipe ſuilla coactum ſit; aut cucumeris radix, cui ex farina duæ partes adiectæ ſint, ante ex mulſo decoctæ. Licet etiam miſcere æquis portionibus ammoniacum, galbanum, propolim, viſcum, pondusque adiicere myrrhæ dimidio minus,

l. 1. om inſcriptio. l. 4. om. *totum.* l. 8. *aliquando.* L. l. 12. *innocenter indoleſcit.* l 18. *& quod* L. ibid. om. *non.* L. l. 19 *tamen in album mutati.* L. l. 20. *nobilis* pro *mollis.* L. l 21. *tumor enim.* L. l. 22. om. *is.* L. l. 25. *eryſipela.* l. 30. *cucum. ſilveſtris.* L.

p *Æginet. IV.* 18. *Aëtius Tetrab. IV. Serm. II.* 32. *Oribaſ. Synopſ. VII.* 28.

nus, quam in prioribus ſingulis erit. Atque emplaſtra quoque & malagmata idem efficiunt, quæ ſupra explicui.

Quod per hæc diſcuſſum non eſt, neceſſe eſt, matureſcat. Idque quo celerius fiat, imponenda eſt farina hordeacea, ex aqua cocta, cui & olerum aliquid recte miſcetur. Eadem autem hæc in minoribus quoque abſceſſibus, quorum nomina proprietateſque ſupra reddidi, recte fiunt. Eademque omnium curatio: tantum modo diſtat. Crudum eſt autem, in quo maior quaſi venarum motus eſt, & gravitas, & ardor, & diſtentio, & dolor, & rubor, & durities; &, ſi maior abſceſſus eſt, horror, atque etiam febricula permanet: penituſque condita ſuppuratione pro his, quæ alibi cutis oſtendit, punctiones ſunt. Ubi iſta ſe remiſerunt, iamque is locus prurit, & aut ſublividus, aut ſubalbidus eſt, matura ſuppuratio eſt. Ex qua, ubi vel per ipſa medicamenta, vel etiam ferro aperta eſt, pus debet emitti. Tum, ſi qua in alis, vel inguinibus ſunt, ſine linamento nutrienda ſunt. In cæteris quoque partibus, ſi una plaga exigua eſt, ſi mediocris ſuppuratio fuit, ſi non alte penetravit, ſi febris non eſt, ſi valet corpus, æque linamenta ſupervacua ſunt. In reliquis, párce tamen, nec, niſi magna plaga eſt, imponi debent. Commode vero mel ſuper linamenta, vel ſine his imponitur lenticula ex melle, aut malicorium ex vino coctum. quæ & per ſe & miſta idonea ſunt.

l. 7. om. *cui & olerum aliquid.* l. 8. *aut.* L. l. 10. *edidi.* L. l. 11. *tantummodo* L. l. 12. *magis.* l. 15. *aut.* l. 16. *penitius.* L. l. 17. *ſuppuratio. ſi pro.* l. 18. *alioqui.* al. *albi.* l. 19. *cutis* pro *is locus.* l. 20. *ſublivida - - ſubalbida.* l. 21. *Eaque.* ibid. *vel per ſe vel per medic.* L. l. *ima* pro *una.* L. l. 30. om. *magna.* l. ead. *deberet. debere.* l. 31. *mel* pro *vel.* L.

Si qua circa duriora ſunt, ad ea mollienda, vel malva contrita, vel fœni Græci linive ſemen ex paſſo coctum ſuperdandum eſt. Quicquid deinde impoſitum eſt, non adſtringi, ſed modice deligari debet. Illo neminem decipi decet, ut in hoc genere cerato utatur. Cætera, quæ pertinent ad purgandum ulcus, ad implendum, ad cicatricem inducendam, conveniunt, quæ in vulneribus expoſita ſunt.

412. 12. *De Fiſtulis.* q

413. Nonnunquam autem ex eiuſmodi abſceſſibus, & ex aliis ulcerum generibus, fiſtulæ oriuntur. Id nomen eſt ulceri alto, anguſto, calloſo. Fit in omni fere parte corporis: habetque quædam in ſingulis locis propria. Prius de communibus dicam. Genera igitur fiſtularum plura ſunt. ſiquidem aliæ breves ſunt, aliæ altius penetrant: aliæ rectæ intus feruntur, aliæ multoque plures transverſæ: aliæ ſimplices ſunt, aliæ duplices tripliceſve; quæ ab uno ore orſæ intus tres fiunt, aut etiam in plures ſinus dividuntur: aliæ rectæ, aliæ flexæ, & tortuoſæ ſunt: aliæ intra carnem deſinunt, aliæ ad oſſa aut cartilaginem penetrant; aut, ubi neutrum horum ſubeſt, ad interiora perveniunt; aliæ deinde facile, aliæ cum difficultate curantur, atque etiam quædam inſanabiles reperiuntur.

Expedita curatio eſt in fiſtula ſimplici, recenti, intra * carnem. Adiuvatque ipſam corpus, ſi iuvenile, ſi firmum eſt. Inimica contraria his ſunt: itemque, ſi fiſtula os, vel

l. 9. *conveniuntque vulneribus.* L. l. 11. add. *& earum generibus & curationibus.* l. 20. *recta.* L. *recte.* l. 21. *transverſe.* L. l. 22. *tripliceſve, ab uno ore intus orſæ, quæ tres fiunt.* l. 32. *ipſum.*

q *Aëtius Tetrab. IV. Serm. II. c.* 55. * *Hippocrat. Coac. Præn. III.* 394.

vel cartilaginem, vel nervum, vel muſculos læſit; ſi articulum occupavit; ſi vel ad veſicam, vel ad pulmonem, vel ad vulvam, vel ad grandes venas arteriaſve, vel ad inania ut guttur, ſtomachum, thoracem penetravit. Ad inteſtina quoque eam tendere, ſemper periculoſum, ſæpe peſtiferum eſt. Quibus multum mali accedit, ſi corpus vel ægrum, vel ſenile, vel mali habitus eſt.

Ante omnia autem demitti ſpecillum in fiſtulam convenit; ut, quo tendat, & quam alte perveniat, ſcire poſſimus; ſimul etiam protinus humida, an ſiccior ſit: quod extracto ſpecilio patet. Si vero os in vicino eſt, id quoque diſci poteſt, ſi iam nec ne eo fiſtula penetrarit, & quatenus nocuerit. Nam, ſi molle eſt, quod ultimo ſpecillo contingitur, intra carnem adhuc vitium eſt: ſi magis id renititur, ad os ventum eſt. Ibi deinde ſi labitur ſpecillum, nondum caries eſt: ſi non elabitur, ſed æquali innititur, caries quidem, verum adhuc levis eſt: ſi inæquale quoque & aſperum ſubeſt, vehementius os exeſum eſt. At cartilago ubi ſubhæſit, ipſa ſedes docet: perventumque eſſe ad eam, ex renixu patet.

Sed ex his quidem colliguntur fiſtularum ſedes, ſpatia, noxæ. Simplices vero hæ ſint, an in plures partes diducantur, cognoſci poteſt ex modo puris. Cuius ſi plus fertur, quam quod ſimplici ſpatio convenit, plures ſinus eſſe manifeſtum eſt. Cumque fere iuxta ſint caro, & nervus, & ali-

l. 4. 5. *ad maxillas, guttur* pro *ad inania, ut gutt.* L. l. 14. *prorſus.* L. l. 15. om. *ſi vero os in vicino eſt.* L. l. 16. *in oſſe vitium ſit necne.* L. ibid. *iam eo fiſtula penetravit, quot.* L. ibid. al. *ſic* pro *ſi.* L. l. 21. 22. *dilabitur.* L. al. *labitur.* l. 22. *ſede, quæ,* pro *ſed æquali.* L. l. 26. *ſubſit.* L. l. 27. *reniſu.* L. l. 28. om. *Sed.* L.

qua nervoſa , quales fere tunicæ membranæque ſunt , genus quoque puris docebit, num plures ſinus intus diverſa corporis genera perroſerint. Siquidem ex carne pus læve, album, copioſius fertur: at ex nervoſo loco, coloris quidem eiuſdem, ſed tenuius & minus: ex nervo, pingue & oleo non diſſimile. Denique etiam corporis inclinatio docet, num in plures partes fiſtulæ penetrarint, quia ſæpe, cum quis aliter decubuit, aliterque membrum collocavit, pus ferri, quod iam deſierat, iterum incipit; teſtaturque, non ſolum alium ſinum eſſe, ex quo deſcendat, ſed etiam in aliam corporis partem eum tendere.

Sed ſi in carne & recens & ſimplex eſt; ac neque rugoſa neque cava ſede; neque in articulo, ſed in eo membro, quod per ſe immobile, non niſi cum toto corpore movetur, ſatis proficiet emplaſtrum, quod recentibus vulneribus imponitur, dum habeat vel ſalem, vel alumen, vel ſquamam æris, vel æruginem, vel ex metallicis aliquid. Exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. Idque ea parte, qua tenuius eſt, antecedente demitti oportet in fiſtulam, donec purus ſanguis ſe oſtendat. quæ in omnibus fiſtularum collyriis perpetua ſunt. Idem deinde emplaſtrum in linteolo ſuperimponendum; ſupraque iniicienda ſpongia eſt, in acetum ante demiſſa: ſolvique quinto die ſatis eſt. Genusque victus adhibendum eſt, quo carnem ali docui.

Ac,

l. 9. *inquinatio.* l. 12. om. *iterum.* l. 16. om. *Sed.* L. l. 17. *ſinuoſa* pro *rugoſa.* L. l. 26. *altera antec.* l. 31. *cum* pro *eſt.* l. 33. om. *que.* L.

Ac, ſi longius a præcordiis fiſtula eſt, ex intervallo ieiunum radiculas ediſſe, deinde vomere, neceſſarium eſt.

Vetuſtate calloſa fit fiſtula. Callus au- 300,9
tem neminem fallit, quia durus eſt, & aut albus, aut pallidus. Sed tum validioribus medicamentis opus eſt. Quale eſt, quod habet papaveris lachrymæ P. I. * gummi P. III. * cadmiæ P. IIII. * atramenti ſutorii P. VIII. * ex quibus aqua coactis collyrium fit. Aut in quo ſunt gallæ P. I. * æruginis, ſandarachæ, aluminis Ægyptii, ſingulorum P. I. * atramenti ſutorii combuſti P. II. * Aut quod conſtat ex chalcitide, & e ſaxo calce; quibus auripigmenti dimidio minus, quam in ſingulis prioribus eſt, adiicitur, eaque melle cocto excipiuntur. Expeditiſſimum autem eſt ex præcepto Megetis, *r* æruginis raſæ P. II. * conterere, deinde ammoniaci thymiamatis P. II. * aceto liquare, eoque infuſo æruginem cogere. Idque ex primis medicamentis eſt. Sed, ut hæc maximi effectus ſunt, ſi cui iſta non adſunt, facile tamen eſt callum quibuslibet adurentibus medicamentis erodere: ſatisque eſt vel papyrum intorttum, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adſtrictum eo illinere. Scilla quoque cocta & mixta cum calce, callum exeſt.

Si quando vero longior & transverſa fiſtula eſt, demiſſo ſpecillo, contra principium huius incidi commodiſſimum eſt, & collyrium utrinque, quod volueris, demitti.

At ſi duplicem eſſe fiſtulam vel multiplicem

l. 1. *At.* L. ibid. om. *ex.* l. 2. *eſſe.* L. l. 4. *Quum vetuſtate.* L. l. 5. 6. *fiſtula* (*callus. pallidus*) *tum.* L. l. 8. 9. *ter.* om. * l. 10. *coctis.* l. 11. *P.* * l. 15. *& ſaxo calcis.* l. 20. *ex aceto.* l. 21. *ex ærugine colligere.* l. 23. *ſic* pro L. l. 25. *medicamentis prodere, aut quibus hæc maxime in effectu ſunt, erodere ſatiusque.* l. 33. om. *utraque.* L. al. *utrumque.*

r *Oribaſ. Synopſ. VII.* 30.

cem exiſtimamus, ſic tamen ut brevis, intraque carnem ſit, collyrio uti non debemus; quod unam partem curet, reliquas omittat: ſed eadem medicamenta arida in calamum ſcriptorium coniicienda ſunt, isque ori fiſtulæ aptandus, inſpirandumque, ut ea medicamenta intus compellantur. Aut eadem ex vino liquanda, vel, ſi ſordidior fiſtula eſt, ex mulſo, ſi calloſior, ex aceto ſunt, atque intus infundendum. Quicquid inditum eſt, ſuperponenda ſunt, quæ refrigerent & reprimant. nam fere, quæ circa fiſtulam ſunt, habent aliquid inflammationis. Neque alienum eſt, ubi quis reſolverit, antequam rurſus alia medicamenta coniiciat, per oricularium clyſterem fiſtulam eluere; ſi plus puris fertur, vino; ſi callus durior eſt, aceto; ſi iam purgatur, mulſo, vel aqua, in qua ervum coctum ſit, ſic ut huic quoque mellis paulum adiiciatur.

Fere vero fit, ut ea tunica, quæ inter foramen & integram carnem eſt, victa medicamentis tota exeat, infraque ulcus purum ſit. Quod ubi contigit, imponenda glutinantia ſunt; præcipueque ſpongia melle cocto illita. Neque ignoro, multis placuiſſe linamentum in modum collyrii compoſitum, tinctum melle, implendi cauſa demitti. ſed celerius id glutinatur, quam impletur. Neque verendum eſt, ne purum corpus puro corpori iunctum non coeat; adiectis quoque medicamentis ad id efficacibus; cum ſæpe exulceratio digitorum, niſi magna cura proſpeximus, ſaneſcendo in unum eos iungat.

13. *De*

l. 8. *liquanda ſunt.* L. l. 10. om. *ſunt.* L. l. 10. *infundendum, quicquid.* L. l. 15. *iniiciat.* L. l. 20. *paululum.* L. l. 21. *ferrumen. ferrumentum.* l. 22. *victa tot.* L. l. 23. om. *tota* L. l. 27. *& tinctum.* l. 28. om. *implendi cauſa.* L. l. 29. *ſic* pro *id.* L.

13. *De Ulceris generis, quod* μελικηρία *nominatur.*

Eſt etiam ulceris genus, quod a favi ſimilitudine μελικηρίς ſ a Graecis nominatur. Idque duas ſpecies habet. Alterum ſubalbidum, furunculo ſimile; ſed maius, & cum dolore maiore. Quod, ubi matureſcit, habet foramina; per quae fertur humor glutinoſus, & purulentus; nec tamen ad iuſtam maturitatem pervenit. Si diviſum eſt, multo plus intus corrupti, quam in furunculo, apparet, altiuſque deſcendit. Raro fit niſi in capillis.

Alterum eſt minus, ſuper corpus eminens, durum, latum, ſubviride, ſubpallidum, magis exulceratum: ſiquidem ad ſingulorum pilorum radices foramina ſunt, per quæ fertur humor glutinoſus, ſubpallidus, craſſitudinem mellis, aut viſci referens, interdum olei. Si inciditur, viridis intra caro apparet. Dolor autem, & inflammatio ingens eſt, adeo ut acutam quoque febrem movere conſuerint.

Super id, quod minus crebris foraminibus exaſperatum eſt, recte imponitur & ficus arida, & lini ſemen in mulſo coctum, & emplaſtra ac malagmata materiam educentia, aut quæ proprie huc pertinentia ſupra poſui.

Super alterum, & ea medicamenta, & farina ex mulſo cocta, ſic ut ei dimidium reſinæ terebinthinæ miſceatur; & ficus in mulſo decocta, cui paulum hyſſopi contriti ſit adiectum; & uvæ taminiae pars quarta fico adiecta. Quod ſi parum in utrolibet genere

l. 1. Κηρίον. L. al. μελίκηρον. μελκηρὶς. *meliceria. melicera.* l. 4. *Alterum eſt.* l. 5. *& furunculo.* L. l. 6. *cum magno dolore.* l. 12. *ſcapulis.* l. 13. *& ſuper caput.* L. l. 19. *olei & ſi.* L. l. 25. *quod in vino.* l. 29. *eadem.* L. l. 33. *timiniæ.*

ſ *Actuar. M. M. II.* 12. *& IV.* 16. *Ægin. III.* 3. *Trallian. I.* 9.

genere medicamenta proficiunt, totum ulcus uſque ad ſanam carnem excidi oportet. Ulcere ablato, ſuper plagam medicamenta danda ſunt; primum, quæ pus citent; deinde, quæ purgent, tum quæ impleant.

14. *De Acrochordone, & Thymio, & Myrmeciis, & Clavo.*

Sunt vero quædam verrucis *t* ſimilia; quorum diverſa nomina, ut vitia ſunt.
46,29. Ἀκροχορδόνα Græci vocant, ubi ſub cute coit aliquid durius, & interdum paulo aſperius, coloris eiusdem; infra tenue, ad cutem latius. Idque modicum eſt, quia raro fabæ magnitudinem excedit. Vix unum tantum eodem tempore naſcitur; ſed fere plura, maximeque in pueris: eaque nonnunquam ſubito deſinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem excitant. ſunt, quæ etiam in pus convertuntur.

Θύμιον *u* nominatur, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſupra latius, ſubdurum, & in ſummo peraſperum. Id, qua ſummum, colorem floris thymi repræſentat; unde ei nomen eſt; ibique facile finditur, & cruentatur; nonnunquam aliquantum ſanguinis fundit: fereque circa magnitudinem fabæ Ægyptiæ eſt, raro maius, interdum perexiguum. Modo autem unum, modo plura naſcuntur, vel in talis vel palmis, vel inferioribus pedum partibus: peſſima tamen in obſcœnis ſunt: maximeque ibi ſanguinem fundunt.

Μυρμήκια *x* autem vocantur humiliora thymio

l. 3. *et ulcere.* l. 8. *Myrmecio.* ibid. add *& curationibus eorum.* l. 13. 14. *infra ad cutem tenue, ſupra latius* L. l. 17. om. *in.* L. l. 21. ακροθύμιον. L. al. *At thymion. Ac thymion. Aſthymion.* l. 22. *ad cutem latius, ſupra tenue.* L l. 24. *que* l 28. *citra.* l. al *autem* poſt *plura.* l. 32. om. *talis vel* L. l. ead. *in infer.* L.
t *Æginet. IV.* 15 *VI.* 87. u *Aëtius Tetrab. IV. Serm. II.* 3. *Oribaſ. Synopſ. VII.* 39. x *Actuar. M. M. II.* 11. *Oribaſ. Synopſ. VII.* 43.

thymio durioraque. quæ radices altius exigunt, maioremque dolorem movent, infra lata, ſuper autem tenuia, minus ſanguinis mittunt: magnitudine vix unquam lupini modum excedunt. Naſcuntur ea quoque aut in palmis aut in inferioribus partibus pedum.

Clavus *y* autem nonnunquam quidem etiam alibi, ſed in pedibus tamen maxime naſcitur; præcipue autem ex contuſo, quamvis interdum aliter: doloremque, etiamſi non alias, tamen ingredienti movet.

Ex his Acrochordon, ſive thymium ſæpe etiam per ſe finiuntur; &, quo minora ſunt, eo magis. Myrmecia & clavi ſine curatione vix unquam deſinunt. Acrochordon, ſi exciſa eſt, nullam radiculam relinquit, ideoque ne renaſcitur quidem. Thymio clavoque exciſis, ſubter rotunda radicula naſcitur, quæ penitus deſcendit ad carnem: eaque relicta idem rurſus exigit. Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent: ideoque ne excidi quidem ſine magna exulceratione poſſunt. Clavum ſubinde deradere, commodiſſimum eſt. nam ſine ulla vi ſic emolleſcit. ac, ſi ſanguinis quoque aliquid emiſſum eſt, ſæpe emoritur. Tollitur etiam, ſi quis eum circumpurgat, deinde imponit reſinam, cui miſcuit pulveris paulum, quem ex lapide molari contrito fecit. Cætera vero genera medicamentis adurenda ſunt. Aliiſque id, quod ex fece vini: myrmeciis 272,34.
id, quod ex alumine & ſandaracha fit, aptiſ- 273, 1.

ſimum

l. 3. *ſupra.* L. l. 10. *tamen* pro *autem.* l. 14. *& acrothymion.* al. *ſic &*: malunt. l. 20. *Acrothymio.* L. l. ead. *ſubrotunda.* L. l. 22. *exit.* L. l. 25. *radere.* L. l. 27. *molleſcit.* L. ibid. *at.* L. l. 30. *paululum.* L.

y *Æginet. III.* 80. *VI.* 87.

ſimum. Sed ea, quæ circa ſunt, foliis contegi debent, ne ipſa quoque exulcerentur.. deinde poſtea lenticula imponi ſolet. Tollit thymium etiam ficus in aqua cocta.

15. *De Puſtularum generibus.*

z At puſtulæ maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera ſunt. Nam modo circa totum corpus partemve aſpredo quædam fit, ſimilis iis puſtulis, quæ ex urtica, vel ex ſudore naſcuntur: *a* ἐξανθήματα Græci vocant. eæque modo rubent, modo colorem cutis non excedunt. Nonnunquam plures, ſimiles varis oriuntur, nonnunquam maiores puſtulæ, lividæ, aut pallidae, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato: ſubeſtque his hnmor. Ubi hæ ruptæ ſunt, infra quaſi exulcerata caro apparet. φλυκταίναι *b* ἑλκώδεις Graece nominantur. Fiunt vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis.

φλυζάκιον autem paulo durior puſtula eſt, ſubalbida, acuta. ex qua ipſa quod exprimitur, humidum eſt. Ex puſtulis vero nonnunquam etiam ulcuſcula fiunt, aut aridiora, aut humidiora: & modo tantum cum prurigine, modo etiam cum inflammatione ac dolore; exitque aut pus, aut ſanies, aut utrumque. Maximeque id evenit in aetate puerili: raro, in medio corpore: ſaepe, in eminentibus partibus.

Peſſima puſtula eſt, quae *c* ἐπινυκτὶς vocatur. Ea colore vel ſublivida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſuevit. Circa hanc autem vehe-

l. 1. *eſt. Sed.* L. l. 3. om. *ſolet.* L. l. 4. *acrothymium.* L. l. ead. *decocta.* l. 6. add. *& earum curationibus.* l. 10. *his.* l. 12. *eaque.* l. 15. *ſunt.* L. l. 27. *illis.* L. l. 19 al. om. φλυκταίναι. al. om. ἑλκώδεις. l. 20. *nominatur.* l. 22. *Phyzacion. Pſidiacrion. Pſydracion.* l. 25. *ſunt.* l. 28. *aut* pro *ac.*

z *Aph. III.* 20. a *Actuar. M.M. II.* 11. *Trall. I.* 5. b *Act. M. M. VI.* 8. c *Idem ibid. II.* 11. *Oribaſ. Synopſ. VII.* 37. 43.

vehemens inflammatio eſt; &, cum adaperta eſt, reperitur intus exulceratio mucoſa, colore humori ſuo ſimilis. Dolor ex ea ſupra magnitudinem eius eſt: neque enim ea faba maior eſt. Atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus, & fere noctu. unde nomen quoque a Græcis ei ἐπινυκτὶς eſt impoſitum.

In omni vero puſtularum curatione primum eſt, multum ambulare, atque exerceri: ſi quid iſta prohibet, geſtari. Secundum eſt, cibum minuere: abſtinere ab omnibus acribus *d* & extenuantibus. eademque nutrices facere oportet, ſi lactens puer ita affectus eſt. Præter hæc, is, qui iam robuſtus eſt, ſi puſtulæ minutæ ſunt, deſudare in balneo debet; ſimulque ſuper eas nitrum inſpergere; oleoque vinum miſcere, & ſic ungi; tum deſcendere in ſolium. Si nihil ſic proficitur, aut ſi maius puſtularum genus occupavit, imponenda lenticula eſt; detractaque ſumma pellicula, ad medicamenta lenia tranſeundum. Ἐπινυκτὶς poſt lenticulam, recte her- 267, 8. ba quoque ſanguinali, vel viridi coriandro curatur.

Ulcera ex puſtulis facta tollit ſpuma argenti cum ſemine fœni Græci mixta ſic, ut his invicem roſa atque intubi ſuccus adiiciatur, donec mellis craſſitudo fiat. Proprie ad eas puſtulas, quæ infantes male habent, lapidis, quem πυρίτην Græci vocant, P. VIII. * cum quinquaginta amaris nucibus miſcetur, adiiciunturque olei cyathi tres. Sed prius ungi ex ceruſſa puſtulæ debent, tum hoc illini.

16. *De*

l. 1. *apertæ.* L. l. 3. *color eſt.* l. 14. *tam.* L. l. 25. *Ulcera vero.* L. l. 28. *ei fiat.* L. l. 30. om. *Græci.* l. 34. *&* *tum* L.

d *Oribaſ. de Morb. Curat. III.* 54.

16. *De Scabie.* e

Scabies vero eſt durior cutis rubicundior. ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies; fitque ex his continuata exulceratio pruriens; ſerpitque in quibuſdam cito. Atque in aliis quidem ex toto deſinit, in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam,
340,14. quæ talis eſt, ἀγρίαν Græci appellant, id eſt feram.

In hac quoque victus ratio eadem, quæ ſupra, neceſſaria eſt. Medicamentum autem ad incipientem hanc idoneum eſt; quod fit ex ſpodii, croci, æruginis, ſingulorum P. I. * piperis albi, omphacii, ſingulorum P. I. * cadmiæ P. VIII. * At, ubi iam exulceratio eſt, id, quod fit ex ſulphuris P. I. * ceræ P. IV. * picis liquidæ hemina, olei ſextariis duobus, quæ ſimul incoquuntur, dum craſſitudo mellis fiat. Eſt etiam,
255,16. quod ad Protarchum auctorem refertur. Habet hoc farinæ lupinorum ſextarium, nitri cyathos quatuor, picis liquidæ heminam, reſinæ humidæ ſelibram, aceti cyathos tres. Crocum quoque, lycium, ærugo, myrrha, cinis, æquis portionibus recte miſcentur, & ex paſſo coquuntur. Idque omnem pituitam ubique ſuſtinet. At, ſi nihil aliud eſt, amurca ad tertiam partem decocta, vel ſulphur pice liquida miſtum, ſicut de pecoribus propoſui, hominibus quoque ſcabie laborantibus opitulantur.

17. *De*

l. 1. *& eius curatione.* l. 2. *durities cutis rubicundior.* L. al. *durior cutis rubicundus. humor cutis rubicundus.* l. 5. *continuate.* l. 18. *Aut.* l. 21 *ſimul uſque ad craſſitudinem mellis incoquuntur.* L. l. 30. al *reprimit* pro *ſuſtinet.* malunt. at. L. legit: *Idque omnem utique ſcabiem ſanat.* ibid. *Ac.* L. l. 32. *pici liquidæ.* L.

e *Oribaſ. de Morb. Curat. III.* 58.

17. *De Impetiginis ſpeciebus.* f.

Impetiginis vero ſpecies ſunt quatuor. Minime mala eſt, quæ ſimilitudine ſcabiem repræſentat. nam & rubet, & durior eſt, & exulcerata eſt, & rodit. Diſtat autem ab ea quia magis exulcerata eſt, & varis ſimiles puſtulas habet; videnturque eſſe in ea quaſi bullulæ quædam, ex quibus interpoſito tempore, quaſi ſquamulæ reſolvuntur, certioribusque hæc temporibus revertitur.

Alterum genus peius eſt, ſimile papulæ feræ, ſed aſperius rubicundiuſque, figu- 340,14. ras varias habens: ſquamulæ ex ſumma cute decidunt, roſio maior eſt, celerius & latius procedit, certioribuſque etiam nonnunquam priori temporibus & fit, & deſinit. Rubrica cognominatur.

Tertia etiamnum deterior eſt. nam & craſſior eſt, & durior, & magis tumet; in ſumma cute finditur, & vehementius rodit. Ipſa quoque ſquamoſa, ſed nigra procedit late, & tarde eminus ſerpit; in temporibus, aut oritur, aut deſinit; neque ex toto tollitur. Nigræ cognomen eſt.

Quartum genus eſt, quod curationem omnino non recipit, diſtans colore. nam ſubalbidum eſt, & recenti cicatrici ſimile; ſquamulaſque habet pallidas, quaſdam ſubalbidas, quaſdam lenticulæ ſimiles: quibus demptis, nonnunquam profluit ſanguis. Alioqui vero humor eius albidus eſt, cutis dura atque fiſſa eſt; proceditque latius.

Haec vero omnia maxime genera oriuntur in pedibus, & manibus; atque un-

gues

l. 5. om. *eſt.* L. ibid. *erodit. roditur.* l. 6. *quæ.* L. l. 7. om. *quaſi.* Ibid. *ſolvuntur.* L. l. 10 *hoc.* l. 11. *eſt peius et.* L. l. 12. *fere.* L. l. 14. *deſcendunt. dicedunt.* l. ead. *roſeo.* l. 15. *etiam, quam prior.* al. *etiam nonnunquam prior.* l. 16. *rubra.* L. l. 21. *eſt proceditque, & latet, nec tardat: minus vero errat in temporibus quibus aut.* L. legendum puto: *& minus certis in t.* l. 30. *alioquin.* l. 31 *fixa.*

f *Oribaſ. de Morb. Curat. III.* 59. *Synopſ. VII.* 49.

gues quoque infeſtant. Medicamentum non aliud valentius eſt, quam quod ad ſcabiem
338, 23. quoque pertinere ſub auctore Protarcho retuli. Serapion autem, nitri P. II. * ſulphuris P. IV. * excipiebat reſina copioſa, eoque utebatur.

18. *De papulis.*

Papularum vero duo genera ſunt. Altera eſt, in qua per minimas puſtulas cutis exaſperatur, & rubet, leviterque roditur, medium habet pauxillo lævius: tarde ſerpit. idque vitium maxime rotundum incipit, ea-
338, 11. demque ratione in orbem procedit. Altera autem eſt, quam ἀγρίαν, id eſt, feram, Græci appellant. In qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſperatur, exulceraturque, ac vehementius & roditur, & rubet, interdum etiam pilos remittit.

Quæ minus rotunda eſt, difficilius ſaneſcit: niſi ſublata eſt, in impetiginem vertitur. Sed levis papula etiam, ſi ieiuna ſaliva quotidie defricatur, ſaneſcit. Maior commodiſſime murali herba tollitur, ſi ſuper eadem trita eſt. Ut vero ad compoſita medicamenta veniamus, idem illud Protarchi tanto valentius in his eſt, quanto minus in his vitii eſt. Alterum ad idem, Miconis: nitri rubri, thuris, ſingulorum P. I. * cantharidum purgatarum P. II. * ſulphuris ignem non experti tantundem, reſinæ terebinthinæ liquidæ P. XX. * farinæ lolii ſext. III. git cyathos tres, picis crudæ ſext. unum.

19. *De*

l. 7. *& earum curatione.* l. 8. 9. *Alterum - quo.* L. l. 10. *levius.* l. 14. *Alterum eſt.* L. ibid. om. *id eſt, feram.* L. l. 19. *ſeneſcit.* l. 22. *defricetur.* ibid. *ſeneſcit.* l. 24. *ſub ea detrita.* l. 27. *Mironis.* l. 33. *lolii ſemis.* l. ead. *cyathi.* L. l. 34. al. om. *unum.* al. *ſext.*

19. *De Vitiliginis ſpeciebus, id eſt, de Alpho, & Melane, & Leuce.* g

Vitiligo quoque, quamvis per ſe nullum periculum adfert; tamen fœda eſt, & ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt. Ἄλφος vocatur, ubi color albus eſt, fere ſubaſper & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Interdum etiam latius, & cum quibuſdam intermiſſionibus ſerpit. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger eſt, & umbræ ſimilis. cætera eadem ſunt. Λεύκη habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit; in eaque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt: ſed in aliis celerius, in aliis tardius. Alphos & Melas in quibusdam variis temporibus & oriuntnr & deſinunt. Leuce, quem occupavit, non facile dimittit.

Priora curationem non difficillimam recipiunt: ultimum vix unquam ſaneſcit; ac, ſi quid ei vitio demptum eſt, tamen non ex toto ſanus color redditur. Utrum autem aliquod horum ſanabile ſit, an non ſit, experimento facile colligitur. Incidi enim cutis debet, aut acu pungi. ſi ſanguis exit, quod fere fit in duobus prioribus, remedio locus eſt: ſi humor albidus, ſanari non poteſt. Itaque ab hoc quidem abſtinendum eſt.

Super id vero, quod curationem recipit, imponenda lenticula mixta cum ſulphure & thure, ſic, ut ea contrita ex aceto ſit. Aliud ad idem, quod ad Irenæum auctorem refertur. Alcyonium, nitrum, cuminum,

l. 2. *mela.* ibid. *& earum curatione.* l. 4 *tamen &.* l. 17. om. *&.* L. l. 24. om. *ſit.* L.

g *Actuar. M. M. II.* 11. *VI.* 8. *Oribaſ. de Morb. Cur. III.* 58. *Aëtius Tetrab. IV. Serm. I.* 132.

num, fici folia arida paribus portionibus contunduntur, adiecto aceto. His in sole vitiligo perungitur: deinde non ita multo post, ne nimis erodatur, eluitur. Proprie quidam, Micone auctore, eos, quos Alphos vocari dixi, hoc medicamento perungunt: sulphuris P. II. * nitri P. IV. * myrrhæ aridæ contritæ acetabulum miscent, deinde in balneo super vitiliginem inspergunt farinam ex faba, tum hæc inducunt. Hi vero, quos Melanas vocari dixi, curantur, cum simul contrita sunt alcyonium, thus, hordeum, faba, eaque sine oleo in balneo ante sudorem insperguntur. Tum genus id vitiliginis defricatur.



LIBER SEXTUS.

CAP. I.

De Vitiis singularum corporis partium.

DIXI de his vitiis, quæ per totum corpus orientia, medicamentorum auxilia desiderant. nunc ad ea veniam, quæ non nisi in singulis partibus incidere consueverunt, orsus a capite.

I. *De Capillis fluentibus.* a.

In hoc igitur capillis fluentibus maxime qnidem sæpe radendo succurritur. Adiicit etiam vim quandam ad continendum, ladanum cum oleo * mistum. Nunc de his capillis loquor, qui post morbum fere fluunt.
343,27. Nam,

l. 4. *quidem.* L. l. 5. *Mirone.* l. 7. ALDUS: *sulphuris P. p. z. aluminis scissilis P. p. z. nitri P.* * IIII. *myrti radice contrita acet.* l. 12. om. *eaque.* l. 14. *ac tum.* L. l. 22. *iis.* l. 27. *consuerunt.* l. 32. *enim.*

a *Trallian. l. 2. Actuar. M. M. II. 5. IV. 9. Oribas. de Loc. Affect. Cur. IV. 5.* * *Scil. myrteo. Th. Priscian. l. 2.*

Nam, quo minus caput quibuſdam ætate * nudetur, ſuccurri nullo modo poteſt.

CAP. II.
De Porrigine a

PORRIGO autem eſt, ubi inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæque a cute reſoluuntur; & interdum madent, multo ſæpius ſiccæ ſunt. Idque evenit, modo ſine ulcere, modo exulcerato loco; huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in ſupercilio. Ac neque ſine aliquo corporis vitio naſcitur, neque ex toto inutile eſt. Nam bene integro capite, non exit: ubi aliquod in eo vitium eſt, non incommodum eſt, ſummam cutem potius ſubinde corrumpi, quam id, quod nocet, in aliam partem magis neceſſariam verti.

Commodius eſt ergo ſubinde pectendo repurgare, quam id ex toto prohibere. Si tamen ea res nimium offendit, quod humore ſequente fieri poteſt, magiſque, ſi is etiam mali odoris eſt, caput ſæpe radendum eſt; dein id ſuper adiuvandum aliquibus ex leviter reprimentibus; quale eſt nitrum cum aceto, vel ladanum cum myrteo & vino, vel myrobalanum cum vino. Si parum per hæc proficitur, vehementioribus uti licet; cum eo, ut ſciamus, utique in recenti vitio id inutile eſſe.

 CAP.

l. 6. *& eius curatione.* l. 9. *acutæ.* L. l. 13. *accidente.* l. 17. *aliquid.* l. 25. *magis offendit,* (*quod nimium ſeq.* L. l. 26. *id.* l. 29. om. *&.*

* *Priſcian. I.* 2. a *Ægin. III.* 3. *Trallian. I.* 4. *Oribaſ. de Loc. Affect. Cur. IV.* 9. 10.

CAP. III.

De Sycosi. a

EST etiam ulcus, quod a fici ſimilitudine σύκωσις a Graecis nominatur. Caro excreſcit. Et id quidem generale eſt. Sub eo vero duæ ſpecies ſunt. Alterum ulcus durum & rotundum eſt: alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinoſum exit: ex humido plus, & mali odoris. Fit vero vtrumque in iis partibus, quæ pilis conteguntur: ſed quidem id, quod calloſum & rotundum eſt, maxime in *b* barba; id vero, quod humidum, præcipue eſt in capillo.

Super utrumque oportet imponere elaterium, aut lini ſemen contritum & aqua coactum, aut ficum in aqua decoctam, aut emplaſtrum tetrapharmacum ex aceto ſubactum. Terra quoque Eretria ex aceto liquata recte illinitnr.

CAP. IV.

De Areis.

AREARUM quoque duo genera ſunt. Commune utrique eſt, quod, emortua ſumma pellicula, pili primum extenuantur; deinde excidunt: ac, ſi ictus is locus eſt, ſanguis exit liquidus, & mali odoris: increſcitque utrumque in aliis celeriter, in aliis tarde. Peius eſt, quod denſam cutem, & ſubpinguem, & ex toto glabram fecit. Sed ea, quæ ἀλωπεκία *b* nominatur, ſub qualibet figura dilatatur. Fit & in capillo, & in barba.

l. 2. om. *& eius curatione.* L. l. 5. *quia caro in eo.* L. l. 7. 8. *Altera.* L. l. 11. om. *vero.* L. l. 12. om. *quidem.* L. l. 14. om. *eſt.* L. l. 24. *& earum curationibus.*

a *Æginet. III.* 3. *Actuar. M. M. II.* 5. *Oribaſ. de Loc. Affect. Cur. IV.* 52. *Trall. I.* 5. b *Trallian. I.* 1. *Priſcian. Lib.* 1. *c.* 6.

barba. Id vero, quod a ſerpentis ſimilitudine ὀφίασις c appellatur, incipit ab occipitio duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus ſerpit; quibuſdam etiam ad frontem, donec ſe duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate eſt: hoc fere in infantibus. Illud vix unquam ſine curatione: hoc per ſe ſæpe finitur.

Quidam hæc genera arearum ſcalpello exaſperant. quidam illinunt adurentia ex oleo; maximeque chartam combuſtam. quidam reſinam terebinthinam cum thapſia inducunt. Sed nihil melius eſt, quam novacula quotidie radere: qua cum paulatim ſumma pellicula exciſa eſt, adaperiuntur pilorum radiculæ. Neque ante oportet deſiſtere, quam frequentem pilum naſci apparuerit. Id autem, quod ſubinde raditur, illini atramento ſcriptorio ſatis eſt.

CAP. V.

De Varis, & Lenticulis, & Ephelide.

PENE ineptiæ ſunt, curare varos, & lenticulas, & ephelidas: ſed eripi tamen fœminis cura cultus ſui non poteſt. Ex his autem, quæ ſupra propoſui, vari lenticulæque vulgo notæ ſunt; quamvis rarior ea ſpecies eſt, quam ξένιον Græci vocant, cum ſit ea lenticula rubicundior, & inæqualior. Ἐφηλὶς vero a pleriſque ignoratur: quæ nihil eſt, niſi aſperitas quædam & durities mali coloris. Cætera non niſi in facie:

l. 7. *fere infantibus.* l. 15. *quia.* L. l. 19. *ſutorio.* L. l. 26. *& eorum curationibus.* l. 28. *quas - poſui.* l. 30. φακίαν. L. *at* PANTINUS: φακόν. al. *Xaenion.*

c *Oribaſ. de Loc. Affect. Cur. IV.* 42. *Actuar. M. M. V.* 13. a *Æginet. III.* 1.

cie: lenticulæ etiam in alia parte nonnunquam nafci folent. de qua per fe fcribere alio loco, vifum operæ pretium non eft.

Sed vari commodiffime tolluntur impofita refina, cui non minus quam ipfa eft, aluminis fciffilis, & paulum mellis adiectum eft. Lenticulam tollunt galbanum & nitrum, cum pares portiones habent, contritaque ex aceto funt, donec ad mellis craffitudinem venerint. His corpus illinendum, &, interpofitis pluribus horis, mane eluendum eft, oleoque leviter ungendum.

Ephelidem tollit refina, cui tertia pars falis foffilis & paulum mellis adiectum eft. Ad omnia vero ifta, atque etiam ad colorandas cicatrices, poteft ea compofitio, quae ad Tryphonem patrem auctorem refertur. In ea pares portiones funt myrobalani, crocomagmatis, cretæ cimoliæ fubcæruleæ, nucum amararum, farinæ hordei atque ervi, ftruthii albi, fertulæ campanæ feminis. quæ omnia contrita, melle quam amariffimo coguntur, illitumque a vefpere ufque mane eluitur.

CAP. VI.

De oculorum morbis & primo de his, qui lenibus medicamentis curantur. a

SED hæc quidem mediocria funt. *b* Ingentibus vero & variis cafibus oculi noftri patent. Qui cum magnam partem ad vitæ fimul & ufum & dulcedinem conferant, fumma cura tuendi funt.

Pro-

l. 10. *eft.* &. L. l. 11. om. *eft.* L. l. 16. *prodeft.* L. l. 19. *magmatis.* l. 23. *coquuntur.* l. 27. *curationibusque eorum.* l. 28. *his morbis.*

a *Actuar. M. M. IV.* 11. *VI.* 5. *III.* 22. b *Tral-lian. II.* 1.

Protinus autem orta lippitudine, quædam notæ *a* sunt, ex quibus, quid eventurum sit, colligere possimus. Nam, si simul & lacryma & tumor & crassa pituita cœperint; si ea pituita lacrymæ mista est; neque lacryma calida est, pituita vero alba & mollis, tumor non durus; longæ valetudinis metus non est. At si lacryma multa & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idque in uno oculo est; longum id, sed sine periculo, futurum est. Idque lippitudinis genus minime cum dolore est; sed vix 331.
ante vigesimum diem tollitur: nonnunquam 411.
per duos menses durat; sed quandoque finitur, si pituita alba & mollis esse incipit, lacrymæque miscetur.

Aut, si simul hæ utrumque oculum invaserunt, potest esse brevior, sed periculum ulcerum est. Pituita autem sicca & arida dolorem quidem movet, sed maturius desinit; nisi quid exulceravit.

Tumor magnus, si sine dolore est, & siccus, sine ullo periculo est: si siccus quidem, sed cum dolore est, fere exulcerat; & nonnunquam ex eo casu fit, ut palpebra cum oculo glutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in palpebris pupillisve est; ubi, super magnum dolorem, lacrymæ salsæ calidæque eunt; aut etiam si, tumore iam finito, diu lacryma cum 435,4.
pituita profluit.

Peius etiamnum est, ubi pituita pallida aut livida est, lacryma calida aut multa profluit, caput calet, a temporibus ad oculos

l. 3. *Nam simul* ac. *nam simul &.* l. 6. *& ea lacryma.* l. 14. om. *sed.* L. l. 15. *brevius finitur.* l. 17. *miscentur.* l. 30. *tumore infinito.* l. 32. *calida. candida.*

a *Hippocrat.* L. II. *Prædiit.* n. XXVIII.

los dolor pervenit, nocturna vigilia urget. ſiquidem ſub his oculus plerumque rumpitur, votumque eſt, ut tantum exulceretur. Intus ruptum oculum febricula iuvat. Si foras iam ruptus procidit, ſine auxilio eſt. Si de nigro aliquid albidum factum eſt, diu manet. At ſi aſperum, & craſſum eſt, etiam poſt curationem veſtigium aliquod relinquit.

Curare vero oculos ſanguinis detractione, medicamento, balneo, fotu, vino, vetuſtiſſimus auctor Hippocrates *c* memoriæ prodidit. Sed eorum tempora & cauſas parum explicuit: in quibus Medicinæ ſumma eſt. Neque minus in * abſtinentia & alvi du-
69,21. ctione ſæpe auxilii eſt. Hos igitur interdum inflammatio occupat: ubi cum tumore in his dolor eſt; ſequiturque pituitæ curſus, nonnunquam copioſior vel acrior, nonnunquam utraque parte moderatior. In eiusmodi caſu prima omnium ſunt quies & abſti-
114,20. nentia. Ergo primo die, loco obſcuro cubare debet ſic, ut a ſermone quoque abſti-
298,15. neat: nullum cibum aſſumere; ſi fieri poteſt, ne aquam quidem; ſin minus, certe quam minimum eius.

Quod ſi graves dolores ſunt, commodius ſecundo die; ſi tamen res urget, etiam primo † ſanguis mittendus eſt; utique ſi in fronte venæ tument, ſi firmo corpori materia ſupereſt. Si vero minor impetus, minus acrem curationem requirit, alvum non niſi ſecundo tertiove die duci oportet. At modica inflammatio neutrum ex his auxi-

l. 5. *procedit.* L. l. 7. om. *&*. l. 11. om. *fotu.* al. & om. *vino.* l. 30. *corpore.* L.

c *Aphor. VI.* 31. * *Marcell. de Medic. c.* 8.
† *Idem ibidem.*

auxilium deſiderat: ſatisque eſt, uti quiete & abſtinentia.

Neque tamen in lippientibus longum ieiunium neceſſarium eſt, ne pituita tenuior atque acrior fiat: ſed ſecundo die dari debet id, quod leviſſimum videri poteſt ex his, quæ pituitam faciunt craſſiorem; qualia ſunt ova ſorbilia: ſi minor vis urget, pulticula quoque, aut panis ex lacte. Inſequentibus diebus, quantum inflammationi detrahetur, tantum adiici cibis poterit; ſed generis eiuſdem: utique ut nihil ſalſum, nihil acre, nihil ex his, quæ extenuant, ſumatur; nihil potui præter aquam. Et victus quidem ratio talis maxime neceſſaria eſt.

Protinus autem primo die, † croci P. I. * & farinæ candidæ quam tenuiſſimæ P. II. * excipere oportet ovi albo, donec mellis craſſitudinem habeat: idque in linteolum illinere, & fronti agglutinare, ut, compreſſis venis, pituitæ impetum cohibeat. Si crocum non eſt, thus idem facit. Linteolo an lana excipiatur, nihil intereſt. Superinungi vero oculi debent ſic, ut croci quantum tribus digitis comprehendi poteſt, ſumatur, myrrhæ ad fabæ, *a* papaveris lacrymæ ad lenticulæ magnitudinem, eaque cum paſſo conterantur, & ſpecillo ſuper oculos inducantur. Aliud ad idem: myrrhæ P. I. * § mandragoræ ſucci P. II. * *a* papaveris lacrymæ P. II. * foliorum roſæ, cicutæ ſeminis, ſingulorum P. III. * acaciæ P. IV. * gummi P. VIII. * Et hæc quidem interdiu

l. 7. *iis*, L. l. 28. *lentis*. L. l. 33. *ſingulorum P.* * IIII.

† *Marcell. de Medic. c.* 8. § *Idem ibid.* a *De torpefacientium uſu vid. Alexander Trallianus L.* 11. *c.* 1. *item Aetius & Galenus paſſim.*

diu: nocte vero, quo commodior quies veniat, non alienum eſt, ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam. nam & pituitam reprimit, &, ſi quid lacrymæ proceſſit, abſorbet, & oculum glutinari non patitur.

Si grave id & durum, propter magnum oculorum dolorem, videtur, ovi & album & vitellus in vas defundendum eſt; adiiciendumque eo mulſi paulum, idque digito permiſcendum; ubi facta unitas eſt, demitti debet lana mollis bene carpta, quæ id excipiat, ſuperque oculos imponi. Ea res & levis eſt, & refrigerando pituitam coercet, & non exareſcit, & glutinari oculum non patitur. Farina quoque hordeacea cocta, & cum malo cotoneo cocto mixta, commode imponitur. Neque ab ratione abhorret, etiam penicillo potiſſimum uti expreſſo, ſi levior impetus eſt, ex aqua; ſi maior, ex poſca. Priora faſcia deligenda ſunt, ne per ſomnum cadant: at hoc ſuperimponi ſatis eſt, quia & reponi ab ipſo ægro commode poteſt: &, cum inaruit, iterum madefaciendum eſt. Si tantum mali eſt, ut ſomnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum eſt, quæ ἀνώδυνα Græci vocant: ſatisque eſt puero, quod ervi; viro, quod fabæ magnitudinem impleat. In ipſum vero oculum primo die, niſi
348,28, modica inflammatio eſt, nihil recte conii-
34. citur: ſæpe enim potius concitatur eo pituita, quam minuitur. A ſecundo die, gravi quoque lippitudini per indita medicamenta

l. 22. *&* pro *at.* l. 24. om. *ægro.* ibid. *& quia.* L. l. 28. *apellant.* L. l. 30. *immodica.* L. l. 33. *At* pro *A.* L.

menta recte ſuccurritur, ubi vel iam ſanguis miſſus, vel alvus ducta eſt; aut ubi neutrum neceſſarium eſſe, manifeſtum eſt.

2. *De diverſis oculorum collyriis.*

Multa autem multorum auctorum collyria ad id apta ſunt; noviſque etiam nunc miſturis temperari poſſunt; cum lenia medicamenta, & modice reprimentia, facile & varie miſceantur. Ego nobiliſſima exequar.

3. *Philonis collyrium.*

Eſt igitur Philonis, quod habet ceruſſæ elotæ, ſpodii, gummi, ſingulorum P. I. * papaveris lacrymæ combuſtæ P. I. *. Illud ſcire oportet, haec quoque omnia medicamenta, ſingula primum per ſe teri, deinde miſta iterum, adiecta paulatim vel aqua, vel alio humore; gummi cum quaſdam alias facultates habeat, hoc maxime praeſtare, ut, ubi collyria facta inaruerunt, glutinata ſint, neque frientur.

4. *Dionyſii collyrium.*

Dionyſii vero collyrium eſt: papaveris lacrymæ combuſtæ, donec tenereſcat P. I. * thuris combuſti, gummi, ſingulorum P. II. * ſpodii P. IIII. *.

5. *Cleonis collyrium.* d

Cleonis nobile admodum: papaveris lacrymæ frictæ P. I. * croci P. I. * gummi P. * V. quibus, cum teruntur, adiicitur roſæ ſuccus. Aliud eiuſdem valentius: ſquamæ æris, quod ϛόμωμα † adpellant, P. I. * croci P. II. * ſpodii P. IV. * plumbi & eloti, & combuſti P. II. * gummi tantun-

l. 2. om. *ubi.* L. l. 5. om. *auctorum.* L. l. 6. *etiamnum.* L. l. 9. *ego etiam.* L. al. *ergo nob.* l. 19. *præſtat.* L. l. 20. *diu facta.* L. l. 21. *fricentur.* l. 23. om. *vero.* L. l. 30. *P.* * I. l. 32. *ferri* pro *æris.* L.

d *Oribaſ. Synopſ. LIII.* de Collyriis. *Æginet. VII.* 16.

† *Vide Saracenum in Dioſcorid. Lib. V. c.* 90.

tundem. Eius aliud quoque ad idem eſt, maxime ubi multa pituita profluit: caſtorei P.* I. aloes P.* I. croci P.* I. myrrhæ P. * II. lycii P. III. * cadmiæ curatæ P. VIII. * ſtibis tantundem. acaciæ ſucci P. XII. * quod, cum gummi miſcuit, in pyxidicula ſervatur. Theodotus vero huic compoſitioni adiecit papaveris lacrymæ combuſtæ P.* I. æris combuſti & eloti P. II. * nucleorum palmarum combuſtorum P. X. * gummi P. XII *

6. *Theodoti* e *collyrium, Achariſtum appellatum.*

At ipſius Theodoti, quod a quibuſdam ἀχάριστον nominatur, eiuſmodi eſt: caſtorei, nardi Indici, ſingulorum P. I. * lycii P. II. * papaveris lacrymæ tantundem; myrrhæ P. II. * croci, ceruſſæ elotæ, aloes, ſingulorum P. III. * cadmiæ botryodis elotæ, æris combuſti, ſingulorum P. VIII.* gummi P. XVIII. * acaciæ ſucci P. XX. * ſtibis tantundem; quibus aqua pluvialis adiicitur.

7. *Cythion vel Tephrion collyrium.*

Præter hæc, ex frequentiſſimis collyriis eſt id, quod quidam Cythion, quidam a cinereo colore Tephrion appellant. Habet amyli, tragacanthæ, acaciæ ſucci, gummi, ſingulorum P. I. * papaveris lacrymæ P. II. * ceruſſæ elotæ P. IV.* ſpumæ argenti elotæ P. VIII. quæ æque ex aqua pluviali conteruntur.

8. *Euelpidis collyrium, Trygodes nominatum.*

Euelpides autem, qui ætate noſtra maximus fuit * ocularius medicus, utebatur eo, quod ipſe compoſuerat. Τρυγῶδες nominabat,

l. 2. P. * 2. l. 3. om. *croci.* P. I.* L. ibid. om. *lycii* P. III.* L l. 4. *ſtibii.* L l. 5. 6. *cum miſcueris - ſervetur.* L. l. 6. *pyxidecula. pyxidula.* l. 7. P.* l. 8. 9. *nucleos - combuſtos* l. 14 om. II. L. l. 16. *botryitidis.* L. l. 18. *ſtibii.* L. l. 19. *pluviatili.* l. 22. *cireneo.* l. 23. om. *Habet.* l. 26. om. *argenti.* l. 31. *&* τρυγ L.

e *Æginet. VII.* 16. *Paulo aliter exſtat apud Marcellum de Medic. c. VIII pag.* 267. *Ed. Steph. Eſt & aliud Theodotion Dionyſianum pag.* 274. *eodem capite deſcriptum, niſi malis hoc referre ad mox antecedens Dionyſii. Aliud exſtat etiam pag.* 282. **Marcell. de Medic. c.* 8. *p.* 267. 274.

nabat. Habet autem hoc, caſtorei P. II. * lycii, nardi, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. I. * croci, myrrhæ, aloes, ſingulorum P. IV. * æris combuſti P. VIII. * cadmiæ, & ſtibis, ſingulorum P. XII. * acaciæ ſucci P. XXVI. * gummi tantundem.

Quo gravior vero quæque inflammatio eſt, eo magis leniri medicamentum debet, adiecto vel albo ovi, vel muliebri lacte. At, ſi neque medicus, neque medicamentum præſto eſt, ſæpius utrumlibet horum in oculos penicillo ad idipſum facto infuſum, id malum lenit. Ubi vero aliquis relevatus eſt, iamque curſus pituitæ conſtitit, reliquias fortaſſe leviores futuras diſcutiunt balneum & vinum. Igitur lavari debet leviter, ante ex oleo perfricatus, diutiusque in cruribus & feminibus; multaque calida aqua fovere oculos; deinde per caput prius calida, tum egelida perfundi: a balneo cavere, ne quo frigore afflatuve lædatur: poſthæc cibo paulo pleniore, quam ex eorum dierum conſuetudine, uti; vitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus: vinum bibere lene, ſubauſterum, modice vetus; neque effuſe, neque timide; ut neque cruditas ex eo, & tamen ſomnus fiat, lenianturque intus latentia acria. Sed, ſi quis in balneo ſenſit maiorem oculorum perturbationem, quam attulerat (quod incidere his ſolet, qui manente adhuc pituitæ curſu, feſtinarunt) quamprimum diſcedere debet: nihil eo die vini aſſumere; cibi minus etiam, quam pridie. deinde cumprimum

l. 1. *Habet autem hoc, caſt.* L. l. 5. *ſtibii.* L. l. 8. *medicamento.* L. l. 9. om. *ovi.* l. 12. *oculis.* l. 13. *revelatus.* l. 15. *leniores.* l. 23. *ex operum conſuetudine.* L.

mum satis pituita subſtitit, iterum ad uſum balnei redire.

Solet tamen evenire nonnunquam, ſive tempeſtatum vitio, ſive corporis, ut pluribus diebus neque dolor, neque inflammatio, & minime pituitæ curſus finiatur. Quod ubi incidit, iamque ipſa vetuſtate res matura eſt, ab his eiſdem auxilium petendum eſt, id eſt balneo ac vino. Hæc enim ut in recentibus malis aliena ſunt; quia concitare ea poſſunt, & accendere: ſic in veteribus, quæ nullis aliis auxiliis ceſſerunt, admodum efficacia eſſe conſuerunt. videlicet hic quoque, ut alibi *, cum ſecun- 19, 18. da vana fuerint, contrariis adiuvantibus. Sed ante tonderi ad cutem convenit: deinde in balneo aqua calida quamplurima caput atque oculos fovere: tum utrumque penicillo detergere, & ungere caput irino unguento; continereque in lectulo ſe, donec omnis calor, qui conceptus eſt, finiatur, deſinatque ſudor, qui neceſſario in capite collectus eſt. Tum ad idem cibi vinique genus veniendum eſt ſic, uti potiones meracæ ſint; obtegendumque caput, & quieſcendum. Saepe enim poſthaec gravis 348, 15. ſomnus, ſæpe ſudor, ſæpe alvi deiectio pituitæ curſum finit. Si levatum eſt malum 368, 28. (quod aliquando ſerius fit) per plures dies idem fieri oportet, donec ex toto ſanitas reſtituatur. Si diebus eiſdem alvus nihil reddit, ducenda eſt, quo magis ſuperiores partes leventur.

Nonnunquam autem ingens inflammatio

l. 24. om. *eſt.* l. 29. *aliquanto ſæpius. aliquando ſæpius.*

* *Lib.* II. *c.* 9.

tio tanto impetu erumpit, ut oculos e ſua ſede propellat. πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Græci appellant. Iis utique, ſi vires patiuntur, ſanguinem mitti: ſi id fieri non poteſt, alvum duci, longioremque inediam induci, neceſſarium eſt. Opus autem leniſſimis medicamentis eſt. Ideoque Cleonis collyrio quidam, quod ex duobus ante po- 351,27. ſitum eſt, utuntur. Sed optimum eſt Nilei: neque de ullo magis inter omnes auctores convenit.

9. *Nilei collyrium, omnium optimum.*

Id habet nardi Indici, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. * gummi P. I. * croci P. II. * foliorum roſæ recentium P. IV. * quæ vel aqua pluviatili, vel vino leni ſubauſtero coguntur. Neque alienum eſt, malicorium, vel ſertulam campanam ex vino coquere, deinde conterere: aut myrrham nigram cum roſæ foliis miſcere: aut hyoſcyami folia cum ovi vitello cocti: aut farinam cum acaciæ ſucco, vel paſſo, aut mulſo. Quibus ſi folia quoque papaveris adiiciuntur, aliquanto valentiora ſunt. Horum aliquo præparato, penicillo fovere oculos oportet, ex aqua calida expreſſo, in qua ante vel myrti vel roſæ folia decocta ſint: deinde, ex illis aliquid imponi. Præter hæc, ab occipitio inciſa cute, cucurbitula admovenda eſt.

Quod ſi per hæc reſtitutus oculus in ſedem ſuam non eſt, eodemque modo prolapſus permanet, ſcire oportet, lumen eſſe amiſſum: deinde futurum, ut aut indureſcat, 356, 8.

Z 2 is,

l. 1. om. *e.* L. l. 3. *His.* L. l. om 1. L. l. 6. *induci.* L. l 16. *levi.* L. l. 21. *vitello cocta* L. l. 30. *adhibenda.* L. l. 34. om. *aut.* L. ibid. *inarefcit.*

is, aut in pus vertatur. Si ſuppuratio ſe oſtendit, ab eo angulo, qui tempori propior eſt, incidi oculus debet; ut, effuſo pure, & inflammatio ac dolor finiatur, & intus tunicæ reſidant, quo minus fœda poſtea facies ſit. Utendum deinde vel iiſdem collyriis eſt ex lacte aut ovo; vel croco, cui album ovi miſceatur. At, ſi induruit, & ſic emortuus eſt, ne in pus verteretur; quatenus fœde prominebit, excidendum erit ſic, ut hamo ſumma tunica apprehendatur; deinde infra id ſcalpellus incidat: tum eadem medicamenta erunt coniicienda, donec omnis dolor finiatur. Iiſdem medicamentis in eo quoque oculo utendum eſt, qui primum procidit, deinde per plura loca fiſſis eſt.

10. *De carbunculis oculorum.* f

Solent etiam carbunculi ex inflammatione naſci, nonnunquam in ipſis oculis, nonnunquam in palpebris: & in his ipſis, modo ab interiore, modo ab exteriore parte. In hoc caſu alvus ducenda eſt: cibus minuendus: lac potui dandum; ut acria, quæ læſerunt, leniantur. Quod ad cataplaſmata & medicamenta pertinet, his utendum, quæ adverſus inflammationes propoſita ſunt. Atque hic quoque Nilei Collyrium optimum eſt. Si tamen carbunculus in exteriore palpebræ parte eſt, ad cataplaſmata aptiſſimum eſt lini ſemen ex mulſo coctum; aut, ſi id non eſt, tritici farina eodem modo cocta.

l. 4. om *&*. L. l. 7. om. *eſt*. L. l. 8. *Ac*. l. 9. *ut ne*. L. l. 11. *atque infra*. L. l. 12. om. *deinde*. L. l. ead. *tantundem* pro *tum eadem*. al. *tandem*. l. 13. *iniicienda*. L. l. 18. *& eorum curatione*. L. l. 22. om. *parte*.

f *Scribon. Larg. III. c. 25. Marcell. de Medic. c. VIII. Trallian. II. 7.*

11. *De Puſtulis oculorum.*

Puſtulæ quoque ex inflammationibus interdum oriuntur. Quod ſi inter initia protinus incidit, magis etiam ſervanda ſunt, quæ de ſanguine & quiete ſupra poſui: ſin ſerius, quam ut ſanguis mitti poſſit, alvus tamen ducenda eſt. Si id quoque aliqua res inhibet, utique victus ratio ſervanda eſt. Medicamentis autem hic quoque lenibus opus eſt; quale Nilei, quale Cleonis eſt.

12. *Philetis collyrium, ad puſtulas oculorum.*

Id quoque quod Philetis vocatur, huic aptum eſt. Myrrhæ, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. I. * plumbi eloti, terræ ſamiæ, quæ ἀςὴρ vocatur, tragacanthæ, ſingulorum P. IV. * ſtibis cocti †, amyli, ſingulorum P. VI. * ſpodii eloti, ceruſſæ elotæ, ſingulorum P. VIII. * quæ aqua pluviatili excipiuntur. Uſus collyrii, vel ex ovo, vel ex lacte eſt.

13. *De Ulceribus oculorum, & de* διὰ λιβάνε *collyrio.* *

Ex puſtulis ulcera interdum fiunt; eaque recentia æque lenibus medicamentis nutrienda ſunt, & iiſdem fere, quæ ſupra in puſtulis poſui. Fit quoque proprie ad hæc, quod διὰ λιβάνε vocatur. Habet æris combuſti, & eloti, papaveris lacrymæ frictæ, ſingulorum P. I. * ſpodii eloti, thuris, ſtibis combuſti & eloti, myrrhæ, gummi, ſingulorum P. II. *

14. *De Imminutione oculorum.*

Evenit etiam, ut oculi, vel ambo, vel

l. 1. *& earum curatione.* l. 5. *propoſui.* L. l. 12. 13. *Philætus.* Φιλαληθῦς. *Philalethos.* l. 14. *Habet enim myrrhæ.* L. l 16. *aſtera.* l. 18. *ſibi.* L. l. 20. *pluviali.* l. 22. *& eorum curatione.* L. l. 23. 28. Βαλάνε. *diabalanu.* l. 27. *propoſui.* L. l. 30 *ſtibii.* L. l. 33. *Curatio oculorum caſu aliquo imminatorum*

† *Scrib. Largus Comp. XXIII. Rhodius in notis pag.* 63.

* *Trallian. II.* 5. *Longe aliter deſcribitur a Marcello de Medic. Cap. VIII. pag.* 280. *Eadem pagina paulo inferius aliud eiuſdem nominis depromitur.*

ſinguli, minores fiant, quam eſſe naturaliter debeant. Idque & acer pituitæ curſus in lippitudine efficit, & continuati fletus, & ictus parum bene curati. In his quoque iiſdem lenibus medicamentis ex muliebri lacte utendum eſt: cibis vero his, qui maxime corpus alere, & implere conſuerunt; vitandaque omni modo cauſa, quæ lacry-127,25·mas excitet, & cura domeſticorum. quorum etiam tale ſi quid incidit, eius * notitiæ ſubtrahendum: atque acria quoque medicamenta, & acres cibi non alio magis nomine his nocent, quam quod lachrymas movent.

15. *De Pediculis palpebrarum.* g

Genus quoque vitii eſt, qui inter pilos palpebrarum pediculi naſcuntur. id φθειρίασιν Græci nominant. Quod cum ex malo corporis habitu fiat, raro non ultra procedit: ſed fere, tempore interpoſito, pituitæ curſus acerrimus ſequitur; exulceratisque vehementer oculis, aciem quoque ipſam corrumpit.

His alvus ducenda eſt: caput ad cutem tondendum, diuque quotidie ieiunis perfricandum. His, ambulationibus aliisque exercitationibus diligenter utendum: gargarizandumque ex mulſo, in quo nepeta & pinguis ficus decocta ſit: ſæpe in balneo multa calida aqua fovendum caput: vitandi acres cibi; lacte pingui vinoque utendum: bibendumque liberalius, quam edendum eſt. Medicamenta vero intus quidem lenia danda ſunt; ne acriorem pitu-

l. 10. *forte* pro *tale.* L. l. 16. pro *qui* malunt *quo* vel *cum.* l. 24. *ducenda eſt.* L. l. 28. om. *que.* L. l. 34. *ne quid acrioris pituitæ.* L. al. *ne acriores pituitæ concitentur.*

* *Hippocrat. de Dec. Orn. XI.* 15. g *Actuar. M. M. II.* 7. *& IV.* 11. *Aëtius Tetrab. II. Serm. III.* 65. *Oribaſ. de Loc. Aff. IV.* 32.

pituitam concitent: ſuper ipſos vero pediculos alia, quæ necare eos, & prohibere, ne ſimiles naſcantur, poſſint. Ad id ipſum ſpumæ nitri P. I. * ſandarachae P. I. * uvæ taminiæ P. * I. ſimul teruntur, adiiciturque vetus oleum pari portione, atque acetum, donec ei mellis craſſitudo ſit.

16. *De Oculorum gravioribus morbis, qui ex inflammationibus oriuntur, & validioribus medicamentis curantur, & de Andreæ collyrio, & de* διὰ κέρατος.

Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur. Genera deinde alia ſunt, quae diverſam curationem deſiderant; fereque ex inflammationibus nata ſunt, ſed finitis quoque his manentia. atque inprimis in quibuſdam perſeverat tenuis pituitæ curſus. Quibus alvus ab inferiore parte evocanda eſt; demendum aliquid ex cibo. Neque alienum eſt, illini frontem compoſitione Andreae. Quae habet gummi P. I. * ceruſſae ſtibis, ſingulorum P. II. * ſpumæ argenti & coctæ & elotæ P. IV. * ſed ea ſpuma ex aqua pluviatili coquitur; & arida hæc medicamenta ex ſucco myrti conteruntur. His illita fronte, cataplaſma quoque ſuperiniicendum ex farina, quæ frigida aqua coacta ſit, cuique aut acaciæ ſuccus, aut cupreſſus adiecta ſit. Cucurbitula quoque, inciſo vertice, recte accommodatur; aut ex temporibus ſanguis emittitur. Inungi vero eo debet, quod habet ſquamæ æris, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. I. * cervini cornu combuſti & eloti,

Z 4

l. *pituitae.* L. al. *pituitæ concitentur.* l. 4 *timiniæ.* l. 7. *eis.* L. l. 11. *diacerato.* l. 12. *morbi, qui.* L. l. 15. om. *que* L. ibid. om. *ſunt.* L. l. 19. *demendumque.* L. l. 20. *ex comp.* L. l. 22. *ſtibis.* l. 23. m. *&.* L. l. 24. *pluviali.* l. 27. *eſt ex.* l. 34. om. I. L.

ti, plumbi eloti, gummi, ſingulorum P. IV. * thuris P. XII. Hoc vero collyrium quia cornu habet, διὰ κέρατος nominatur. Quotieſcunque non adiicio, quod genus humoris adiiciendum ſit, aquam intelligi volo.

17. Μεμιγμένον, *Euelpidis collyrium.*

Ad idem Euelpidis, quod μεμιγμένον nominabat. in eo papaveris lacrymæ, & albi piperis, ſingulæ unciæ ſunt, gummi libra, æris combuſti P. I. *. Inter has autem curationes, poſt intermiſſionem aliquam, proſunt balneum & vinum. Cumque omnibus lippientibus vitandi cibi ſint,
349,7. qui extenuant; tum præcipue, quibus tenuis humor diu fertur. Quod ſi iam faſtidium eſt eorum, quæ pituitam craſſiorem reddunt, ſicut in hoc genere materiæ maxime promptum eſt; confugiendum eſt ad ea, quæ, quia ventrem, corpus quoque adſtringunt.

18. *De Oculorum ulceribus ſupercreſcentibus, ſordidis, cavis, veteribus.*

At ulcera, ſi cum inflammatione finita non ſunt, aut ſupercreſcentia, aut ſordida, aut cava, aut certe vetera eſſe conſuerunt. Ex his ſupercreſcentia collyrio, quod μεμιγμένον vocatur, optime reprimuntur. Sordida purgantur & eodem, & eo, quod Smilion nominatur.

19. *Smilion collyrium.*

Habet æruginis P. IV. * gummi tantundem, ammoniaci, minii ſinopici, ſingulo-

l. 2. *Hoc vero.* L. l. *nominant.* L. l. 14. *ſint.* L. l. 23. *& curationibus ſingulorum.* L. l. 25. om. *aut cava.* L. l. 33. VI. L. al. III.

lorum P. XVI. * quæ quidam ex aqua; quidam, quo vehementiora ſint, ex aceto terunt.

20. *Phynon collyrium Euelpidis.*

Id quoque Euelpidis, quod Phynona appellabat, huic utile eſt: croci P. I. * papaveris lacrymæ, gummi, ſingulorum P. II. * æris combuſti & eloti, myrrhæ, ſingulorum P. IV. * piperis albi P. VI. * Sed ante linitum, hoc ungendum eſt.

21. *Sphærion collyrium Euelpidis.*

Id quoque eiuſdem, quod Sphærion 363,16.
nominabat, eodem valet. Lapidis hæmatitis eloti P. II. * piperis grana ſex, cadmiæ elotæ, myrrhæ, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. III. * croci P. IV. * gummi P. VIII. quæ cum vino aminæo conteruntur.

22. *Liquidum Euelpidis collyrium.*

Liquidum quoque medicamentum ad idem componebat. in quo erant hæc: æruginis P. * minii combuſti, atramenti ſutorii, cinnamomi, ſingulorum P. III. * croci, nardi, papaveris lacrymæ, ſingulorum P. I. * myrrhæ P. II. * æris combuſti P. III. * cineris ex odoribus P. IV. * piperis grana XV. Haec ex vino auſtero teruntur: deinde cum paſſi tribus heminis decoquuntur, donec corpus unum ſit. Idque medicamentum vetuſtate efficacius ſit.

23. *De cavis oculorum ulceribus.*

Cava vero ulcera commodiſſime implent ex his, quæ ſupra poſita ſunt, Sphaerion, & id quod Philetis vocatur. idem

Z 5 Sphæ-

l. 4. 5. al. malunt *Pyrrhon. Pyrrhona.* l. 6. *hic.* L. l. 8. *in eodem.* l. 9. *litum.* L. l. 26. RONSSAEUS: *ex oleribus* h. e. *braſſica.* l. 31. *&* *curationibus.* L. l. 34. *Philetos. Philalethis.* φιλαληθὴς.

Sphærion vetuſtis ulceribus & vix ad cicatricem venientibus optime ſuccurrit.

24. *Hermonis collyrium.*

Eſt etiam collyrium, quod cum ad plura valeat, plurimum tamen proficere in his ulceribus videtur. Refertur ad Hermonem auctorem. Habet piperis longi P. I. z. * albi P. V. * cinnamomi, coſti, ſingulorum P. I. * atramenti ſutorii, nardi, caſiæ, caſtorei, ſingulorum P. II. * gallæ P. V. * myrrhae, croci, thuris, lycii, ceruſſae, ſingulorum P. VIII. * papaveris lacrymæ P. XII. * aloes, æris combuſti, cadmiæ, ſingulorum P. XVI. * acaciæ, ſtibis, gummi, ſingulorum P. XXV. *

25. *De cicatricibus oculorum, quæ ex ulceribus factæ ſunt, & de Aſclepia, & Canopite, & Pyxino, collyriis.*

Factæ vero ex ulceribus cicatrices duobus vitiis periclitantur; ne aut cavæ, aut craſſæ ſint. Si cavæ ſunt, poteſt eas implere id, quod Sphærion vocari dixi; vel id, quod † Aſclepias nominatur. Habet papaveris lacrymæ P. II. * ſagapeni, opopanacis, ſingulorum P. III. * æruginis P. IV. * gummi P. VIII. * piperis P. XII. * cadmiæ elotæ, ceruſſae, ſingulorum P. XVI. *. At, ſi craſſæ cicatrices ſunt, extenuat vel Smilion, vel Canopite collyrium, quod habet cinnamomi, acaciæ, ſingulorum P. I. * cadmiæ elotæ, croci, myrrhae, papaveris lacrymae, gummi, ſingulorum P. II. * piperis albi, thuris, ſingulorum P. III. * æris combuſti P. IX. * cum aqua pluviatili.

l. 8. om. v. L. l. 14. *ſtibii.* L. l. 17. *& quomodo curari debeant.* L. l. 23. *Habet hoc.* L. l. 26. omnes habent: *cumini* pro *gummi.* l. 28. *extenuant.* l. 32. *gummis.*

† *Marcell. de Medic. Lib. cap.* 8. *p.* 266.

tili. Vel Euelpidis Pyxinum, quod ex his conſtat: ſalis foſſilis P. IV. * ammoniaci thymiamatis P. VIII. * papaveris lacrymæ P. XII. * ceruſſæ P. XV. * piperis albi, croci Siculi, ſingulorum P. LII. * gummi P. XIII. * cadmiæ elotæ P. XI. *. Maxime tamen tollere cicatricem videtur id, quod habet gummi P. III. * æruginis P. I. * crocomagmatis P. IV. *.

26. *De alio genere Inflammationis oculorum.*

Eſt etiam genus inflammationis, in qua ſi cui tument ac diſtenduntur cum dolore oculi, ſanguinem ex fronte emitti neceſſarium eſt: multaque aqua calida caput atque oculos fovere: gargarizare ex lenticula, vel ex fici cremore: inungi acribus medicamentis, quæ ſupra comprehenſa ſunt; maximeque eo. quod Sphaerion nominatur, 361. quodque lapidem haematiten habet. Atque alia quoque utilia ſunt, quæ ad extenuandam aſpritudinem fiunt; de qua protinus dicam.

Haec autem inflammationem oculorum fere ſequitur; interdum maior, interdum levior. Nonnunqum etiam ex aſpritudine lippitudo fit, deinde aſpritudinem ipſam auget, fitque ea in aliis brevis, in aliis longa, & quæ vix unquam finiatur.

In hoc genere valetudinis quidam craſſas, duraſque palpebras, & ficulneo folio, & aſperato ſpecillo, & interdum ſcalpello eradunt; verſaſque quotidie medicamentis ſuffricant. Quæ neque niſi in magna vetu-

l. 5. *Cilicii.* L. l. ead. pro lii. al. xxxi. al. xxxii. l. 9. *crocimagmatis.* l. 13. *mitti.* L. l. om. *que.* l. 23. *Hanc* - *inflammatio.* l. 26. *atque ipſam deinde.*

vetustaque aspritudine, neque sæpe facienda sunt. Nam melius eodem ratione victus & idoneis medicamentis pervenitur. Ergo exercitationibus utemur, & balneo frequentiore; multaque oculorum palpebras aqua calida fovebimus: cibos autem sumemus acres & extenuantes.

27. *Cæsarianum* † *collyrium.*

At medicamentum id, quod Cæsarianum vocatur, habet atramenti sutorii P. I. * misyos P. * piperis albi P. v. * papaveris lacrymæ, gummi, singulorum P. II. * cadmiæ lotæ P. III. * stibis P. VI. *. Satisque constat, hoc collyrium adversus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse; exceptis his, quæ lenibus nutriuntur.

28. *Hieracis collyrium.*

Id quoque, quod Hieracis nominatur, ad aspritudinem potest. Habet myrrhæ P. I. * ammoniaci thymiamatis P. II. * æruginis rasæ P. IV. * cum aqua pluviatili. Ad idem idoneum est etiam id, quod Canopite, & id quod Smilion vocatur, & id quod Pyxinum, & id quod Sphærion. Si composita medicamenta non adsunt, felle caprino, vel quam optimo melle satis commode aspritudo curatur.

29. *De arida lippitudine.*

Est etiam genus aridæ lippitudinis, ξηροφταλμίαν *h* Graeci appellant. Neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, & cum dolore quodam fere levi ac prurigine gravescunt, & palpebræ citra

l. 6. *cibi - sumendi sunt.* L. l. 10. *misi.* l. 13. *stibi.* L. l. 22. *canopites est. canopite est &.* l. 24. *Si autem.* L. l. 28. *De* ξεροφθαλμία *genere aridæ lippitudinis.* L. l. 29. *quod* ξηρ. L. l. 30. *Sub hoc.* l. 33. 34. om. *fere levi ac prurigine.* l. 34. om. *& palpebræ citra.*

† *Forte a Cæsare Augusto ita dictum, si illud inde dictum, quod refert Marcell. de Med. c. 8. p. 266.* h *Actuar. M.M. II. 7. Ægin. III. 22. Aëtius Tetrab. II. Serm. III. c. 75. 77.*

citra duritiem ullam noctu prægravi pituita inhærescunt: quantoque minor generis huius impetus, tanto finis minus expeditus est.

In hoc vitio multum ambulare, multum exerceri, lavari sæpe, ibique desudare, multaque fricatione uti necessarium est. Cibi neque qui implent, neque nimium acres, apti sunt, sed inter hos medii. Mane, ubi concoxisse manifestum est, non est alienum ex sinapi gargarizare, tum deinde caput atque os diutius perfricare.

30. *Rhinion collyrium.*

Collyrium vero aptissimum est, quod Rhinion vocatur. Habet myrrhæ P. I. * papaveris lachrymæ, acaciæ succi, piperis, gummi, singulorum P. I. * lapidis hæmatitis, lapidis phrygii, lycii, lapidis scissilis, singulorum P. II. * æris combusti P. IV. *. Ac Pyxinum quoque eidem accommodatum est.

31. *Ad oculos scabros collyria.* i

Si vero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit, potest prodesse Rhinion, id quod supra positum est. Potest similiter prodesse id, quod habet æruginis rasæ, piperis longi, papaveris lacrymæ, singulorum P. II. * piperis albi, gummi, singulorum P. IV. * cadmiæ lotæ, cerussæ, singulorum P. VI. * Nullum tamen melius est, quam Euelpidis, quod βασιλικὸν nominabat. Habet papaveris lachrymæ, cerussæ, lapidis Asii, singulorum P. II. * gummi P. XIII. * piperis albi P. IV. * croci

l. 1. om. *citra duritiem ullam.* l. 2. *inarescunt. inalescunt.* l. 2. 3. *generi huic.* L. ibid. *expeditior.* L. l. 7. *fricatione.* L. l. 12. *defricare.* l. 14. *vero hoc.* L. l. 15. om. I. l. 20. *eodem.* l. 22. *De scabris oculis.* L. l. 34. *gummi P.* III. *.

i *Aëtius Tetrab. II. Serm. III. c.* 76.

croci P. VI. * psorici P. * XIII. Nulla autem per se materia est, quæ Psoricum nominetur; sed chalcitidis aliquid, & cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteruntur, idque in vas fictile inditum, & contectum ficulneis foliis sub terra reponitur, sublatumque post dies viginti rursus teritur, & sic appellatur. Verum in basilico quoque collyrio convenit, ad omnes affectus oculorum id esse idoneum, qui non lenibus medicamentis curantur.

Ubi non sunt autem medicamenta composita, scabros angulos lævant & mel & vinum. Succuritque & his & aridæ lippitudini, si quis panem ex vino subactum super oculum imponit. Nam, cum fere sit humor aliquis, qui modo ipsum oculum, modo angulos, aut palpebras exasperat, sic &, si quid prodit humoris, extrahitur; & si quid iuxta est, repellitur.

32. *De Caligine oculorum.*

Caligare vero oculi nonnunquam ex lippitudine, nonnunquam etiam sine hac, propter senectutem, imbecillitatemve aliam, consuerunt. Si ex reliquiis lippitudinis id vitium est, adiuvat collyrium, quod Asclepias nominatur. Adiuuat & id, quod ex crocomagmate fit.

33. Διὰ κρόκȣ *collyrium.* k

Proprie etiam ad id componitur, quod διὰ κρόκȣ vocant. Habet piperis P. I. *. croci cilicii, papaveris lacrymæ, cerussæ, singulorum P. II. * psorici, gummi, singulorum P. IV. *.

34. *De*

l. 5. *additum.* l. 7. *diebus viginti, & rursus sublatum.* L. l. 8. *appellatur psoricum.* L. l. ead. *de* pro *in.* L. l. 11. *levibus.* l. 12. *At ubi* L. l. 21. *Ad caligationem oculorum, quæ propter lippitudinem oritur, remedia & collyria.* l. 27. om. & l. 28. *crocimagmate.* l. 32. *cilicis* forsan *Sicali*, ut supra.

k *Trallian. II.* 1.

34. *De Caligine, quæ propter senectutem, aut aliam imbecillitatem fit.* l

At, si ex senectute aliave imbecillitate id est, recte inungi potest, & melle quam optimo, & cyprino, & oleo vetere. Commodissimum tamen est, balsami partem unam, & olei veteris, aut cyprini partes duas, mellis quam acerrimi partes tres miscere. Utilia quoque huic medicamenta sunt, quæ ad caliginem proxime, quæque ad extenuandas cicatrices supra comprehensa sunt. 362.

Cuicunque vero oculi caligabunt, huic opus erit multa ambulatione, atque exercitatione, frequenti balneo, ubi totum quidem corpus perfricandum est, præcipue tamen caput ex irino, donec insudet; velandumque postea, nec detegendum, antequam sudor & calor domi conquierint. Tum cibis utendum acribus, & extenuantibus, interpositisque aliquibus diebus, ex sinapi gargarizandum.

35. *De Suffusione oculorum.* m.

Suffusio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. Quod si inveteraverit, manu curandum est. Inter initia nonnunquam etiam certis observationibus discutitur. Sanguinem ex fronte vel naribus mittere; in tem- 348,29.
poribus venas adurere; gargarizando pituitam evocare; suffugimare; oculos acribus medicamentis inungere, expedit. Victus optimus est, qui pituitam extenuat.

36. *De resolutione oculorum.*

At ne resolutio quidem oculorum (quam

παρά-

l. 1. om. *quæ.* L. l. 2. om. *fit.* L. l. 24. *pupillæ.* L. al. *pituitæ.* l. 25. *inveteravit.* l. 27. om. *etiam.* L. l. 33. *quæ paralysis dicitur.* L.

l *Oribas. de Loc. Affect. IV.* 16. m *Actuar. M. M. II.* 7. *VI.* 11. *Aëtius Tetrab. II. Serm. III.* 49. *Æginet. III.* 22.

παράλυσιν Græci nominant) alio victus modo, vel aliis medicamentis curanda eſt. Expoſuiſſe tantum genus vitii ſatis eſt Igitur interdum evenit, modo in altero oculo, modo in utroque, aut ex ictu aliquo, aut ex morbo comitiali, aut ex diſtentione nervorum, qua vehementer ipſe oculus concuſſus eſt, ut is neque quoquam intendi poſſit, nec omnino conſiſtat; ſed huc illucve ſine ratione moveatur, idque ne conſpectum quidem rerum præſtet.

37. *De Mydriaſi oculorum.* n

Non multum ab hoc malo diſtat id, quod μυδρίασιν Græci vocant. Pupilla effunditur & dilatatur, aciesque eius hebeſcit, ac bene caligat. Difficillime genus id imbecillitatis eliditur. In utraque vero, id eſt & paralyſi & mydriaſi, pugnandum eſt per eadem
366,21. omnia, quæ in caligine oculorum præcepta ſunt, paucis tantum mutatis: ſiquidem ad caput irino interdum acetum, interdum nitrum adiiciendum eſt; oculos vero melle inungi ſatis eſt. Quidam in poſteriore vitio calidis aquis uſi, relevatique: quidam ſine ulla manifeſta cauſa ſubito obcæcati ſunt. Ex quibus nonnulli, cnm aliquandiu nihil vidiſſent, repentina * profuſione alvi, lumen re-
69,21. ceperunt. Quo minus alienum videtur, &
354,27. recenti re & interpoſito tempore, medicamentis quoque moliri deiectiones, quæ omnem noxiam materiam in inferiora depellant.

38. *De imbecillitate oculorum.*

Præter hæc imbecillitas oculorum eſt, ex

l. 4. *uno* pro *altero* L. l. 8. *convulſus.* L. l. 9. *neque* L. l. 14. *diffunditur.* L. l. 15 om. *caligat.* al. *caligatur.* l 18. om. *eſt.* L. l. 22. om. *oculos vero.* l. 29. *ex* pro *&.*

n *Cœl. Aurel. II.* 1. *p.* 344. *Actuar. M. M. II.* 7. *& IV.* 11. *Æginet. III.* 22. * *Aphor. VI.* 17.

ex qua quidem interdiu ſatis, *o* noctu nihil cernunt. quod in fœminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit. Sed ſic laborantes inungi oportet humore iocinoris (maxime hircini; ſi minus, caprini) ubi id aſſum coquitur, excepto; atque edi quoque ipſum iecur debet. Licet tamen etiam iiſdem medicamentis non inutiliter uti, quæ vel cicatrices, vel aſpritudinem extenuant. Quidam contrito ſemine portulacæ mel adiiciunt eatenus, ne id ex ſpecillo diſtillet, eoque inungunt. Exercitationibus, balneo, & frictionibus, gargarizationibus iisdem, his utendum eſt.

39. *Ad Oculos, qui extrinſecus offenduntur, cum ſanguine ſuffuſi ſunt.*

Et hæc quidem in ipſis corporibus oriuntur. Extrinſecus vero interdum ſic ictus oculum lædit, ut ſanguis in eo ſuffundatur. Huic nihil commodius eſt, quam ſanguine vel columbæ, *p* vel palumbi, vel hirundinis inungere. Neque id ſine cauſa fit; cum horum acies extrinſecus læſa, interpoſito tempore in antiquum ſtatum redeat, celerrimeque hirundinis. Unde etiam locus fabulæ factus eſt, per parentes id herba reſtitui, quod per ſe ſaneſcit. Eorum ergo ſanguis noſtros quoque oculos ab externo caſu commodiſſime tuetur, hoc ordine, ut ſit hirundinis optimus, deinde palumbi, minime efficax columbæ, & illi ipſi, & nobis.

Supra percuſſum vero oculum, ad inflammationem leniendam, non eſt alienum impo-

l. 4 *ſanguine* pro *humore.* L. al. *ſanie, ichore.* l. 12. *Utendum vero eſt exerc.* L. l. 13. *fricationibus.* l. 14. om *gargarizationibus iisdem.* L. l. 16. *et* pro *cum* L. l. 18 *ſt* p o *ſic.* l. 20. om. *Huic.* l. 21. *palumbæ.* L. l. 22. *harum.* L. l. 24. *celeberrimeque.* l. 31. *palumbæ* l. 31. *minimum.* ib *ſibi* L.

o *νυκτάλωπας vocant Ægin III.* 21. *Actuar M.M. II.* 7. *IV.* 11. *Trallian II.* 6. *Aëtius Tetrab. II. Serm. III.* 46.

p *Æginet. III.* 22.

imponere etiam cataplasma. Sal ammoniacus, vel quilibet alius quam optimus teri debet, sic, ut ei paulatim oleum adiiciatur, donec crassitudo strigmenti fiat. Id deinde miscendum est cum hordeacea farina, quæ ex mulso decocta sit. Facile autem, recognitis omnibus, quæ medici quoque prodiderunt, apparere cuilibet potest, vix ullum ex iis, quæ supra comprehensa sunt, oculi vitium esse, quod non simplicibus quoque, & promptis remediis subinde subremoveri possit.

CAP. VII.

De Aurium morbis. q

HACTENUS in oculis ea repeDiriuntur, in quibus medicamenta plurimum possint: ideoque ad aures transeundum est; quarum usum proximum a luminibus natura nobis dedit. Sed in his aliquanto maius periculum est. nam vitia oculorum intra ipsos nocent: aurium inflammationes doloresque, interdum etiam ad dementiam mortemque præcipitant. Quo magis inter initia protinus succurrendum est, ne maiori periculo locus sit.

Ergo, ubi primum dolorem aliquis sensit, abstinere & continere se debet. Postero die, si vehementius malum est, caput tondere, idque irino unguento calido perungere, & operire. At magnus cum febre vigiliaque dolor exigit, ut sanguis quoque mittatur. Si id aliquæ causæ prohibent, alvus solvenda est. Cataplasmata quoque calida,

l. 1. *cataplasmata.* ibid. *Sed sal ammon.* L. *Sed armeniacus. Sed ammoniacus.* l. 2. *optime.* L. l. 9. *his.* L. l. 11. *subinde removeri* L. al. *subremoveri. subito removeri.* l. 15. *& curationibus.* L. l. 16 *possunt.* L.

q *Seren. Sammon. XII. Æginet III.* 23. *Trallian. III.* 1. *Actuar. M. M. II.* 6. *IV.* 10. *Cæl. Aurelian. Tardar. Pass. Lib. II. c.* 3.

calida, ſubinde mutata, proficiunt; ſive fœni græci, ſive lini, ſive alia farina ex mulſo decocta eſt. Recte etiam ſubinde admoventur ſpongiæ, ex aqua calida expreſſæ. Tum, levato dolore, ceratum circumdari debet ex irino, aut cyprino factum. In quibuſdam tamen melius, quod ex roſa factum eſt proficit. Si vehemens inflammatio ſomnum ex toto prohibet, adiici cataplaſmati debent papaveris cortices fricti atque contriti ſic, ut ex his pars dimidia ſit; eaque tum ſimul ex paſſo vel mulſo decoquuntur. In aurem vero infundere aliquod medicamentum oportet; quod ſemper ante * tepefieri convenit, commodiſſimeque per † ſtrigilem inſtillatur. ubi auris repleta eſt, ſuper lana mollis addenda eſt, quæ humorem intus contineat. Et hæc quidem communia ſunt.

Medicamentum vero eſt & roſæ, & radicum arundinum ſuccus, & oleum, in quo lumbrici cocti ſunt, & humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali perſici expreſſus. Compoſita vero ad inflammationem doloremque leniendum hæc fere ſunt: caſtorei, papaveris lacrymæ, pares portiones conteruntur, deinde adiicitur his paſſum. Vel papaveris lacrymæ, croci, myrrhæ par modus ſic teritur, ut invicem modo roſa, modo paſſum inſtilletur. Vel id, quod amarum in ‡ Aegyptia faba eſt, conteritur. roſa adiecta; Quibus myrrhæ quoque paulum a quibuſdam miſcetur vel papaveris lacrymæ, aut thus cum muliebri lacte, vel amararum nucum cum roſa ſuccus. Vel caſtorei,

l. 3. om. *eſt*. L. l. 7. om. *factum*. L. l. 9. *cataplaſmata* ibid. *papaveris, corticis* l. 12. *mixto. miſſo* pro *vel mulſo.* l. ead. *decoquatur.* l. 34. *roſæ ſucco.*

* *Plin. de Re Med. Lib.* 1. *c.* 9. † *Formam exhibet Mercurial. in Art. Gymnaſt.* ‡ *Marcell. p.* 284.

ſtorei, myrrhæ, papaveris lacrymæ pares portiones cum paſſo. Vel croci P. I. * myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum P. III. * quibus, cum teruntur, paulatim miſcentur paſſi cyathi tres, mellis minus cyatho. Idque ex primis medicamentis eſt. Vel papaveris lacryma ex aceto. Licet etiam compoſitione uti Themiſonis; quæ habet caſtorei, opopanacis, papaveris lacrymæ ex aceto, ſingulorum P. II. * ſpumæ nitri P. IV. * quæ contrita paſſo excipiuntur, donec cerati craſſitudinem habeant; atque ita reponuntur. Ubi uſus requiritur, rurſus id medicamentum, adiecto paſſo, ſpecillo teritur. Illud perpetuum eſt, quotieſcunque craſſius medicamentum eſt, quam ut in aurem inſtillari poſſit, adiiciendum eum eſſe humorem, ex quo id componi debet, donec ſatis liquidum ſit.

2. *De Pure & malo odore aurium.* r

Si vero pus quoque aures habent, recte lycium per ſe infunditur; aut irinum unguentum; aut porri ſuccus cum melle; aut centaureæ ſuccus cum paſſo; aut dulcis mali punici ſuccus in ipſius cortice tepefactus, adiecta myrrhæ exigua parte. Recte etiam miſcentur myrrhæ, quam σακτὴν cognominant, P. I. * croci tantundem, nuces amaræ XV. mellis ſeſquicyathus. quæ contrita, cum utendum eſt, in cortice mali punici tepefiant. Ea quoque medicamenta, quæ oris exulcerati cauſa componuntur, æque ulcera aurium ſanant. Quæ ſi vetuſtiora ſunt, & multa ſanies fluit, apta

l. 3. P. * 2. l. 4. *dum.* l. 11. *ſpumæ, lycii.* al. *ſpumæ argenti.* l. 14. *requirit.* L. l. 15. *piſtillo.* L. l. 20. om. *inſcriptio.* l. 24. om. *dulcis.* L. l. 29. XXV. L.

r *Æginet. III.* 23. *Oribaſ. de Loc. Affect. IV.* 37. *Aetius Tetr. II. Serm. II. c.* 83. *Plin. de Re Med. Lib.* 1. *c.* 11.

apta compoſitio eſt, quæ ad authorem Eraſiſtratum refertur. habet piperis P. I. * croci, P. I. * myrrhæ, miſyos cocti, ſingulorum P. II. * æris combuſti P. II. * hæc ex vino teruntur: deinde ubi inaruerunt, adiiciuntur paſſi heminæ tres, & ſimul incoquuntur. Cum utendum eſt, adiicitur iis mel & vinum. Eſt etiam Ptolemæi chirurgi medicamentum, quod habet lentiſci P. I. * gallæ, P. I. * omphacii P. I. * ſuccum punici mali. Eſt Menophili validum admodum, quod ex his conſtat: piperis longi P. I. * caſtorei P. II. * myrrhæ, croci, papaveris lachrymæ, nardi Syriaci, thuris, malicorii, ex Aegyptia faba partis interioris, nucum amararum, mellis quam optimi, ſingulorum P. IV. * Quibus, cum teruntur, adiicitur acetum quam acerrimum, donec craſſitudo in his paſſi fiat. Eſt Cratonis: cinnamomi, caſſiæ, ſingulorum P. I. * nardi, lycii, myrrhæ, ſingulorum P. I. * aloes P. II. * mellis cyathi tres, vini ſextarius. Ex quibus lycium cum vino decoquitur; deinde his alia miſcentur. At, ſi multum puris, malusque odor eſt, æruginis raſæ, thuris, ſingulorum P. II. * mellis cyathi duo, aceti quatuor ſimul incoquuntur. ubi utendum eſt, dulce vinum miſcetur. Aut aluminis ſciſſilis, papaveris lachrymæ, acaciæ ſucci par pondus miſcetur, hisque adiicitur hyoſcyami ſucci dimidio minor, quam unius ex ſuperioribus, portio; eaque trita ex vino diluuntur. Per ſe quo-

l. 2. om. *habet.* l. 2. *piperis, croci, ſingulorum.* L. l. 3. *miſy.* L. l. 7. *incoquuntur.* l. 8. *his.* l. 10. *lentiſci, gallæ ſingulorum.* L. l. 11. om. *&.* l. 12. *Eſt &.* L. l. 18. *dum conteruntur.* L. l. 20. *Eſt &.* L. l. 24. *vinum cum lycio.*

que hyoſcyami ſuccus ſatis proficit.

3. *Compoſitiones* f *ad omnia aurium vitia.*

Commune vero auxilium adverſus omnes aurium caſus, iamque uſu comprobatum Aſclepiades compoſuit. In eo ſunt cinnamomi, caſiæ, ſingulorum P. I. * floris iunci rotundi, caſtorei, albi piperis & longi, amomi, myrobalani, ſingulorum ſcrupuli duo, thuris maſculi, nardi Syriaci, myrrhæ pinguis, croci, ſpumæ nitri, ſingulorum P II. *. Quæ ſeparatim contrita, rurſus mixta, ex aceto conteruntur; atque ita condita, ubi utendum eſt, aceto diluuntur. Eodem modo commune auxilium auribus laborantibus eſt, Polybi ſphragis ex dul-
268,28. ci vino liquata. Quæ compoſitio priore libello continetur.

Quod ſi & ſanies profluit, & tumor eſt, non alienum eſt, mixto vino per oricularium clyſterem eluere; & tum infundere vinum auſterum cum roſa mixtum, cui ſpodii paulum ſit adiectum; aut lycium cum lacte; aut herbæ ſanguinalis ſuccum cum roſa; aut mali punici ſuccum cum exigua parte myrrhæ.

4. *De Ulcere ſordido aurium.*

Si ſordida quoque ulcera ſunt, melius mulſo eluuntur; & tum aliquod ex his, quæ ſupra ſcripta ſunt, quod mel habeat, infunditur. Si magis pus profluit, & caput utique tondendum eſt, & multa calida aqua perfundendum, & gargarizandum, & uſque ad laſſitudinem ambulandum, & cibo modico utendum eſt. Si cruor quoque ex ulceribus

l. 2. om. inſcriptio. l. 7. *piperis albi & longi.* L. l. 11. *P.* III.* l. 16 *priori libro.* L. l. 19. *miſto vino.* l. 26. om. inſcriptio. l. 31. om. *eſt.* L.

f *Scribon. Larg. c. V. Marcell. Empir. Cap. 9.*

ceribus apparuit, lycium cum lacte debet infundi; vel aqua, in qua rosa decocta sit, succo aut herbæ sanguinalis, aut acaciæ adiecto.

Quod si super ulcera caro *t* increvit, eaque mali odoris sanguinem fundit, aqua tepida elui debet; tum infundi id, quod ex thure & ærugine, & aceto, & melle fit, aut mel cum ærugine incoctum. Squama quoque æris cum sandaracha contrita per fistulam recte instillatur.

5. *Adversus aurium Vermes.* u.

Ubi vero vermes orti sunt, si iuxta sunt, protrahendi oriculario specillo sunt si longius, medicamentis enecandi; cavendumque, ne postea nascantur. Ad utrumque proficit album veratrum cum aceto contritum. Elui quoque aurem oportet vino, in quo marrubium decoctum sit. Sic emortui vermes in primam auris partem prolabuntur, unde facillime educi possunt.

6. *Ad Compressa aurium foramina.*

Sin foramen auris compressum est, & intus crassa sanies subest, mel quam optimum addendum est. Si id parum proficit, mellis cyatho & dimidio, æruginis rasæ P. II. * adiiciendum est, incoquendumque, & eo utendum Iris quoque cum melle idem perficit. Item mellis & rosæ scrupuli duo. Item galbani P. II. * myrrhæ cum melle, & fellis taurini, singulorum P. II. * vini quantum satis est ad myrrham diluendam.

7. *Ad Gravem auditum.* x.

Ubi vero gravius aliquis audire cœpit

 (quod

l. 1. *apparet.* L. l. 6. *odoris, &.* L. l. 12. *De Vermibus aurium.* L. l. 20. *provocabuntur.* l. 23 *Si.* L. l. 25. *indendum.* L. l. 28. 29. *ad idem proficit.* L. al. om. *ad.*

t *Aëtius Tetrab. II. Serm. c. II.* 84. u *Aetius Tetrab. II. Serm. II. c.* 85. *de Locis Affect IV.* 40. x *Aetius Tetrab. II. Serm. II. c.* 79. *Plin. de Re Medic. Lib.* 1. *c.* 12.

(quod maxime post longos capitis dolores evenire consuevit) in primis aurem ipsam considerare oportet. Apparebit enim aut crusta, qualis super ulcera innascitur, aut sordium coitus. Si crusta est, infundendum est aut oleum calidum, aut cum melle ærugo, vel porri succus, aut cum mulso nitri paulum. Atque, ubi crusta a corpore iam recedit, eluenda auris aqua tepida est; quo facilius ea per se diducta oriculario specillo protrahatur. Si sordes eæque molles sunt, eodem specillo eximendæ sunt. At, si duræ sunt, acetum & cum eo nitri paululum coniiciendum est; cumque emollitæ sunt, eodem modo elui aurem, purgarique oportet. Quod si capitis gravitas manet, attondendum idem; & leniter, sed diu perfricandum est, adiecto vel irino vel laureo oleo, sic ut utrilibet paulum aceti misceatur: tum diu ambulandum leniterque post unctionem aqua calida caput fovendum: cibisque utendum ex imbecillissima & media materia; magisque assumendæ dilutæ potiones: nonnunquam gargarizandum est *. Infundendum autem in aurem castoreum cum aceto & laureo oleo & succo radiculæ corticis: aut cucumeris agrestis succus, adiectis rosæ foliis contritis. Immaturæ quoque uvæ succus cum rosa instillatus, adversus surditatem satis proficit.

8. *Ad Sonitum aurium intra seipsos.*

Aliud vitii genus est, ubi aures intra se ipsæ sonant. Atque hoc quoque fit, ne exter-

l. 8. 9. *ex auricula procidit.* L. l. 9. om. *auris.* L. l. 11. *protrahat.* L. l. ead. *æque.* l. 14. *iniiciendum* L. l. 19. *paululum.* L. l. 32. *De sonitu aurium.* L.

* *Aceto scil. Marcellus de Medic. pag.* 287. y *Actuar. M. M. II.* 6. *IV.* 10. *Aëtius Tetrab. II. Serm. II. c.* 77. *Trallian. III.* 3.

ternum ſonum accipiant. Leviſſimum eſt, ubi id ex gravedine eſt: peius, ubi ex morbo, capitisve longis doloribus incidit: peſſimum, ubi, magnis morbis venientibus, maximeque comitiali, provenit. Si ex gravedine eſt, purgare aurem oportet, & ſpiritum continere, donec inde humor aliquis exſpumet. Si ex morbo vel capitis dolore, quod ad exercitationem, frictionem, perfuſionem, gargarizationemque pertinet, eadem facienda ſunt: cibis non utendum niſi extenuantibus: in aurem dandus radiculæ ſuccus cum roſa, vel cum ſucco radicis ex cucumere agreſti, vel caſtoreum ex aceto, & laureo oleo. Veratrum quoque cum aceto conteritur, deinde melle cocto excipitur, & inde collyrium factum in aurem demittitur. Si ſine his cœpit, ideoque novo metu terret, in aurem dari debet caſtoreum cum aceto, vel irino, vel laureo oleo; aut huic miſtum caſtoreum cum ſucco nucum amararum; aut myrrha & nitrum cum roſa & aceto. Plus tamen in hoc quoque proficit victus ratio; eademque facienda ſunt, quæ ſupra comprehendi, cum maiore quoque diligentia: & præterea, donec is ſonus finiatur, a vino abſtinendum.

Quod ſi ſimul & ſonus, & inflammatio eſt, laureum oleum conieciſſe abunde eſt, aut id, quod ex amaris nucibus exprimitur; quibus quidam vel caſtoreum, vel myrrham miſcent.

l. 2. *ex morbis.* l. 9. *fricationem.* l. 30. om. *eſt.*

9. *Ad ea, quæ in aurem inciderunt, extrahenda.* z

Solet etiam interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus, aliquodve animal. Si pulex intus eſt, compellendum eo lanae paulum eſt; quo ipſe is ſubit, & ſimul extrahitur. Si non eſt ſecutus, aliudve animal eſt, ſpecillum lana involutum in reſinam quam glutinoſiſſimam, maximeque terebinthinam demittendum, idque in aurem iniiciendum, ibique vertendum eſt. utique enim comprehendet & eximet. Sin aliquid exanime eſt, ſpecillo oriculario protrahendum eſt, aut hamulo retuſo paulum recurvato. Si iſta nihil proficiunt, poteſt eodem modo reſina protrahi. Sternutamenta quoque admota id commode elidunt, aut oriculario clyſtere aqua vehementer intus compulſa. Tabula quoque collocatur, media inhærens, capitibus utrinque pendentibus, ſuperque eam homo deligatur in id latus verſus, cuius auris eo modo laborat, ſic ut extra tabulam emineat: tum malleo caput tabulæ, quod a pedibus eſt, feritur; atque ita concuſſa aure, id quod ineſt, excidit.

CAP. VIII.

De Narium morbis. a

NARES vero intus exulceratas fovere oportet vapore aquæ calidæ. Id & * ſpongia expreſſa atque admota fit, & ſubiecto vaſe oris anguſti, calida aqua repleto. Poſt id fomentum, illinenda ulcera ſunt, aut plumbi recremento, aut ceruſſa,

l. 6. *paululum.* L. ibid. *ſi* pro *is.* L. l. 10. *coniiciendum.* l. 14. *paululum.* L. l. 23. *non emineat.* L. l. 28. *& curationibus.* l. 29. om. *intus.* l. 30. *eſt* pro *&.*

z *Aetius Tetrab. II. Serm. II. c.* 87. a *Trallian. III.* 8. *Actuar. M. M. VI.* 12. *Aetius Tetrab. II. Serm. II. c.* 90.
* *Marcell. de Medic. c.* x. *pag.* 288.

russa, aut argenti spuma; cum quodlibet horum aliquis conterit, eique, dum teritur, invicem vinum & oleum myrteum adiicit, donec mellis crassitudinem fecerit. Sin autem ea ulcera circa nares sunt, pluresque crustas & odorem fœdum habent, quod genus Græci *b* ὄζαιναν appellant; sciri quidem debet, vix 442,16.
ei malo posse succurri. Nihilominus tamen hæc tentari possunt; ut caput ad cutem tondeatur, assidueque vehementer perfricetur, multa calida aqua perfundatur: multa ei deambulatio sit; cibus modicus, neque acer, neque valentissimus. Tum in narem ipsam mel cum exiguo modo resinæ terebinthinæ coniiciatur (quod specillo quoque involuto lana fit) attrahaturque spiritu is succus, donec in ore gustus eius sentiatur. Sub his enim crustæ resolvuntur, quæ tum per sternutamenta elidi debent. Puris ulceribus vapor aquæ calidæ subiiciendus est. deinde adhibendum aut lycium ex vino dilutum, aut amurca, aut omphacium, aut menthæ, aut marrubii succus; aut atramentum sutorium, quod candens factum, deinde contritum sit; aut interior scillæ pars contrita; sic ut horum cuilibet mel adiiciatur. Cuius in cæteris admodum exigua pars esse debet; in atramento sutorio tanta, ut ea mistura liquida fiat; cum scilla utique pars maior; involvendumque lana specillum est, & in eo medicamento intingendum, eoque ulcera implenda sunt. Rursusque linamentum involutum & oblon-

l. 1. *spumam, cum quolibet.* l. 2. om. *que.* L. l. 3. *adiiciat.* L. l. 5. *os* pro *nares.* L. l. 11. *multaque.* L. l. 12. *eidem ambulatio.* L. l. 24. *condefactum.* L. l. 29. *fit.* L. l. 32. *medicamentum.* L. l. 32. *tingendum.* al. *medicamen inting.*

b *Oribas. de Loc. Affect. IV.* 45. *Aetius Tetrab. II. Serm. II.* 91. *Marcell. de Medic. Cap.* x. Odorem gravem *vertit. Vide H. F. ab Aquapendente Oper. Chir. P. I. c.* 26.

longum eodem medicamento illinendum, demittendumque in narem eſt, & ab inferiore parte leniter deligandum. Idque per hiemem & ver bis die; per æſtatem & autumnum, ter die fieri debet.

2. *De Carnoſis carunculis narium.*

Interdum vero etiam in naribus carunculæ quædam ſimiles muliebribus mammis naſcuntur, hæque imis partibus, quæ cartilaginoſæ ſunt, inhærent. Has curare oportet medicamentis adurentibus; ſub quibus ex
441,30. toto conſumuntur. πολύπυς c vero eſt caruncula, modo alba, modo ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret; & modo ad labra tendens narem implet; modo retro per id foramen, quo ſpiritus a naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, uti poſt uvam conſpici poſſit; ſtrangulatque hominem, maxime auſtro aut euro flante; fereque mollis eſt, raro dura; eaque magis ſpiritum impedit, & nares dilatat; quæ fere καρκινώδης eſt, itaque attingi non debet. Illud aliud genus fere quidem ferro curatur; interdum tamen inareſcit, ſi addita in narem per linamentum aut penicillum ea compoſitio eſt, quæ habet minii ſinopici, chalcitidis, calcis, ſandarachæ, ſingulorum P. I. * atramenti ſutorii P. II.*.

CAP. IX.

De Dentium d *dolore.*

IN dentium autem dolore, quo ipſe quoque maximis tormentis annumerari poteſt, vinum ex toto circumcidendum eſt; cibo

l. 2. om. *eſt*. L. l. 5. om. *die*. L. l. 6. om. inſcriptio. l. 7. om. *etiam*. L. l. 9. *carnoſiſſimæ*. L. l. 14. *oſſibus*. L. l. 15. *pendens*. l. 24. *fereque*. L. l. 26. *chalcitis. calcidiis*. l. add. *& curationibus*.

c *Æginet. III.* 24. *VI.* 25. *Actuar. M. M. II.* 8. *Aëtius Tetrab. II. Serm. II. c.* 92. d *Trallian. III.* 10. *Cœl. Aur. Morb. Chron. II.* 4.

cibo quoque primo abſtinendum, deinde eo modico mollique utendum, ne mandentis dentes irritet; tum extrinſecus admovendus per ſpongiam vapor aquæ calidæ; imponendumque ceratum ex cyprino aut irino factum, lanaque id comprehendendum, caputque velandum eſt. Quod ſi gravior is dolor eſt, utiliter & alvus ducitur, & calida cataplaſmata ſuper maxillas iniiciuntur, & ore humor calidus cum medicamentis aliquibus continetur, ſæpiusque mutatur. Cuius rei cauſa & * quinquefolii radix in vino mixto coquitur; & hyoſcyami radix vel in poſca, vel in vino mixto coquitur ſic, ut paulum his ſalis adiiciatur; & papaveris non nimium aridi cortices, & mandragoræ radix, eodem modo. Sed in his tribus utique vitandum eſt, ne quod hauſtum erit, devoretur. Ex populo quoque alba cortex radicis in hunc uſum in vino mixto recte coquitur; & in aceto cornu cervinum raſum & nepeta cum teda pingui: ac ficus item pinguis vel in mulſo, vel in aceto & melle; ex quibus cum ficus diſcocta eſt, is humor percolatur. † Specillum quoque lana involutum in calidum oleum demittitur, eoque ipſe dens fovetur. Quinetiam quædam quaſi cataplaſmata in dentem ipſum illinuntur. In quem uſum ex malo punico acido atque arido malicorii pars interior cum pari portione & gallæ & pinei corticis conteritur, miſceturque his minium; eaque contrita aqua pluviatili coguntur. Aut panacis, papaveris

l. 8. om. *is*. L. l. 9. *maxillam*. L. l. 21 *aut*. L. l. 22. *cervini vomentum*. L. l. 23. *ac ficu pingui: item ficus pinguis*. L. l. 28. *ipſo*. l. 29. *induntnr*. L.

* *Marcell. de Medic. C. XII. p.* 293. 297. † *Auriſcalpium dicit Marcell. de Medic. Cap. XII. p.* 293.

paveris lacrymæ, peucedani, uvæ taminiæ ſine ſeminibus pares portiones conteruntur. Aut galbani partes tres, papaveris lacrymæ pars quarta. Quicquid dentibus admotum eſt, nihilo minus ſupra maxillam ceratum (quale ſupra poſui) eſſe debet lana obtectum. Quidam etiam myrrhæ, cardamomi, ſingulorum P. I. * croci, pyrethri, ficorum, piperis, ſingulorum P. IV. * ſinapis P. VIII. * contrita linteolo illinunt, imponuntque in humero, partis eius, qua dens dolet; ſi is ſuperior eſt, a ſcapulis; ſi inferior, a pectore: idque dolorem levat; &, cum levavit, protiuus ſubmovendum eſt.

Si vero exeſus e eſt dens, feſtinare ad eximendum eum, niſi res coegit, † non eſt neceſſe: ſed tum omnibus fomentis, quæ ſupra poſita ſunt, adiiciendæ quædam valentiores compoſitiones ſunt, quæ dolorem levant; quales hæ ſunt, quæ habent papaveris lacrymæ P. I. * piperis P. II. * ſoreos P. X. * quæ contrita galbano excipiuntur, idque circumdatur: aut Menemachi, maxime ad maxillares dentes; in qua ſunt, croci P. I. * cardamomi, thuris fuliginis, ficorum, piperis, pyrethri, ſingulorum P. IV * ſinapis P. VIII. * Quidam autem miſcent pyrethri, piperis, elaterii, ſingulorum P. I. * aluminis ſciſſilis, papaveris lacrymæ, uvæ taminiæ, ſulphuris ignem non experti, bituminis, lauri baccarum, ſinapis ſingulorum P. II. * Quod ſi dolor eximi eum cogit, & piperis ſemen cortice liberatum, & eodem

l. 1. *timiniæ.* l. 9. *partes* pro *piperis.* l. 22. *pſoreos.* l. 27. *partes* pro *piperis.* l. 29. *immiſcent.* l. 30. *timiniæ.* l. 33. om. &. L.

e *Oribaſ. de Loc. Affect. IV. 58. Aetius Tetrab. II. Serm. IV. c. 33. 34.* † *Ita ſentit Marcellus de Medic. Cap. XII. p. 293.*

dem modo bacca * hederæ coniecta in id foramen, dentem findit, isque per testas excidet. Et plani piscis (quam nostri pastinacam, Graeci τρυγόνα vocant) aculeus torrestur, deinde conteritur, resinaque excipitur, quæ denti circundata hunc solvit. Et alumen scissile in id foramen coniectum dentem citat. Sed id tamen involutum in lanula demitti commodius est; quia sic dente servato dolorem levat. Haec a Medi- 324,18.
cis accepta sunt: sed agrestium experimento cognitum est, cum dens doluerit, herbam † mentastrum cum suis radicibus velli debere, & in pelvem coniici, supraque aquam infundi, collocarique iuxta sedentem hominem undique veste contectum; tum in pelvem candentes silices demitti, sic, ut aqua tegantur, hominemque eum hiante ore vaporem excipere, ut supra dictum est, undique inclusum. Nam & sudor plurimus sequitur, & per os continens pituita defluit; idque sæpe longiorem, sæpe annuam valetudinem bonam præstat.

CAP. X. 445.

De Tonsillis. a

SI vero tonsillæ sine exulceratione per inflammationem intumuerunt, caput velandum est, extrinsecus is locus vapore calido fovendus; multa ambulatione utendum; caput in lecto sublime habendum; gargarizandumque est ex reprimentibus. Radix quoque ea, quam dulcem appellant, contusa & in passo mul-

l. 1. *eius.* L. l. 2. *forte stans.* l. 3. *Plani quoque.* L l. 7. *Alumen quoque.* L. ibid. om. *id.* L. l. 9. *canna in vol.* l. 10. *sic & dentem servat, & dol.* L. l. 12 *dolet.* l. 14. *evelli.* L. l. 15 *mitti.* L. l. 22. om. *sæpe.* L. l. 26. *& earum cura.* l. 28. *intumescunt.* L. l. 29. *quoque velandum est, &.* L. l. 31. om. *est ex.* L. l. 33. *repr. medicamentis.* L.

* *Marcell. de Medic. Cap. XII. p.* 296. † *Idem eodem cap. p.* 293. a *Oribas. de Loc. Affect. IV.* 70.

mulſove decocta, idem præſtat. Leniterque quibusdam medicamentis eas illini non alienum eſt; quæ hoc modo fiunt. Ex malo *b* punico dulci ſuccus exprimitur, & eius ſextarius in leni igne coquitur, donec ei mellis craſſitudo ſit; tum croci, myrrhæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum P. II. * per ſe conteruntur, paulatimque his adiiciuntur vini lenis cyathi duo, mellis unus; deinde priori ſucco iſta miſcentur, & rurſus leniter incoquuntur: aut eiuſdem ſucci ſextarius eodem modo coquitur, atque eadem ratione trita ei adiiciuntur hæc; nardi P. * omphacii P. I. * cinnamomi, myrrhæ, caſiæ, ſingulorum P. I. * Eadem autem hæc & auribus & naribus purulentis accommodata ſunt. Cibus in hac quoque valetudine lenis eſſe debet, ne exaſperet.

Quod ſi tanta inflammatio eſt, ut ſpiritum impediat; in lecto conquieſcendum; a cibo abſtinendum, neque aſſumendum quicquam præter aquam calidam eſt: alvus quoque ducenda eſt: gargarizandum ex fico & mulſo: illinendum mel cum omphacio. intrinſecus admovendus, ſed aliquanto diutius, vapor calidus, donec ea ſuppurent, & per ſe aperiantur. Si pure ſubſtante non rumpuntur hi tumores, incidendi ſunt: deinde ex mulſo calido gargarizandum.

At, ſi modicus quidem tumor, ſed exulceratio eſt, furfurum cremori ad gargarizandum paulum mellis adiiciendum eſt, illi-

l. 5. *ad lenem ignem decoq.* L. l. 12. *trita hæc adi.* L. l. 22. om. *a.* L. l. 24. *gargarizandumque.* L. l. 25. *illinendumque.* L. l. 26. *extrinſecus.* l. 30. om. *ex.* L. l. 31. *gargarizandum ex fico.* l. 32. *&* pro *ſed.*

b *Oribaſ. de Loc. Affect. IV.* 73. *Æginet. III.* 26.

illinendaque ulcera hoc medicamento : passi quam dulcissimi tres heminæ ad unam coquuntur; tum adiicitur thuris P. I. * croci, myrrhæ, singulorum P. * leniterque omnia rursus fervescunt. Ubi pura ulcera sunt, eodem furfurum cremore, vel lacte gargarizandum est. Atque hic quoque cibis lenibus opus est; quibus adiici dulce vinum potest.

CAP. XI.

De Oris Ulceribus. a

ULCERA autem oris, si cum inflammatione sunt, & parum pura ac rubicunda sunt, optime his medicamentis curantur, quæ supra posita ex malis punicis fiunt. Continendusque sæpe ore reprimens cremor est, cui paulum mellis sit adiectum: utendumque ambulationibus, & non acri cibo. Simulatque vero pura ulcera esse cœperunt, lenis humor, interdum etiam quam optima aqua ore continenda est. Prodestque assumptum purnm vinum, pleniorque cibus, dum acribus vacet: inspergique ulcera debent alumine scissili, cui dimidio plus gallæ immaturæ sit adiectum.

Si iam crustas habent, quales in adustis esse consuerunt, adhibendæ sunt eæ compositiones, quas Græci ἀνθηρὰς nominant. † Junci quadrati, myrrhæ, sandarachæ, 388. aluminis, pares portiones. Aut croci, myrrhæ, singulorum P II. * iridis, aluminis scissilis, sandarachæ, singulorum P. IV. * iunci quadrati P. VIII. *. Aut gallæ, myr-

l. 4. *iterumque.* L. l. 5. om. *rursus.* L. l. 12. *& curationibus & quæ antheræ sint.* l. 18. om. *est.* l. 19. om. *que.* l. 20. *Cum vero.* L. l. 28 om. *eae.* L. l. 30. *habent hæ iunci.* L. l. 31. *sandarachæ singulorum P.* IV. *.

a *Aetius Tetrab. II. Serm. IV. c.* 22. † *Simile medicamentum vide apud Marcell. Cap. XI. p.* 291. *Plin. de Re Med. Lib.* I. *c.* 31.

myrrhæ, ſingulorum P. II. * aluminis ſciſſilis P. II. * roſæ foliorum P. IV. * Quidam autem croci P. * aluminis ſciſſilis, myrrhæ, ſingulorum P. I. * ſandarachæ P. II. * iunci quadrati P. IV. * miſcent. Priora arida inſperguntur: hoc cum melle illinitur; neque ulceribus tantum, ſed etiam tonſillis.

Verum ea longe periculoſiſſima ſunt ul-
46,17. cera, quas ἄφθας *b* Græci appellant; ſed in *c* pueris: hos enim ſæpe conſumunt. in viris & mulieribus idem periculum non eſt. Hæc ulcera a gingivis incipiunt; deinde palatum, totumque os occupant; tum ad uvam fauceſque deſcendunt. quibus obſeſſis, non facile fit, ut puer convaleſcat. ac
98,23. miſerius etiam eſt, ſi lactens adhuc infans eſt; quo minus imperari remedium aliquod poteſt. Sed inprimis nutrix cogenda eſt exerceri ambulationibus, iiſque operibus, quæ ſuperiores partes movent: mittenda in balneum, iubendaque ibi calida aqua mammas perfundere: tum alenda cibis lenibus, & his qui non facile corrumpuntur: potione, ſi febricitat puer, aquæ: ſi ſine febre eſt, vini diluti. ac, ſi alvus nutrici ſubſiſtit, ducenda eſt. Si pituita in os eius coit, vomere debet. Tum ipſa ulcera perungenda ſunt melle, cui * rhus, quem Syriacum vocant, aut amaræ nuces adiectæ ſunt: vel miſtis inter ſe roſæ foliis aridis, pineis nucleis, menthæ coliculo cum melle: vel eo medicamento, quod ex moris fit: quorum ſuccus eodem modo, quo punici mali, ad mellis

l. 16. *lactans.* l. 19. *& his op.* L. l. 23. *facile non.* l. 24. *potione.* l. ead. *febriat.* l. 28. *ros.* l. 30. *nucleis pini, mentha, collectis.* L.

b *Æginet. I.* 10. *Aretæus Morb. Acut. I.* 9. *Oribaſ. de* Loc. *Affect. Cur. IV. c.* 68. *Actuar. M.M. II.* 10. *IV.* 14. *Aet. Tetr. II. Serm. I.* 39. c *Aphor.* III. 24. * *Salmaſ. de Homonym. Hyles Jatric. Cap.* 58.

mellis craſſitudinem coquitur, eademque ratione ei crocum, myrrha, alumen, vinum, mel miſcetur. Neque quicquid dandum, ad quod humor evocari poſſit. Si vero iam firmior puer eſt, gargarizare debet his fere, quæ ſupra comprehenſa ſunt. At, ſi leniora medicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda ſunt ea, quæ adurendo cruſtas ulceribus inducant; quale eſt ſciſſile alumen, vel chalcitis, vel atramentum ſutorium. Prodeſt etiam fames & abſtinentia, quanta maxima imperari poteſt. Cibus debet eſſe lenis. Ad purganda tamen ulcera, interdum caſeus ex melle recte datur.

CAP. XII.

De Linguæ ulceribus. a

LINGUÆ quoque ulcera non aliis medicamentis egent, quam quæ prima parte ſuperioris capitis expoſita ſunt. Sed quæ in latere eius naſcuntur, diutiſſime durant. Videndumque eſt, num contra dens aliquis acutior ſit, qui ſaneſcere ſæpe ulcus eo loco non ſinit, ideoque limandus eſt.

CAP. XIII.

De Parulidibus a *& ulceribus gingivarum.*

SOLENT etiam interdum iuxta dentes in gingivis tubercula quædam oriri dolentia; παρυλίδας Graeci appellant. Haec initio leniter ſale contrito perfricare oportet, aut inter ſe mixtis ſale foſſili combuſto,

l. 3. *& mel.* l. 4. *a quo.* L. l. 7. *Ac.* L. l. ead. *lenia.* l. 9. *Valens quoque.* L l 18. *De gingivarum ulc.* al. *linguarum.* l. 10. *Gingivæ.* l. 29. *De parodontidibus, gingivarum tuberculis, deque aliis ulceribus gingivarum.* al. om. inſcriptionem. al. *paroditibus.* l. 32. παροδοντίδας. παροτίδας.

a *Actuar. M M. II.* 10. a *Oribaſ. de Loc. Affect. IV.* 66. *Actuar. M M. II.* 10. *IV.* 14. *Aetius Tetrab. II. Serm. IV.* 24. *Æginet VI.* 27.

busto, cupresso, nepeta: deinde eluere os cremore lenticulæ, & inter hæc hiare, donec pituitæ satis profluat. In maiore vero inflammatione iisdem medicamentis utendum est, quæ ad ulcera oris supra posita sunt: & mollis linamenti paulum involvendum aliqua
385. compositione ex his, quas ἀνθηρὰς b vocari dixi; demittendumque id inter dentem & gingivam. Quod si durior erit, & id prohibebit, extrinsecus admovendus erit spongiæ vapor calidus, imponendumque ceratum. Si suppuratio se ostendet, diutius eo vapore utendum erit: & continendum ore calidum mulsum, in quo ficus decocta sit. Itemque subcrudum incidendum, ne, si ibi diutius pus permanserit, os lædat. Quod si maior is tumor est, commodius totus exciditur, sic ut ex utraque parte dens liberetur. Pure exempto, si levis plaga est, satis est ore calidam aquam continere, & extrinsecus fovere eodem vapore: si maior est, lenticulæ cremore uti, iisdemque medicamentis, quibus cætera ulcera oris curantur.

Alia quoque ulcera in gingivis plerumque oriuntur, quibus eadem, quæ in reliquo ore, succurrunt. Maxime tamen mandere ligustrum oportet, succumque eum ore continere. Fit etiam interdum, ut ex gingivæ ulcere, sive παρουλὶς fuit, sive non fuit, diutius pus feratur, dente aut corrupto, aut fracto, vel aliter vitiato osse: maximeque id per fistulam evenire consuevit. Quod ubi incidit, locus aperiendus,

l. 6. *paululum.* l. 15. *Idemque.* l. 23. om. *que.* l. 30. *parotides.* παροδόντις. l. 31. *quod dente.* l. 33. *venire.* l. 34. om. *quod.*

b *Scribon. Larg. C. XII. c. 61.*

dus, dens eximendus; teſta oſſis, ſi qua exceſſit, recidenda eſt; ſi quid vitioſi eſt, radendum. Poſt quæ, quid fieri debeat, ſupra in aliorum ulcerum curatione comprehenſum eſt. Si vero a dentibus gingivæ recedunt, eædem antheræ ſuccurrunt. Utile 385 eſt etiam pira aut mala non permatura mandere, & ore eum humorem continere. Idemque præſtare non acre acetum in ore retentum poteſt.

CAP. XIV.

De Uvæ morbo. a

UVAE vehemens inflammatio terrere quoque debet. Itaque in hac & abſtinentia neceſſaria eſt, & ſanguis recte mittitur; &, ſi id aliqua res prohibet, alvus utiliter ducitur: caputque ſuper hæc velandum, & ſublimius habendum eſt: tum aqua * gargarizandum, in qua ſimul rubus & lenticula decocta ſit. Illinenda autem ipſa uva vel omphacio, vel galla *b*, vel' alumine ſciſſili, ſic ut cuilibet eorum mel adiiciatur. Eſt etiam medicamentum huic aptum, quod Andronium *c* appellatur. conſtat ex his; alumine ſciſſili, ſquama æris rubri, atramento ſutorio, galla, myrrha, miſy. quæ per ſe contrita, mixtaque rurſus, paulatim adiecto vino auſtero, teruntur, donec his mellis craſſitudo ſit. Chelidoniæ quoque ſucco per cochlear illita uva maxime prodeſt. Ubi horum aliquo illita uva eſt, fere multa pituita decurrit: cumque ea quievit, ex vino calido gargarizandum.

B b 3 Quod

l. 1. *deceſſit.* L. al. malunt: *abſceſſit.* l. 2. *recipienda.* L. l. 13. *morbo & curatione.* l. 15. om. *&.* L. l. 30. 32. *Ubi horum aliquo illita uva eſt, chelid. &c. Ronſſeus* in margine habet; *Succus.* Haud dubie legendum: *Chelidoniæ quoque ſuccus maxime prodeſt. Ubi horum aliquo per cochlear illita &c.*

a *Oribaſ. de Loc. Affect. Cur. IV.* 73. * *Marcell. de Medic. Cap. XIV. pag.* 299. b *Scribon. Larg. C. XVII. c.* 71. c *Idem C. XIII.* 63. *Longe aliter exſtat apud Marcell. de Medic. Cap. XI. pag.* 292.

Quod ſi minor in ea inflammatio, laſer terere, eique adiicere frigidam aquam ſatis eſt, eamque aquam cochleari exceptam ipſi uvæ ſubiicere. Ac mediocriter eam tumentem aqua quoque frigida, eodem modo ſubiecta, reprimit. Ex eadem autem aqua gargarizandum quoque eſt, vel cum laſere, vel ſine eo. At curationis uvæ productæ per manum, ratio ſubiecta eſt.

CAP. XV.

De Cancro oris. a

SI quando autem ulcera oris cancer invaſit, primo conſiderandum eſt, num malus corporis habitus ſit; eique occnrrendum: deinde ipſa ulcera curanda. Quod ſi in ſumma parte id vitium eſt, ſatis proficit anthera, humido ulceri arida inſperſa; ſicciori, cum exigua parte mellis illita. Si paulo altius, chartæ combuſtæ partes duæ, auripigmenti pars una. Si penitus malum deſcendit, chartæ combuſtæ partes tres, auripigmenti pars quarta: aut pares portiones ſalis fricti, & iridis frictæ: aut item pares portiones chalcitidis, calcis, auripigmenti. Neceſſarium autem eſt linamentum in roſa tingere, & ſuper adurentia medicamenta imponere; ne vicinum & ſanum locum lædant. Quidam etiam in acris aceti heminam frictum ſalem coniiciunt, donec tabeſcere deſinat; deinde id acetum coquunt, donec exſiccetur; eumque ſalem contritum inſpergunt. Quoties autem medicamentum iniicitur, & ante & poſt

l. 3. *cochleario.* l. 7. *eſt, quæ vel.* l. 8. 9. *eo, hac curatione uvae* (al. *vitae*) *ſubiecta eſt.* l. 13. *primum.* l. 21. *penitius.* L. l. 25. *aut etiam.* L.

a *Scribon. Larg. c. XIII.*

post os diluendum est vel cremore lenticulæ, vel aqua, in qua aut ervum, aut * oleæ, aut verbenæ decoctæ sint, sic, ut cuilibet eorum paulum mellis misceatur. Acetum quoque ex scilla retentum ore, satis adversus hæc ulcera proficit: & ex aceto cocto sali, sicut supra demonstratum est, rursus mistum acetum. sed & diu continere utrumlibet, & id bis aut ter die facere, prout vehemens malum est, necessarium est. Quod si puer est, cui id incidit, specillum lana involutum in medicamentum demittendum est, & super ulcus tenendum; ne per imprudentiam adurentia devoret. Et, si dolor in gingivis est, moventurque aliqui dentes, reiici eos oportet; nam curationes vehementer impediunt. Si nihil medicamenta proficient, ulcera erunt adurenda. Quod tamen in labris ideo non est necessarium, quoniam excidere commodius est. Et id quidem, æque adustum, atque excisum, sine ea curatione, quæ corpori manu adhibetur, impleri non potest. Gingivarum vero ossa, quæ hebetia sunt, in perpetuum ustione nudantur; neque enim postea caro increscit. Imponenda tamen adustis lenticula est, donec sanitatem, qualis esse potest, recipiant.

CAP. XVI.

De Parotidibus. a

HÆC in capite fere medicamentis egent. Sub ipsis vero auribus oriri παρωτίδες solent; modo in secunda valetudi-

l. 4. *paululum.* L. l. om. *&.* l. 14. *At.* L. l. 16. *refigi.* L. al. *refici.* sed aut *reiici* aut *eiici* legendum est. l. 17. *curationem.* L. l. 30. add. *quæ sub auribus oriuntur.* l. 31. *in capita.*
* *Marcell. de Medic. Cap. XI. pag.* 292. a *Oribas. de Loc. Aff. Cur. c.* 44. *Trallian. III.* 7.

tudine, ibi inflammatione orta; modo post longas febres, illuc impetu morbi converso. Id abscessus genus est. Itaque nullam novam curationem desiderat: animadversionem tantummodo hanc habet necessariam. Si sine morbo id intumuit, primum reprimentium experimentum est: si ex adversa valetudine, illud inimicum est, maturarique & quam primum aperiri commodius est.

CAP. XVII.

De Umbilico prominente. a

AD umbilicos vero prominentes, ne manu ferroque utendum sit, ante tentandum est, ut abstineant. alvus his ducatur: imponatur super umbilicum id, quod ex his constat; cicutæ & fuliginis, singulorum P. I. * cerussæ elotæ P. IV. * plumbi eloti P. VIII. * ovis duobus; quibus etiam solani succus adiicitur. Hoc diutius impositum esse oportet; & interim conquiescere hominem; cibo modico uti, sic ut vitentur omnia inflantia.

CAP. XVIII.

De Obscoenarum partium vitiis.

PROXIMA sunt ea, quæ ad partes obscœnas pertinent. quarum apud Graecos vocabula & tolerabilius se habent, & accepta iam usu sunt; cum omni fere medicorum volumine atque sermone iactentur: apud nos fœdiora verba, ne consuetudine quidem aliqua verecundius loquen

l. 6. *Quia si* sed L. *ut, si.* l. 7. *reprimentibus.* L. l. ead. *fiat.* L. l. 13. *De umbilici prominentis curatione.* l. 16. *ducetur.* L. l. 21. *dilulius.* l. 27. add. *& curationibus.* l. 31. *cum in.* L.

a *Æginet. VI.* 51. *Aetius Tetrab. I. Serm. IV. c.* 26. *& Tetrab. IV. Serm. IV.* 111. *Oribas. de Loc. Aff. IV. c.* 117.

quentium commendata sunt: ut difficilis hæc explanatio sit, simul & pudorem, & artis præcepta servantibus. Neque tamen ea res a scribendo deterrere me debuit. Primum, ut omnia, quæ salutaria accepi, comprehenderem: dein, quia in vulgus eorum curatio etiam præcipue cognoscenda est, quæ invitissimus quisque alteri ostendit.

2. *De Colis morbis.*

Igitur si ex inflammatione coles *a* intumuit, reducique summa cutis, aut rursus induci non potest, multa calida aqua fovendus locus est. Ubi vero glans contecta 472,22.
est, oriculario quoque clystere inter eam cutemque aqua calida inserenda est. si mollita sic & extenuata cutis ducenti paruit, expeditior reliqua curatio est: si tumor vicit, imponenda est vel lenticula vel marrubium, vel oleæ folia ex vino cocta, sic ut cuilibet eorum, dum teritur, mellis paulum adiiciatur: sursumque coles ad ventrem deligandus est; quod in omni curatione eius necessarium est: isque homo continere se, & abstinere a cibo debet, & potione aquæ tantum a siti vindicari. Postero die rursus adhibendum iisdem rationibus aquæ fomentum est, & tum vi quoque experiundum, an cutis sequatur. Eaque, si non parebit, leviter summa scalpello concidenda erit. nam, cum sanies profluxerit, extenuabitur is locus, & facilius cutis ducetur.

Sive autem hoc modo victa erit, sive nunquam repugnaverit; ulcera vel in cutis in-

l. 1. *accommodata.* l. 9. add. *& curationibus.* l. 16. *reducenti.* L. l. 21. *paululum.* L. l. 27. *cum* pro *tum.* l. 29. *summo.* l. 34. *unquam.*

a *Aetius Tetrab. IV. Serm. II.* 16.

interiore parte, vel in glande, ultrave eam in cole reperientur: quæ neceſſe eſt, aut pura ſiccaque ſint, aut humida & purulenta. Si ſicca ſunt, primum aqua calida fovenda ſunt: deinde imponendum lycium ex vino eſt, aut amurca cocta cum eodem, aut cum roſa butyrum. Si tenuis iis humor ineſt, vino eluenda ſunt; tum butyro roſæ & mellis paulum, & reſinæ terebinthinæ pars quarta adiicienda eſt, eoque utendum. At, ſi pus ex iis profluit, ante omnia elui mulſo calido debent: tum imponi piperis P. I. * myrrhæ P. II. * croci, miſyos cocti, ſingulorum P. II. * quæ ex vino auſtero coquuntur, donec mellis craſſitudinem habeant. Eadem autem compoſitio tonſillis, uvæ madenti, oris nariumque ulceribus accommodata eſt. Aliud ad idem; piperis P. I. * myrrhæ P. I. * croci P. II. * miſyos cocti P. I. * æris combuſti P. II. * quæ primum ex vino auſtero conteruntur; deinde, ubi inaruerunt, iterum teruntur ex paſſi tribus cyathis, & incoquuntur, donec viſci craſſitudinem habeant. Ærugo quoque cum cocto melle, & ea, quæ ad oris ulcera ſupra comprehenſa ſunt, curant. Aut Eraſiſtrati compoſitio, aut Cratonis, recte ſuper purulenta naturalia imponitur. Folia quoque oleæ ex novem cyathis vini coquuntur; his adiicitur aluminis ſciſſilis P. IV. * lycii P. VIII. * mellis ſeſquicyathus: ac, ſi plus puris eſt, id medicamentum ex melle: ſi minus, ex vino diluitur. Illud perpetuum eſt; poſt curationem, dum inflammatio

l. 1. *ulteriore.* l. 3. *ſiccave.* l. 7. *levis is humor eſt.* l. *roſae mollis.* l. 11. *Aut.* l. 12. *debet.* l. 14. *myſi.* l. 17. *madentioris. madentiori.* l. 19. *ad eam.* l. 20. om. *cocti.* l. 26. *At.* L. al. *Ac.* l. 29. om. *vini.* L.

matio manet, quale ſupra poſitum eſt, cataplaſma ſuper dare, & quotidie ulcera eadem ratione curare. Quod ſi pus & multum, & cum malo odore cœpit profluere, elui cremore lenticulæ debet, ſic, ut ei mellis paulum adiiciatur: aut oleæ, aut lentiſci folia, vel marrubium decoquendum eſt, eoque humore eodem modo cum melle utendum: imponendaque eadem; aut etiam omphacium cum melle; aut id, quod ex ærugine & melle ad aures fit; aut compoſitio Andronis; aut anthera, ſic, ut ei paulum mellis adiiciatur. Quidam ulcera omnia, de quibus adhuc dictum eſt, lycio ex vino curant.

Si vero ulcus latius atque altius ſerpit, eodem modo elui debet: imponi vero, aut ærugo, aut omphacium cum melle; aut Andronis compoſitio; aut marrubii, myrrhæ, croci, aluminis ſciſſilis cocti, roſæ foliorum aridorum, gallæ, ſingulorum P. I. * minii ſinopici P. II. * quæ per ſe ſingula primum teruntur deinde iuncta iterum, melle adiecto, donec liquidi cerati craſſitudinem habeant; tum in æneo vaſe leniter coquuntur, ne ſuperfluant; cum iam guttæ indureſcunt, vas ab igne removetur: idque medicamentum tum, prout opus eſt, aut ex melle aut ex vino liquatur. Idem autem per ſe etiam ad fiſtulas utile eſt.

Solet etiam interdum ad nervos *c* ulcus deſcendere; profluitque pituita multa, ſanies tenuis malique odoris, non cocta, aut aquæ ſimilis, in qua caro recens lota eſt: dolo-

l. 2. *ſupra.* l. 5. *ſit.* l. *paululum.* L. ibid. *vellent.* l. 13. *paululum.* L. l. 19. *aut croci.* al. *aut myrrhæ aut croci.* l. 34. *non coacta, at aquæ.* L. ex Conſtantini coniectura.

c *i. e. cremaſteras pag.* 455. *l.* 30.

doloresque is locus, & punctiones habet. Id genus quamvis inter purulenta est, tamen lenibus medicamentis curandum est; quale est emplastrum τετραφάρμακον ex rosa liquatum, sic, ut thuris quoque paulum ei misceatur: aut id, quod ex butyro, rosa, resina, melle fit; supra vero a me positum est. Præcipueque id ulcus multa calida aqua fovendum est, velandumque, neque frigori committendum.

Interdum autem per ipsa ulcera coles sub cute exesus est sic, ut glans excidat. Sub quo casu cutis ipsa circumcidenda est. Perpetuumque est, quoties glans, aut ex cole aliquid, vel excidit, vel abscinditur, illam non esse servandam, ne considat, ulcerique agglutinetur, ac neque reduci possit postea, & fortasse fistulam quoque urinæ cludat.

Tubercula etiam, *d* quæ φύματα Græci vocant, circa glandem oriuntur; quæ vel medicamentis, vel ferro aduruntur; & cum crustæ exciderunt, squama æris inspergitur, ne quid ibi rursus increscat.

3. *De Cancro, qui in Cole nascitur.*

Hæc citra cancrum sunt; qui cum in reliquis partibus, tum in his quoque vel præcipue ulcera infestat. Incipit a nigritie. quæ si cutem occupavit, protinus specillum subiiciendum, eaque incidenda est; deinde oræ vulsella prehendendæ; tum, quicquid corruptum est, excidendum, sic, ut ex integro quoque paulum dematur, idque adurendum. Quoties quid ustum est, id

l. 5. *paululum.* L. l. om. *est.* l. 15. *illam esse serv.* L. l. 18. *intercludat.* L. al. *includat.* l. 25. *De cancri, qui in cole nascitur, curatione.*

d *Æginet. VI.* 57.

id quoque sequitur, ut imponenda lenticula sit: deinde, ubi crustæ exciderunt, ulcera sic, ut alia, curentur.

At, si cancer ipsum colem occupavit, inspergenda aliqua sunt ex adurentibus, maximeque id, quod ex calce, chalcitide, auripigmento componitur. Si medicamenta vincuntur, hic quoque scalpello, quicquid corruptum est, sic, ut aliquid etiam secum integri trahat, præcidi debet. Illud quoque æque perpetuum est; exciso cancro, vulnus esse adurendum. Sed sive ex medicamentis, sive ex ferro crustæ occalluerint, magnum periculum est, ne his decidentibus, ex cole profusio sanguinis insequatur. Ergo longa quiete & immobili pene corpore opus est, donec ex ipso crustæ puræ leniter resolvantur. At si vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immature crustas diduxit, & fluit sanguis, frigida aqua adhi- 293,20.
benda est. Si hæc parum valet, decurrendum est ad medicamenta, quæ sanguinem supprimunt. Si ne hæc quidem succurrunt, aduri diligenter & timide debet: neque ullo postea motu dandus eidem periculo locus est.

4. *De Phagedæna in Cole nascente.*

Nonnunquam etiam id genus ibi cancri, quod φαγέδαινα a Græcis nominatur, oriri solet. In quo minime differendum, sed protinus iisdem medicamentis occurrendum est; &, si parum valent, ferro adurendum. Quædam etiam nigrities est, quæ non sentitur, & serpit, ac, si sustinuimus, usque ad vesicam tendit;

l. 3. *sicut.* L. l. 9. om. *etiam.* L. l. 17. *maturæ.* L. ibid. *leviter.* l. 27. *De phagedænæ incole nascentis curatione.* l. 34. *sed* pro *&.* L.

dit; neque succurri postea potest. Si id in summa glande circa fistulam urinæ est, prius in ea tenue specillum demittendum est, ne claudatur; deinde id ferro adurendum: si vero alte penetravit, quicquid occupatum est, præcidendum est. Cætera eadem, quæ in aliis cancris, facienda sunt.

5. *De Carbunculo, qui in Cole nascitur.*

Occalescit etiam in cole interdum aliquid; idque omni pene sensu caret. quod ipsum quoque excidi debet. Carbunculus autem ibi natus, ut primum apparet, oriculario clystere eluendus est: deinde ipse quoque medicamentis *e* urendus, maximeque chalcitide cum melle, aut ærugine cum cocto melle, aut ovillo stercore fricto & contrito cum eodem melle. Ubi is excidit, liquidis medicamentis utendum est, quæ ad oris ulcera componuntur.

6. *De Testiculorum morbis.*

In testiculis vero, si qua inflammatio *f* sine ictu orta est, sanguis ex talo mittendus est: a cibo abstinendum: imponendum, quod est ex fabæ farina ex mulso cocta, & cum cumino contrito ex melle cocto; aut contritum cuminum cum cerato ex rosa facto; aut lini semen frictum, contritum, & in mulso coctum; aut tritici farina ex mulso cocta cum cupresso; aut lilii radix contrita. At, si iidem induruerunt, imponi debet lini vel fœni Græci semen ex mulso coctum; aut ex cyprino ceratum; aut simila ex vino contrita, cui paulum croci sit adie-

l. 2. *Sed si in.* L. al. *Si in.* L. l. 3 *eam.* L. l. 7. *cæterum.* l. 17. quidam om. *aut ovillo stercore fricto & contrito cum eodem melle.* l. 20. *oris ulceris.* L. al. *ora ulceribus.* Haud dubie legendum: *ad oris ulcera.* *C. XI.* l. 21. add. *& eorum curatione.* l. 25. om. *quod est* ibid. *faba.* l. 26. *coacta.* L. l. 31. *Aut.* l. 33. *similia.* l 34. *paululum.*

e *Aetius Tetrab. IV. Serm. II. 18.* f *Æginet. III. 54. Aetius Tetrab. IV. Serm. II. c. 21.*

adiectum. Si vetuſtior iam durities eſt, maxime proficit cucumeris agreſtis radix ex mulſo cocta, deinde contrita.

Si ex ictu tument, ſanguinem mitti neceſſarium eſt; magiſque, ſi etiam livent. Imponendum vero utrumlibet ex his, quæ cum cumino componuntur, ſupraque propoſita ſunt; aut ea compoſitio, quæ habet nitri cocti P. I. * reſinæ pineæ, cumini, ſingulorum P. II. * uvæ taminiæ ſine ſeminibus P. IV. * mellis quantum ſatis ſit ad ea cogenda. Quod ſi ex ictu teſticulis aliquid deſit, fere quoque pus increſcit; neque aliter ſuccurri poteſt, quam ſi, inciſo ſcroto, & pus emiſſum, & ipſe teſticulus exciſus eſt.

7. *De Ani morbis.*

De Rhagadiis.

Anus quoque multa tædiique plena mala recipit, nec inter ſe multum abhorrentes rationes habet. Ac primum in eo ſæpe, & quidem pluribus locis, cutis ſcinditur; *g* ῥαγάδια Graeci vocant. Id ſi recens eſt, 493, 15.
quieſcere homo debet, & in aqua calida deſidere. Columbina quoque ova coquenda ſunt, &, ubi induruerunt, purganda: deinde alterum iacere in aqua bene calida debet, altero calido foveri locus, ſic, ut invicem utroque aliquis utatur. Tum tetrapharmacum, aut rhypodes roſa diluendum eſt; aut œſypum recens miſcendum cum cerato liquido ex roſa facto; aut eidem cerato liquido plumbum elotum adiiciendum; aut reſinæ terebinthinæ myrrha; aut

l. 3. *dein.* l. 7. *poſita.* L. l. 9. *gummi.* l. 10. *timiniæ.* l. 12. *teſticulus ali quidem deſiit.* L. l. 13. om. *pus.* l. 17. om. *De ani morbis.* l. 18. *De rhagadiis & condylomate & hæmorrhoidibus, aliisque ani morbis & curationibus eorum & primo de Rhagadiis.* l. 20. *a ſe.* L. al. *in ſe.* al. *nec non in ſe.* l. 21. *At.* l. 22. *exciditur.* l. 24. om. *&.* l. 26. *aduruerunt.* l. 29. *aliquandiu.* L. l. 31. *hyſſopum.*

g *Scribon. c. LXXXIX.* 223.

aut spumæ argenti vetus oleum; & quolibet ex his id perungendum. Si, quicquid læsum est, extra est, neque intus reconditum, eodem medicamento tinctum linamentum superdandum est, &, quicquid ante adhibuimus, cerato contegendum. In hoc autem casu, neque acribus cibis utendum, neque asperis, nec alvum comprimentibus: ne aridum quidem quicquam satis utile est, nisi admodum paulum. Liquida, lenia, pinguia, glutinosa, meliora sunt. Vino leni uti nihil prohibet.

8. *De Condylomate.* h

494, 5. Condyloma autem est tuberculum, quod ex quadam inflammatione nasci solet. Id ubi ortum est, quod ad quietem, cibos, potionesque pertinet, eadem servari debent, quæ proxime scripta sunt. Iisdem etiam ovis recte tuberculum id fovetur. sed desidere ante homo in aqua debet, in qua verbenæ decoctæ sunt ex reprimentibus; tum recte imponitur & lenticula cum exigua mellis parte, & sertula campana ex vino cocta, & rubi folia contrita cum cerato ex rosa facto; & cum eodem cerato contritum vel cotoneum malum, vel malicorii ex vino cocti pars interior: & chalcitis cocta atque contrita, deinde œsypo ac rosa excepta; & ex ea compositione, quæ habet thuris P. I. * aluminis scissilis P. II. * cerussæ P. III. * spumæ argenti P. V. * quibus, dum teruntur, invicem rosa & vinum instillatur. Vinculum autem ei loco linteolum aut panniculus quadratus est, qui

l. 23. om. *&*. L. l. 28. *hyssopo.*

h *Aetius Tetr. IV. Serm. II. c.* 3. *Scribon. Larg. C. XC. Æginet. VI.* 80.

qui ad duo capita duas anſas, ab altera vero parte totidem faſcias habet; cumque ſubiectus eſt, anſis ad ventrem datis, a poſteriore parte in eas adductæ faſciæ coniiciuntur, atque, ubi arctatæ ſunt, dexterior ſiniſtra, ſiniſterior dextra procedit. circumdatæque circa alvum inter ſe noviſſime nodo deligantur. Sed, ſi vetus condyloma iam induruit, neque ſub his curationibus deſidit, aduri medicamento poteſt, quod ex his conſtat; æruginis P. II. * myrrhæ P. IV. * gummi P. VIII. * thuris P. XII. * ſtibii, papaveris lacrymæ, acaciæ, ſingulorum P. XVI. *. Quo medicamento quidam etiam ulcera, de quibus proxime dixi, renovant. Si hoc parum in condylomate proficit, adhiberi poſſunt etiam vehementius adurentia. Ubi conſumptus eſt tumor, ad medicamenta lenia tranſeundum eſt.

9. *De Hæmorrhoidibus.* i 494,15.

Tertium autem ani vitium eſt, ora venarum tanquam capitulis quibuſdam turgentia, quæ ſæpe ſanguinem fundunt; αἱμοῤῥοΐδας Græci vocant. Idque etiam in ore vulvæ fœminarum incidere conſuevit. Atque in quibuſdam parum tuto ſupprimitur; 62,13. qui ſanguinis profluvio imbecilliores non fiunt. habent enim purgationem hanc, non morbum. Ideoque curati quidam, cum ſanguis exitum non haberet, inclinata in præcordia ac viſcera materia, ſubitis & graviſſimis morbis correpti ſunt. Si cui vero id nocet, is deſidere in aqua ex ver-

l. 5. 6. *dexteriori. ſiniſteriori.* l. 10. *deſiit.* L. l. 16. *Si id nondum.* L. l. 21. *De hæmorroidis.* l. 22. om. *ani.* l. 23 *ex capit.* l. ead. *ſurgentia.* l. 31. *ſanguinis - haberent.*

i *Æginet. III.* 59. *VI.* 79. *Aëtius Tetrab. VI. Serm. II. c.* 5.

verbenis debet: imponere maxime malicorium cum aridis roſæ foliis contritum; aut ex his aliqua, quæ ſanguinem ſupprimunt. Solet autem oriri inflammatio, maxime ubi dura alvus eum locum læſit. Tum in aqua dulci deſidendum eſt, & id fovendum ovis, imponendi vitelli cum roſæ foliis ex paſſo ſubactis: idque, ſi intus eſt, digito illinendum; ſi extra, ſuperillitum panniculo imponendum eſt. Ea quoque medicamenta, quæ recentibus ſciſſuris poſita ſunt, hic idonea ſunt. Cibis vero in hoc caſu iiſdem, quibus in prioribus, utendum eſt. Si iſta parum iuvant, ſolent impoſita medicamenta adurentia ea capitula abſumere. Ac, ſi iam vetuſtiora ſunt, ſub auctore Dionyſio inſpergenda ſandaracha eſt: deinde imponendum, quod ex his conſtat; ſquamæ æris, auripigmenti, ſingulorum P. V. * ſaxi calcis P. VIII. * poſtero die acu compungendum. Aduſtis capitulis fit cicatrix, quæ ſanguinem fundi prohibet. Sed, quoties is ſuppreſſus eſt, [ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda materia eſt. prætereaque & viris, & fœminis, quibus menſtrua non proveniunt, interdum ex brachio ſanguis mittendus eſt.

10. *Si Anus, vel Os vulvæ procidit, qua* k *curatione utendum ſit.*

At, ſi anus ipſe, vel os vulvæ procidit (nam id quoque interdum fit) conſiderari debet, purum ne id ſit, quod provolutum eſt, an humore mucoſo circumdatum. Si purum

l. 8. *ſubacto.* l. 10. *panniculo.* l. 16. *At.* L.
k *Æginet. III, 89. Aetius Tetrab. IV, Serm. II, c. 7.*

purum est, in aqua desidere homo debet, aut salsa, aut cum verbenis vel malicorio incocta. Si humidum, vino austero subluendum est, illinendumque fece vini combusta. Ubi utrolibet modo curatum est, intus reponendum est: imponendaque plantago contrita, vel folia salicis in aceto cocta; tum linteolum & super lana, eaque deliganda sunt, cruribus inter se devinctis.

11. *De Fungo ani aut vulvæ.*

Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci solet. Id, si hiems est, egelida; si aliud tempus, frigida aqua fovendum est: dein squama æris inspergenda, supraque ceratum ex myrteo factum, cui paulum squamæ, fuliginis, calcis sit adiectum. Si hac ratione non tollitur, vel medicamentis vehementioribus, vel ferro adurendum est.

CAP. XIX.

De Digitorum ulceribus.

DIGITORUM autem vetera ulcera commodissime curantur, aut lycio, aut amurca cocta, cum utrilibet vinum adiectum est. In iisdem recedere ab ungue caruncula cum magno dolore consuevit; πτερύγιον [a] Græci appellant. Oportet alumen Melium rotundum in aqua liquare, donec mellis crassitudinem habeat: tum, quantum eius aridi fuit, tantundem mellis infundere, & rudicula miscere, donec similis croco color fiat, eoque illinere. Quidam ad eundem usum decoquere

l. 3. *Si autem.* L. l. 4. *sublavandum.* L. l. 8. *& lana.* ibid. *æque.* ibid. *super aelig* L. l. 10. *De ulcere fungo simili in ano.* l. 14. *spuma.* l. 15. *paululum.* L. l. 16. *Si in hac.* al. *Si id.* l. 17. 18. *vel aliis med.* similibus, *vel veh. ferro.* L. l. 25. *myrrata.* l. 29. *melinum.* l. 32. *radicula. radiculam.* l. 33. *colore.*

a *Æginet. IV.* 81. *VI.* 85. *Aetius Tetrab. IV. Serm. II. c.* 74.

quere ſimul malunt, cum paria pondera aluminis aridi & mellis miſcuerint. Si hac ratione ea non exciderunt, excidenda ſunt: deinde digiti fovendi aqua ex verbenis, imponendumque ſuper medicamentum ita factum: chalcitis, malicorium, ſquama æris excipiuntur fico pingui leviter cocto ex melle; aut chartæ combuſtæ, auripigmenti, ſulphuris ignem non experti par modus cerato miſcetur ex myrteo facto; aut æruginis raſæ P. I. * ſquamæ æris P. II. * mellis cyatho coguntur; aut pares portiones miſcentur, ſaxi calcis, chalcitidis, auripigmenti. Quicquid horum impoſitum eſt, tegendum linteolo aqua madefacto eſt. Tertio die digitus reſolvendus eſt, &, ſi quid aridi eſt, iterum excidendum, ſimiliſque adhibenda curatio eſt. Si non vincitur: purgandum eſt ſcalpello, tenuibuſque ferramentis adurendum, &, ſicut reliqua uſta, curandum.

At, ubi ſcabri *b* ungues ſunt, circum aperiri debent, qua corpus contingunt: tum ſuper eos ex hac compoſitione aliquid imponi, ſandarachæ, ſulphuris, ſingulorum P. II. * nitri, auripigmenti, ſingulorum P. IV. * reſinæ liquidæ P. VIII. * tertioque id die reſolvendum eſt. Sub quo medicamento vitioſi ungues cadunt, & in eorum locum meliores renaſcuntur.

LIBER

l. 1. *ſimul malvam ſolent, cum.* l. 2. *miſcuerunt.* L. l 7. *cocta & melle.* L. l. 11. om. *æris.* l. 16. om. *eſt.* L. l. 18. *curatio, & ſi.* l. 18. 19. 20. *purgandus. adurendus eſt. curandus eſt.* l. 23. *tunc.* l 24. *æque imponi.*

b *Aetius Tetrab. IV. Serm. II. c. 79.*

LIBER SEPTIMUS.

PRÆFATIO.

De Chirurgica, & qui in ea claruerint, & qualis esse Chirurgus debeat, & quid hoc in libro desribatur.

TERTIAM esse medicinæ partem, quæ manu curet, & vulgo notum, & a me propositum est. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit; sed manu tamen plurimum præstat. estque eius effectus inter omnes medicinæ partes evidentissimus. Siquidem in morbis cum multum *a* fortuna
conferat, eademque sæpe salutaria, sæpe 18,13.
vana sint; potest dubitari, secunda vale- 19.18.
tudo medicinæ, an corporis beneficio con- 111,34.
tigerit. In his quoque, in quibus medica- 112,17.
mentis maxime nitimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem & per hæc frustra quæri, & sine his reddi sæpe, manifestum est. Sicut in oculis quoque deprehendi potest; qui a medicis diu vexati, sine his interdum sanescunt. At in ea parte, quæ manu curat, evidens est, omnem profectum, ut aliquid ab aliis adiuvetur, hinc tamen plurimum trahere. Haec autem pars, cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam a prioribus exculta est. Deinde, posteaquam diducta ab aliis habere professores suos cœpit, in Ægypto quoque increvit, Philoxeno maxime auctore, qui

 plu-

l. 4. *Chirurgicus.* l. 19. *iis.* l. 20. *Utimur.* L. l. 26. *curata.* l. 34. *Philoxenio.*

a *Hippocrat. de Arte V.*

pluribus voluminibus hanc partem diligentiſſime comprehendit. Gorgias quoque & Soſtratus, & Herones & Apollonii duo, & Ammonius Alexandrinus, multique alii celebres viri, ſinguli quædam repererunt. Ac Romæ quoque non mediocres profeſſores, maximeque nuper * Tryphon pater, & Euelpiſtus Phlegetis filius, &, ut ex ſcriptis eius intelligi poteſt, horum eruditiſſimus Meges, quibuſdam in melius mutatis, aliquantum ei diſciplinæ adiecerunt.

Eſſe autem Chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiæ propior; manu ſtrenua, ſtabili, nec unquam intremiſcente, eaque non minus ſiniſtra, quam dextra promptus; acie oculorum acri, claraque; animo intrepidus, *b* immiſericors, ſic, ut ſanari velit eum, quem accepit, non ut clamore eius motus, vel magis, quam res deſiderat, properet, vel minus, quam neceſſe eſt, ſecet: ſed perinde faciat omnia, ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur.

Poteſt autem requiri, quid huic parti proprie vindicandum ſit: quia vulnerum quoque ulcerumque multorum curationes, quas alibi exſecutus ſum, Chirurgi ſibi vendicant. Ego eundem quidem hominem poſſe omnia iſta præſtare concipio: atque, ubi ſe diviſerunt, eum laudo, qui quamplurimum percipit. Ipſe autem huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit; & in quibus vulneribus ulceribusve plus perfici manu, quam medicamento, credo: tum, quicquid ad oſſa pertinet.

l. 3. *Hieron.* l. 8. om. *Phlegetis filius.* l. 18. *accipit.* l. 21. *faciet.* L. l. 22. *oriretur.* L. l. 23 *quod.* L. l. 33. *profici.* L.

* *Rhod. ad Scrib. Larg. pag.* 291. b *Theodoret. Græc. Affect. I. pag. m.* 4.

tinet. Quæ deinceps exſequi aggrediar, dilatisque in aliud volumen oſſibus, in hoc cætera explicabo: præpoſitisque his, quæ in qualibet parte corporis fiunt, ad ea, quæ proprias ſedes habent, tranſibo.

CAP. I.

De Vexatis. a

VEXATA igitur in quacunque parte corporis ſint, quamprimum ſic curari debent, ut qua dolor eſt, ea ſcalpello cutis crebro incidatur, detergeaturque eodem averſo profluens ſanguis. quod ſi paulo tardius ſubvenitur, iamque etiam rubor eſt; qua rubet corpus: ſi tumor quoque acceſſit, quacunque is eſt, id optimum auxilium eſt. Tum ſuperdanda reprimentia ſunt; maximeque lana ſuccida ex *b* aceto & oleo. Quod ſi levior is caſus eſt, poſſunt etiam, ſine ſcalpello, impoſita eadem mederi. Et, ſi nihil aliud eſt, cinis quoque, maxime ex ſarmentis: ſi is non eſt, quilibet alius ex aceto, vel etiam ex aqua coactus.

CAP. II.

De his, quæ per ſe intumeſcunt, quomodo incidenda, & curanda ſint.

VERUM hoc quidem promptum eſt. In his autem negotium maius eſt, quæ per ſe, vitio intus orto, intumeſcunt, & ad ſuppurationem ſpectant. Ea

l. 9. 11. *Luxatis. Luxata.* l. 11. *ſunt.* l. 14. *detergaturque.* l. 15. *adverſo.* L. l. 16. *ſubvertitur.* l. 18. *ididem.* L. l. 28. *excidenda.* ibid. *ſunt.*

a *Aetius Tetrab. IV. Serm. II.* 68. b *Actuar. M. M. IV.* 16.

Ea omnia genera abſceſſuum eſſe alias propoſui, medicamentaque eis idonea exſecutus ſum: nunc ſupereſt, ut dicam, quæ in iiſdem manu fieri debeant. Ergo, priuſquam indureſcant, cutem incidere, & cucurbitulam accommodare oportet; quæ, quicquid illud malæ corruptæque materiæ coiit, extrahat: idque iterum, tertioque recte fit, donec omne indicium inflammationis excidat. Neque tamen fas non eſt, nihil cucurbitula agere.

Interdum enim, ſed raro, quicquid abſcedit, velamento ſuo includitur. id antiqui tunicam nominabant. Meges, quia tunica omnis nervoſa eſt, dicit, non naſci ſub eo vitio nervum, quo caro conſumeretur, ſed, ſubiecto iam vetuſtiore pure, callum circumdari. Quod ad curationis rationem nullo loco pertinet; quia quicquid dixi, ſi tunica eſt, idem, ſi callus eſt, fieri debet: neque ulla res prohibet, etiamſi callus eſt, tamen, quia cingit, tunicam nominari. Tum pure quoque maturior hæc interdum eſſe conſuevit. ideoque, quod ſub ea eſt, extrahi per cucurbitulam non poteſt. ſed facile id intelligitur, ubi nihil admota illa mutavit. Ergo, ſive id incidit, ſive iam durities eſt, in hac auxilii nihil eſt: ſed, ut alias ſcripſi, vel avertenda concurrens eo materia, vel digerenda, vel ad maturitatem perducenda eſt. Si priora contigerunt, nihil præterea neceſſarium eſt. Si pus maturuit, in alis quidem & inguinibus raro ſecandum eſt: item ubicunque

l. 1. *abſceſſum.* l. 2. *his.* L. l. 3 *quæ in iis.* L. l. 6. *quod* pro *quæ.* L. l. 9. *excedat.* L. l. 10. om. *non.* L. ibid. *a cuc.* L. l. 12. *etiam ſit* pro *enim* L. ibid. *ut quicq.* L. l. 13. *includatur.* L. l. 15. *dixit.* L. l. 19. *nullo modo.* L. l. 20. om. *dixi.* L. l. 23. 24. *maturiore, hæc.* L. l. 29. *&* pro *ſed.* l. 32. *præterea.* L. l. 33. *in inguinibus.*

que mediocris abſceſſus eſt: item quoties in ſumma cute, vel etiam carne vitium eſt; niſi feſtinare curandi imbecillitas cogit. Satisque eſt catàplaſmatis efficere, ut per ſe pus aperiatur. nam fere ſine cicàtrice poteſt eſſe is locus, qui expertus ferrum non eſt. Si autem altius malum eſt, conſiderari debet, nervoſusne is locus ſit, an non ſit. Nam, ſi ſine nervis eſt, candenti ferramento aperiri debet. cuius hæc gratia eſt, quod exigua plaga diutius ad pus evocandum patet, parvaque poſtea cicatrix fit. At, ſi nervi iuxta ſunt, ignis alienus eſt; ne vel diſtendantur hi, vel membrum debilitent; neceſſaria vero opera * ſcalpelli eſt. Sed cætera etiam ſubcruda aperiri poſſunt; inter nervos ultima exſpectanda maturitas eſt, quæ cutem extenuet, eique pus iungat, quo propius reperiatur. Itemque aliam rectam plagam deſiderant; in carne, quia fere vehementer cutem extenuat, tota ea ſuper pus excidenda eſt. Semper autem, ubi ſcalpellus admovetur, id agendum eſt, ut & quam minimæ & quam pauciſſimæ plagæ ſint: cum eo tamen, ut neceſſitati ſuccurramus, & in modo, & in numero. Nam maiores ſinus, latius; interdum etiam duabus, aut tribus lineis incidendi ſunt. Dandaque opera, ut imus ſinus exitum habeat; ne quis humor intus ſubſidatt, qui proxima & adhuc ſana rodendo ſinue. Eſt etiam in rerum natura, ut cutis latius excidenda ſit. Nam, ubi poſt longos morbos totus corporis habitus vitiatus eſt, lateque ſe ſinus dif-

l. 1. *quotiens.* l. 3. *curantis. cubantis.* l. *cataplaſmata. cataplaſmatibus.* L. l. 10. *hæc ratio* L. l. 12. *pateat.* L. ibid. *ſit.* L. l. 13. *alienum.* ibid. al. legunt: *ſunt, in his* (al. *in hoc*) *periculum eſt.* ibid. om. *hi.* L. l. ead. & pro *vel.* L l. 16. om. *vero.* l. 19. *Jamque alia.* L. l. 20. *ut in.* L. ibid. *alia vero veh.* L. .2 . *extenuant, in quibus tota.* L. l. 28 *tribus* pro *pluribus.* L. l. 33. *totius.* L. l. 34. *ſuffudit.* L.

* *H. F. ab Aquapend. Chirurg. p.* 442.

fudit, & in eo pars cutis pallet ; ſcire licet, eam iam emortuam eſſe, & inutilem futuram. Ideoque excidere commodius eſt: maxime, ſi circa articulos maiores id evenit, cubantemque ægrum fluens alvus exhaurit, neque per alimenta quicquam corpori accedit. Sed excidi ita debet, ut plaga ad ſimilitudinem myrtei folii fiat, quo facilius ſaneſcat. Idque perpetuum eſt; ubicunque medicus ex quacunque cauſa cutem excidit. Pure effuſo, in alis vel inguinibus linamento opus non eſt ; ſpongia ex vino imponenda eſt. In cæteris partibus, ſi æque ea linamenta ſupervacua ſunt, purgationis cauſa paulum mellis infundendum, dein glutinantia ſuperdanda : ſi illa neceſſaria ſunt, ſuper ea quoque ſimiliter dari ſpongia eodem modo ex vino expreſſa debet. Quando autem linamentis opus ſit, quando non
327,24. ſit, alias dictum eſt. Cætera eadem, inciſa ſuppuratione, facienda ſunt, quæ, ubi per medicamenta rupta eſt, facienda eſſe propoſui.

CAP. III.

De bonis, maliſve ſignis ſuppurationum.

PROTINUS autem, quantum curatio efficiat, quantumque aut ſperari aut timeri debeat, ex quibuſdam ſignis intelli-
95,30. gi poteſt; fereque iiſdem, quæ in vulneribus expoſita ſunt. Nam bona ſigna ſunt, ſomnum capere, facile ſpirare, ſiti non conſici, cibum non faſtidire, ſi febricula fuit, ea vacare: itemque habere pus album, læve, non

l. 1. *ſuffudit.* l. 1. *iam* pro *pars.* L. l. 5. *exercuit.* L. al. *exhauſit. exaruit.* l 10. *& quacunque de cauſa.* L. l. 12. *ſed ſpongia.* L. l. 26. *exulceratorum.* L.

non fœdi odoris. Mala ſunt, vigilia, ſpiritus gravitas, ſitis, cibi faſtidium, febris; pus nigrum, aut feculentum, *a* & fœdi odoris: item procedente curatione eruptio ſanguinis; aut ſi, antequam ſinus carne impleatur, oræ carnoſæ *b* fiunt, illa quoque 300,10. ipſa carne hebete, nec firma. Deficere tamen animam, vel in ipſa curatione, vel poſtea, peſſimum omnium eſt. Quinetiam morbus ipſe, ſive ſubito ſolutus eſt, dein ſuppuratio exorta eſt; ſive effuſo pure permanet, non iniuſte terret. Eſtque inter cauſas timoris, ſi ſenſus in vulnere rodentium non eſt. Sed ut hæc ipſa fortuna huc illucve diſcernit; ſic medici partium eſt, eniti ad reperiendam ſanitatem. Ergo, quoties ulcus reſolverit, eluere id, ſi reprimendus humor videbitur, vino ex aqua pluviatili mixto, vel aqua, in qua lenticula cocta ſit, debebit: ſi purgandum erit, mulſo; rurſusque imponere eadem. Ubi iam repreſſus videbitur humor, ulcusque purum erit, produci carnem conveniet, & foveri vulnus pari portione vini ac mellis, ſuperque imponi ſpongiam ex vino & roſa tinctam. Per quæ cum caro producatur, plus tamen, ut alias quoque dixi, victus ratio eo confert, id eſt, ſolutis iam febribus & cibi cupiditate reddita, balneum rarum; quotidiana, ſed lenis geſtatio; cibi potionesque corpori reficiendo aptæ. Quæ omnia, per medicamenta quoque ſuppuratione rupta, ſequuntur. Sed, quia magno malo vix ſine ferro mederi licet, in hunc locum reſervata ſunt.

CAP.

l. 6. *calloſæ.* L. l. 8. om. *in.* L. l. 17. *reſiluerit. reſilierit.* l. 18 *&* pro *ex.* L. l. 23. *ulcus.* L. l. 25. *ſpongia - tincta* ibid. om. *cum.* L. l. 26. *produ itur. Plus* L. l. 27. *confert.. Ea.* L. l. 30. *faciendo.* L. l. 31. *Apteque omnia, quæ per.*

a *Aphor. VII.* 44. b *Aphor. VI.* 4.

CAP. IV.

328. *De Fistulis.*

ADVERSUS fistulas quoque, si altius penetrant, ut ad ultimas demitti *a* collyrium non possit, si tortuosæ sunt, si multiplices, maius in manu, quam in medicamentis præsidium est; minusque operæ est, si sub cute transversæ feruntur, quam si rectæ intus tendunt. Igitur, si sub cute transversa fistula est, demitti *b* specillum debet, supraque id ea incidi. Si flexus reperiuntur, hi quoque simul specillo & ferro persequendi sunt. Idemque faciendum, si plures se quasi ramuli ostendunt. Ubi ad fines fistulæ ventum est, excidendus ex toto callus est, superque fibulæ dandæ, & medicamentum, quo glutinetur. At, si recta subter tendit, ubi, quo maxime ferat, specillo exploratum est, excidi is sinus debet: dein fibula oris cutis iniicienda est, & æque glutinantia medicamenta superdanda sunt; aut, si corruptius ulcus est (quod interdum osse vitiato fit) ubi id quoque curatum est, pus moventia.

2. *De Costarum Fistulis.*

Solent autem inter costas fistulæ subter exire. Quod ubi incidit, eo loco costa ab utraque parte decidenda † & eximenda est, ne quid intus corruptum relinquatur. Solent quoque, ubi costas transierunt, septum id, quod transversum a superioribus viscera intestina discernit, violare. Quod intelligi & ex loco, & ex magnitudine doloris,

l. 9. *si sic sub.* l. 10. *recte. recta.* L. l. 15. *rivuli* L. l. 16. *excidendum.* l. 16. 17. *ex ea totus.* L. l. 21. om. *est.* l. 22. *eique* pro *& æque.* L. l. 21. om. inscriptio. l. 28. *ire.* L. l. 29 *præcidenda.* L. l. 31. om. *quoque.* l. 34. *potest &.* L.

a *Ægin. t. IV* 49. b *Aetius Tetrab. IV. Serm. II. c.* 55.
† *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. P. I. c.* 4.

ris poteſt, & quia nonnunquam ſpiritus eo cum humore quaſi bullante prorumpit, maximeque, ſi hunc ore ille continuit. In eo medicamini locus nullus eſt. In cæteris vero, quæ circa coſtas ſanabilia ſunt, pinguia medicamenta inimica ſunt; cæteris, quæ ad vulnera accommodantur, uti licet: optime tamen ſicca linamenta, vel, ſi purgandum aliquid videtur, in melle tincta imponuntur.

3. *De Ventris fiſtulis.*

Ventri nullum os ſubeſt; ſed ibi perniciofæ admodum fiſtulæ fiunt: adeo ut Soſtratus inſanabiles eſſe crediderit. Id non ex toto ita ſe habere uſus oſtendit. Et quidem, quod maxime mirum videri poteſt, tutior fiſtula eſt contra iecur, & lienem, & ventriculum, quam contra inteſtina: non quo pernicioſior ibi res ſit; ſed quo alteri periculo locum faciat. Cuius experimento moti quidam auctores parum modum rei cognoverunt. Nam venter ſæpe etiam telo perforatur, prolapſaque inteſtina conduntur, & oras vulneris ſuturæ comprehendunt. quod quemadmodum fiat, mox indicabo. Itaque, etiam ubi tenuis fiſtula abdomen perrupit, excidere eam licet, ſuturaque oras coniungere. Si vero ea fiſtula latius patuit, exciſa neceſſe eſt latius foramen relinquat. quod niſi magna vi, utique ab interiore parte, ſui non poteſt, qua quaſi membrana quædam finit abdomen, quam περιτόναιον Græci vocant. Ergo, ubi aliquis ingredi ac moveri cœpit, rumpitur

l. 1. om. *poteſt.* L. l. 4. *medicinæ.* l. 11. om. inſcriptio. l. 27. *perrumpit.* l. 29. *intus.* L. l. 31. 32. *permagna vi ſui non poteſt.* L.

pitur illa ſutura, atque inteſtina ſolvuntur. quo fit, ut pereundum homini ſit. Sed non omnimodo res ea deſperationem habet: ideoque tenuioribus fiſtulis adhibenda curatio eſt.

493. 4. *De Ani fiſtulis.* c

Propriam etiamnum animadverſionem deſiderant eæ, quæ in ano ſunt. In has demiſſo ſpecillo, ad ultimum eius caput incidi cutis debet: dein novo foramine ſpecillum educi lino ſequente, quod in aliam eius partem, ob id ipſum perforatam, coniectum ſit. Ibi linum prehendendum vinciendumque cum altero capite eſt, ut laxe cutem, quæ ſuper fiſtulam eſt, teneat. Idque * linum debet eſſe crudum, & duplex triplexve, ſic tortum, ut unitas facta ſit. Interim autem licet negocia agere, ambulare, lavari, cibum capere, perinde atque ſaniſſimo. Tantummodo id linum bis die, ſalvo nodo, ducendum eſt ſic, ut ſubeat fiſtulam pars, quæ ſuperior fuerit. Neque committendum eſt, ut id linum putreſcat: ſed tertio quoque die nodus reſolvendus eſt, & ad caput alterum recens linum alligandum, eductoque vetere, id in fiſtula cum ſimili nodo relinquendum. Sic enim id paulatim cutem, quæ ſupra fiſtulam eſt, incidit: ſimulque & id ſaneſcit, quod a lino relictum eſt; & id, quod ab eo mordetur, inciditur. Hæc ratio curationis longa, ſed ſine dolore eſt.

Qui feſtinat, adſtringere cutem lino debet, quo celerius ſecet; noctuque ex peni-

l. 8. *ea.* l. ead. *in hac. in hanc.* l. 12. *perforatum.* l. 13. *apprehendendum ligandumque.* L. l. 17. *in eo facta.* L. l. 19. *lavare.* L. l. 20. *in die.* L. l. 21. *ſoluto nodo.* L. al. *modo.* l. 22. *fuit.* L. l. 25. *alligandum eſt.* l. 33. *feſtinant.* L. l. 34. *debent.* L. ib. *ſecetur.* L.

c *Æginet. VI. 78. H. F. ab Aquapendente Operat. Chirurg. P. I. c. 93. Petr. de Marchettis Obſerv. Medic. Chirurgic. in fine multa.* * *Quia ſit docet H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c. 93.*

penicillo tenuia quædam intus demittere, ut cutis hoc ipſo extenuetur, quo extenditur; ſed hæc dolorem movent. Adiicitur celeritati, ſicut tormento quoque, ſi & linum, & id, quod ex penicillo eſt, aliquo medicamento illinitur ex iis, quibus callum exedi poſui. Poterit tamen fieri, ut ad ſcalpelli curationem etiam illo loci veniendum ſit, ſi intus fiſtula fert, ſi multiplex eſt. Igitur in hæc genera demiſſo ſpecillo, duabus lineis incidenda cutis eſt; ut media inter eas habenula tenuis admodum eiiciatur, ne protinus oræ coeant; ſitque locus aliquis linamentis, quæ quam pauciſſima ſuperiniicienda ſunt; omniaque eodem modo facienda, qui in abſceſſibus poſitus eſt. Si vero ab uno ore plures ſinus erunt, recta fiſtula ſcalpello erit incidenda; ab eo cæteræ, quæ iam patebunt, lino excipiendæ. Si intus aliqua procedet, quo ferrum tuto pervenire non poterit, collyrium demittendum erit.

Cibus autem in omnibus eiusmodi caſibus, ſive manu, ſive medicamentis agetur, dari debet humidus; potio liberalis, diuque aqua. ubi iam caro increſcit, tum demum & balneis raris utendum erit, & cibis corpus implentibus.

CAP. V.

De Telis e corpore extrahendis. a

TELA quoque, quæ illata corporibus intus hæſerunt, magno negocio ſæpe eiiciuntur. Suntque quaedam difficultates

l. 7. *propoſui.* L. ibid. *poteſt.* L. l. 8. *loco.* L. l. 13. *iniiciatur.* l. ead. *ora.* l. 16. *quæ.* L. ibid. *poſita ſunt.* L. l. 18. *recte.* l. 34. *enim* pro *que.* L.

a *Æginet. VI.* 88.

tates ex generibus eorum; quædam ex his ſedibus, in quas illa penetrarunt. Omne autem telum extrahitur, aut ab ea parte, qua venit, aut ab ea, in quam tetendit. illic viam, qua redeat, ipſum ſibi fecit: hic, a ſcalpello accipit; nam contra mucronem caro inciditur. Sed ſi non alte telum inſedit, & in ſumma carne eſt, aut certe magnas venas & loca nervoſa non tranſiit; nihil melius eſt, quam, qua venit, id evellere. Si vero plus eſt, per quod telo revertendum, quam quod perrumpendum eſt; iamque venas nervosque id tranſiit, commodius eſt aperire quod ſupereſt, eaque extrahere. nam & propius petitur, & tutius evellitur, & in maiore membro, ſi medium mucro tranſiit, facilius ſaneſcit, quod pervium eſt; quia utrinque medicamento fovetur. Sed, ſi retro telum recipiendum eſt amplianda ſcalpello plaga eſt; quo facilius id ſequatur, quoque minor oriatur inflammatio: quæ maior fit, ſi ab illo ipſo telo, dum redit, corpus laniatur. Item, ſi ex alia parte vulnus aperitur, laxius eſſe debet, quam ut telo poſtea tranſeunte amplietur. Summa autem utraque parte ita habenda cura eſt, ne nervus, ne vena maior, ne arteria incidatur. Quorum ubi aliquid detectum eſt, excipiendum hamo retuſo eſt, abducendumque a ſcalpello. Ubi autem ſatis inciſum eſt, telum eximendum eſt: tunc quoque eodem modo, & eadem cura habita, ne ſub eo, quod eximetur, aliquid eorum lædatur, quæ tuenda eſſe propoſui.

2. *De*

l. 4. *in qua.* l. 10. *revellere* L. l. 13. *tranſit.* l. 14. *itaque* vel *ac ita* pro *eaque.* l. om. *eſt.* L. l. 20. om. *ſcalpello* L. l. 26. *In ſumma.* L. ibid. *iſta.* L. l. 30. om. *a.* l. ead. om. *ſatis.* L. l. 31. *eſt ſatis.* L. l. 33. *eximitur.* L.

2. *De Sagittis recipiendis.*

Hæc communia ſunt. Propria quædam in ſingulis telorum generibus ſubiicienda ſunt, quæ protinus ſubiiciam. Nihil tam facile in corpore, quam ſagitta, conditur, eademque altiſſime inſidit. Hæc autem eveniunt, & quia magna vi fertur illa, & quia ipſa in anguſto eſt. Sæpius itaque ab altera parte, quam ex qua venit, recipienda eſt; præcipueque, quia fere ſpiculis cingitur; quæ magis laniant, ſi retro, quam ſi contra trahuntur. Sed inde, aperta via, caro diduci debet ferramento facto ad ſimilitudinem Græcæ literæ ψ. Deinde, ubi apparuit, ſi mucroni arundo inhæret, propellenda eſt, donec ab altera parte apprehendi, & extrahi poſſit. Si iam illa decidit, ſolumque intus ferrum eſt; mucro vel digitis apprehendi, vel forfice, atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi eſt, ubi ab ea parte, qua venit, evelli magis placuit. nam, ampliato vulnere, aut arundo, ſi ineſt, evellenda eſt; aut, ſi ea non eſt, ferrum ipſum. Quod ſi ſpicula apparuerunt, eaque brevia & tenuia ſunt, forfice ibi comminui debent, vacuumque ab his telum educi: ſi ea maiora valentioraque ſunt, fixis ſcriptoriis calamis contegenda, ac, ne quid lacerent, ſic evellenda ſunt. Et in ſagittis quidem hæc obſervatio eſt.

3. *De Latis telis educendis.*

Latum vero telum ſi conditum eſt, ab altera parte educi non expedit; ne ingenti vulneri ipſi quoque ingens vulnus adiiciamus.

l. 1. om. inſcriptio. l. 2. *ſunt. præter quæ pr.* L. l. 3. om. *ſubiicienda.* L. l. 5. *corpus.* L. l. 6. *inſedit.* l. 8. *ipſa anguſta* L. l. 14. *litteræ v.* L. l. 14. *apparuit mucro, ſi ei.* L. al. *ſi mucro, ſi arundo.* l. 19. *forcipe* L. l. 22. *ampliato magis.* L. l. 25. *forcipe.* L. l. 27. *fiſſis.* L. l. 29. *dilacerent.* L l. 31. om. inſcriptio. l. 32. 33. *ſi aliquis intus in carne habuerit.* L.

mus. Euellendum eſt ergo quodam genere ferramenti, quod Διοκλέους γραφίσκον Græci vocant; quoniam auctorem Dioclem habet: quem inter priſcos maximosque medicos fuiſſe, iam poſui. Lamina vel ferrea, vel ænea etiam, ab altero capite duos utrinque deorſum converſos uncos habet; ab altero duplicata lateribus, leviterque extrema in eam partem inclinata, quæ ſinuata eſt; inſuper ibi etiam parte inclinata, quæ perforata eſt. Hæc iuxta telum tranſverſa demittitur: deinde, ubi ad imum mucronem ventum eſt, paululum torquetur, ut telum foramine ſuo excipiat: cum in cavo mucro eſt, illico duo digiti, ſubiecti partis alterius uncis, ſimul & ferramentum id extrahunt, & telum.

4. *De alio telorum genere.*

Tertium genus telorum, quod interdum evelli debet, eſt plumbea glans, aut lapis, aut ſimile aliquid, quod, perrupta cute, integrum intus inſedit. In omnibus his latius vulnus aperiendum, idque, quod ineſt, ea, qua venit, forſice extrahendum eſt. Accedit vero aliquid difficultatis ſub omni ictu, ſi telum vel oſſi inhæſit, vel in articulo ſe inter duo oſſa demerſit. In oſſe uſque eo movendum eſt, donec laxetur is locus, qui mucronem momordit; & tum vel manu vel forſice telum extrahendum eſt. quæ ratio quoque in dentibus eiiciendis eſt. Et vix unquam ita telum non ſequitur. ſed, ſi morabitur, excuti quoque ictum aliquo ferramento poterit. Ultimum eſt, ubi non

l. 3. *Diocleum Græci Graphiſcum.* *Diocris Græci beſulcum.* *Diocleum eraphiſcum Gr.* l. 6. *eſt ferrea.* L. ib. *ahenea.* l. 8. *habens.* L. ibid. *alteribus.* l. 10. *inſuper etiam ea parte.* L. l. 13. *paulum.* l. 16 om. *&.* L. l. 18. om. inſcriptio. l. 19. *eſt, quod.* l. 20. om. *eſt.* l. 24. *forcipe.* L. l. 29. *tunc.* L. l. 30. *forcipe.* L. l. 33. *cum* pro *ictum.* L.

non evellitur, terebra iuxta forare; ab eo quoque foramine, ad speciem literæ *v* contra telum os excidere sic, ut lineæ, quæ diducuntur, ad telum spectent: eo facto, id necesse est labet, & facile auferatur.

Inter duo vero ossa si per ipsum articulum perruperit, circa vulnus duo membra fasciis habenisque deliganda, & per has in diversas partes diducenda sunt, ut nervos distendant: quibus extentis, laxius inter ossa spatium est, ut sine difficultate telum recipiatur. Illud videndum est, sicut in aliis locis posui, ne quis nervus, aut vena, aut arteria a telo lædatur, dum id extrahitur: eadem scilicet ratione, quæ supra posita est.

5. *De venenato telo evellendo.*

At, si venenato quoque telo quis ictus est, iisdem omnibus, si fieri potest, etiam festinantius actis, adiicienda curatio est, quæ vel epoto veneno *c*, vel a serpente ictis adhibetur. Vulneris autem ipsius, extracto telo, medicina non alia est, quam quæ esset, si corpore icto nihil inhæsisset. de qua satis alio loco dictum est. 305.

CAP. VI.

De Gangliis, & Meliceride, & Atheromate, a *& Steatomate, capitis tuberculis.*

HAEC venire in qualibet parte corporis possunt: reliqua certas sedes habent, de quibus dicam, orsus a capite. In hoc multa variaque tubercula

 oriun-

l. 1. *&* *ab*. L. l. 2. om. *quoque*. L. ib. *literæ* ψ. l. 17. om. *inscriptio*. l. 27. *gangiliis*. l. 28. *heromate*. l. 31. *evenire*. L.

c *Scribon. Larg. C. XLV. c.* 175. a *Ægin. IV.* 34. *VI.* 36. *Actuar. M. M. IV.* 16.

oriuntur, *b* γάγγλια, μελικηρίδας, ἀθερώματα nominant; aliisque etiamnum vocabulis quædam alii discernunt; quibus ego στεατώματα quoque adiiciam. quæ quamvis & in cervice, & in alis, & in lateribus oriri solent; per se tamen non posui; cum ista omnia mediocres differentias habeant, ac nec periculo terreant, neque diverso genere curentur. Omnia autem ista & ex parvulo incipiunt, & diu paulatimque increscunt, & tunica sua includuntur. Quædam ex his dura ac renitentia, quædam mollia cedentiaque sunt: quædam spatio nudantur, quædam tecta capillo suo permanent, fereque sine dolore sunt. Quid intus habeant, ut coniectura præsagiri potest; sic ex toto cognosci, nisi cum eiecta sunt, non potest. Maxime tamen in his, quæ renituntur, aut lapillis quædam similia, aut concreti confertique pili reperiuntur. In his vero, quæ cedunt, aut melli simile aliquid, aut tenui pulticulæ, aut quasi rasæ cartilagini, aut carni hebeti & cruentæ; quibus aliqui colores esse consuerunt.

288,32. Fereque ganglia renituntur: atheromati subest quasi tenuis pulticula: meliceridi, liquidior humor; ideoque pressus circumfluit: steatomati pingue quiddam, idque latissime patere consuevit, resolvitque totam cutem superpositam sic, ut ea labet; cum in cæteris sit adstrictior. Omnia, derasa ante, si capillis conteguntur, per medium oportet incidere; sed steatomatis tunica

l. 1. *gangilia.* l. ead. *heromata.* l. 8. *neque.* L. l. 24. *alii aliique* L. l. 25. *consueverunt.* L. l. ead. *gangilia.* l. 26. *pressum. pressu.* L. l. 33. 34. *incidere, ut effundatur, quicquid intus coiit. Sed.* L.

b *Æginet IV.* 16. & *VI.* 39. *Actuar. M. M. II.* 11.

ca quoque ſecanda eſt, ut effundatur, quicquid intus coiit: quia non *c* facile a cute & ſubiecta carne ea ſepararetur; in cæteris ipſa tunica inviolata ſervanda eſt. Protinus autem alba & intenta ſe oſtendit; tum ſcalpelli manubriolo diducenda a cute & carne eſt, eiiciendaque cum eo, quod intus tenet. Si quando tamen ab inferiore parte tunicæ muſculus inhæſit, ne is lædatur, ſuperior pars illius decidenda, alia ibidem relinquenda eſt. Ubi tota exempta eſt, committendæ oræ, fibulaque his iniicienda, & ſuper medicamentum glutinans dandum eſt. Ubi vel tota tunica, vel aliquid ex ea relictum eſt, pus moventia adhibenda ſunt.

CAP. VII.

De Oculorum vitiis, quæ ſcalpello & manu curantur.

SED ut hæc neque genere vitii, neque ratione curationis inter ſe multum diſtant: ſic in oculis, quæ manum poſtulant, & ipſa diverſa ſunt, & aliter aliterque curantur. Igitur in ſuperioribus palpebris veſicæ * naſci ſolent, pingues graveſque; quæ vix attollere oculos ſinunt, leveſque pituitæ curſus, ſed aſſiduos, in oculis movent. Fere vero in pueris naſcuntur. Oportet, compreſſo digitis duobus oculo, atque ita cute intenta, ſcalpello tranſverſam lineam incidere, ſuſpenſa leviter manu, ne veſica ipſa vulneretur, & ut, ſi locus patefactus eſt, ipſa prorumpat; tum digitis eam apprehendere oportet, & evellere. facile autem ſequi-

 tur.

l. 1. *eſt. quia.* L. l. 2. om. *&*. ibid. *ſeparetur. ſeparatur.* L. l. 2. *At in.* L. l. 4. *autem cum iſta alba.* L. l. 30. 31. *transverſa linea.* L. l. 32. 33. *loco ei patefacto* L. al. *ut ei locus.* l. 34. om. *oportet.* L. l. 34. *enim* pro *autem.* L.

c *Actuar. M. M. IV.* 16. * *De hiſce agit H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 9.

tur. Dein ſuperinungi collyrio debet ex iis aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur: pauciſſimisque diebus cicatricula inducitur. Moleſtius eſt, ubi inciſa veſica eſt. effundit enim humorem; neque poſtea, quia tenuis admodum eſt, poteſt colligi. Si forte id incidit, eorum aliquid imponendum eſt, quæ puri movendo ſunt.

2. *De Crithe.* a

In eadem palpebra ſuper pilorum locum tuberculum parvulum naſcitur, quod a ſimilitudine * hordei, a Græcis κριθὴ nominatur. Tunica quiddam, quod difficulter matureſcit, comprehenſum eſt. Id vel calido pane, vel cera ſubinde calefacta foveri oportet ſic, ne nimius is calor ſit, ſed facile ea parte ſuſtineatur. hac enim ratione ſæpe diſcutitur, interdum concoquitur. Si pus ſe oſtendit, ſcalpello dividi debet, & , quicquid intus humoris eſt, exprimi: eodem deinde vapore poſtea quoque foveri, & ſuperinungi, donec ad ſanitatem perveniat.

3. *De Chalaziis palpebrarum.* b

Alia quoque quædam in palpebris huic non diſſimilia naſcuntur; ſed neque utique figuræ eiuſdem, & mobilia, ſimulatque digito huc vel illuc impelluntur. Quæ, quia grandini ſimilia ſunt, χαλάζια Græci vocant. Hæc incidi debent, ſi ſub cute ſunt, ab exteriore parte; ſi ſub cartilagine, ab interiore: dein ſcalpelli manubriolo diducenda ab integris partibus ſunt. Ac, ſi intus plaga eſt, inungendum primo lenibus,

dein-

l. 1. *ſuperungi.* l. 3. *quo pauc.* L. ibid. om. *que.* L. l. add. *tuberculo palpebrarum.* l. 17. *a parte.* L. l. 24. *De chalazio.* L al. *chalazia.* l. 28. 29. *omiſſis. Quæ quia grandini ſimilia ſunt.* al. legunt: *idcoque χαλάζια ea Græci vocant.* l. 32. *deducenda.* L.

a *Ægin III.* 22. *Actuar. M. M. II.* 7. * Varulus *dicitur Marcell. de Med. C. VIII.* 279. b *Actuar. M. M. II.* 7.

deinde acrioribus: si extra, superdandum emplastrum, quo id glutinetur.

4. *De Ungue oculorum.* c

Unguis vero, quod πτερύγιον Græci vocant, est membranula nervosa, oriens ab angulo; quæ nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Sæpius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur. Hunc recentem non difficile est discutere medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur. Si inveteravit, iamque ei crassitudo quoque accessit, excidi debet. Post abstinentiam vero unius diei, vel adversus in sedili contra medicum is homo collocandus est, vel sic aversus, ut in gremium eius caput resupinus effundat. Quidam, si in sinistro oculo vitium est, adversum, si in dextro, resupinum collocari volunt. Alteram autem palpebram a ministro diduci oportet, alteram a medico: sed ab hoc, si ille adversus est, inferiorem; si supinus, superiorem. Tum idem medicus hamulum acutum, paulum mucrone intus recurvato, subiicere extremo ungui debet, eumque infigere; atque eam quoque palpebram tradere alteri: ipse, hamulo apprehenso, levare unguem, eumque acu traiicere linum trahente: deinde acum ponere, lini duo capita apprehendere, & per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat: deinde invicem modo remittere, modo attrahere, ut sic & initium eius, & finis anguli reperiatur. Duplex enim pericu-

l. 3. add. *quod πτερύγιον a Græcis vocatur.* l. 5. *quæ oriens.* L. l. 6. om. *quæ.* L. l. 15. *adversus.*

c *Æginet. III.* 22. *VI.* 18. *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part.* 1. *Cap.* 18.

lum eſt; ne vel ex ungue aliquid relinquatur, quod exulceratum vix ullam recipiat curationem; vel ex angulo quoque caruncula abſcidatur. Quæ, ſi vehementius unguis ducitur, ſequitur, ideoque decipit; ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen, per quod poſtea ſemper humor deſcendit: *d* ῥυάδα Græci vocant. Verus ergo anguli finis utique noſcendus eſt; qui ubi ſatis conſtitit, non nimium adducto ungue ſcalpellus adhibendus eſt; deinde excidenda ea membranula, ne quid ex angulo lædatur. Eo deinde ex melle linamentum ſuperdandum eſt, ſupraque linteolum, & aut ſpongia aut lana ſuccida: proximisque diebus diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice inter ſe palpebræ glutinentur (ſiquidem id quoque tertium periculum accedit) eodemque modo linamentum imponendum, ac noviſſime inungendum collyrio, quo ulcera ad cicatricem perducuntur.

Sed ea curatio vere eſſe debet, aut certe ante hiemem. De qua re, ad plura loca pertinente, ſemel dixiſſe ſatis erit. Nam duo genera curationum ſunt: alia, in quibus eligere tempus non licet, ſed utendum eſt eo, quod incidit; ſicut in vulneribus, & fiſtulis: alia, in quibus nullus dies urget, & exſpectare tutiſſimum & facile eſt; ſicut evenit in iis, quæ & tarde increſcunt, & dolore non cruciant. In his ver exſpectandum eſt: aut, ſi quid magis
285,5. preſſit, melior tamen autumnus quam hiems vel æſtas eſt; atque is ipſe medius, iam fractis

l. 4. *abſcindatur.* L. l. 5. *ſequitur quoque ac decidit. Si.* L l. 6. *pateſit.* l. 7. ῥυπάδα. l. 11. om. *ſic.* l. 12. *Ei.* L. l. 22. *verna.* l. 28. *& in.* l. 33. 34. *vel æſtas, quam hiems eſt.*

d ῥυπάδα *alii. Trallian. II.* 8.

ctis æstibus, nondum ortis frigoribus. Quo magis autem necessaria pars erit, quæ tractabitur, hoc quoque maiori periculo subiecta est. & sæpe, quo maior plaga facienda, eo magis hæc temporis ratio servabitur.

5. *De Encanthide.* *

Ex curatione vero unguis, ut dixi, vitia nascuntur, quæ ipsa aliis quoque de causis oriri solent. Interdum enim fit in angulo, parum ungue exciso, vel aliter, tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur: ἐγκανθὶς [e] Græce nominatur. Excipi hamulo, & circumcidi debet: hic quoque diligenter temperata manu, ne quid ex ipso angulo abscidatur. Tum exiguum linamentum respergendum est vel cadmia, vel atramento sutorio: inque eum angulum, diductis palpebris, inserendum, supraque eodem modo deligandum: proximisque diebus similiter nutriendum, tantum ut primis aqua egelida, vel 431,2. etiam frigida foveatur.

6. *De Ancyloblepharo.* [f]

Interdum inter se palpebræ coalescunt, aperirique non potest oculus. Cui malo solet etiam illud accedere, ut palpebræ cum albo oculi cohærescant; scilicet, cum in utroque fuit ulcus negligenter curatum. sanescendo enim, quod diduci potuit & debuit, glutinabitur; ἀγκυλοβλέφαρον sub utroque vitio Græci vocant. Palpebræ tantum inter se cohærentes, non difficulter diducuntur; sed interdum frustra. nam rursus glutinantur. Experiri tamen oportet;

 quia

l. 1. *æstatibus.* l. ead. *& nondum.* L. l. 7. *De encanthide* (al. *encanthi*) *tuberculo.* l. 13. *Excidi.* l. 15. *ne quod.* ibid. om. *angulo.* l. 16. *abscidat. abscindatur.* L. l. 21. *nutriendum, ut primo, tantum aqua.* L. l. 23. add. *oculorum vitio.* l. 28. *utrovis.* L. l. 30. ἀγκυλοβλέφαρος. l. 31. *vitium.* L.

* *Tulpius Observ. lib.* 1. *cap.* 29. *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 19. e *Æginet. III.* 22. *Actuar. M. M. IV.* 11. f *Æginet. III.* 22. *VI.* 15.

quia bene res ſæpius cedit. Igitur † averſum * ſpecillum inſerendum, diducendæque eo palpebræ ſunt: deinde exigua penicilla interponenda, donec exulceratio eius loci finiatur. At, ubi albo ipſius oculi palpebra inhæſit, Heraclides Tarentinus auctor eſt, adverſo ſcalpello ſubſecare, magna cum moderatione, ut neque ex oculo, neque ex palpebra quicquam abſcidatur; ac, ſi neceſſe eſt, ex palpebra potius. Poſt hæc, inungatur oculus medicamentis, quibus aſpritudo curatur: quotidieque palpebra vertatur, non ſolum ut ulceri medicamentum inducatur; ſed etiam ne rurſus inhæreat: ipſique etiam ægro præcipiatur, ut ſæpe eam duobus digitis attollat. Ego ſic reſtitutum eſſe neminem memini. Meges ſe quoque multa tentaſſe, neque umquam profuiſſe, quia ſemper iterum oculo palpebra inhæſerit, memoriæ prodidit.

7. *De Ægilope.* g

Etiamnum in angulo, qui naribus propior eſt, ex aliquo vitio quaſi parva fiſtula aperitur, per quam pituita aſſidue deſtillat: αἰγίλωπα Græci vocant. Idque aſſidue male habet oculum: nonnunquam, etiam, exeſo oſſe, uſque ad nares penetrat. Idque interdum naturam carcinomatis habet: ubi intentæ venæ & recurvatæ ſunt, color pallet, cutis dura eſt, & levi tactu irritatur, inflammationemque in eas partes, quæ coniunctæ ſunt, evocat. Ex his eos, qui quaſi carcinoma habent, curare periculoſum eſt. nam mortem quoque ea res ma-

l. 1. Adverſum; ſed Averſum *legendum eſſe conſtat H. F. ab Aquap. Chirurg. Oper. Part. I. c. 7. qui meretur inſpici.* l. 9. *abſcindatur*, L. l. 14. om. *rurſus*. ibid. om. *ægro*. l. 19. *prodit*. L. l. 20. add. *fiſtula oculorum.*

* *Quid ſit docet H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 7. *p.* 46. g *Actuar. M. M. IV.* 11. *Aetius Tetrab. II. Serm. III.* 86. *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 21.

maturat. Eos vero, quibus ad nares tendit, ſupervacuum. neque enim ſaneſcunt. At, quibus id in angulo eſt, poteſt adhiberi curatio; cum eo, ne ignotum ſit, eſſe difficilem. quantoque angulo propius id foramen eſt, tanto difficilior eſt; quoniam peranguſtum eſt, in quo verſari manus poſſit: recenti tamen re mederi facilius eſt. Hamulo autem ſummum eius foraminis excipiendum; deinde totum id cavum, ſicut in fiſtulis dixi, uſque ad os excidendum; 412,20. oculoque & cæteris iunctis partibus bene obtectis, os ferramento adurendum eſt vehementius. quod ſi iam carie vexatum eſt, quo craſſior huic ſquama abſcedat. Quidam adurentia imponunt, ut atramentum ſutorium, vel chalcitidem, vel æruginem raſam. quod & tardius & non idem facit. Oſſe aduſto, curatio ſequitur eadem, quæ in cæteris uſtis.

8. *De Pilis palpebrarum oculum irritantibus.*

Pili vero, qui in palpebris ſunt, duabus de cauſis oculum irritare conſueverunt. Nam modo palpebræ ſuperioris ſumma cutis relaxatur, & procidit; quo fit, ut eius pili ad ipſum oculum convertantur, quia non ſimul cartilago quoque ſe remiſit: modo ſub ordine naturali pilorum alius ordo ſubcreſcit, qui protinus intus ad oculum tendit. Curationes vero hæ ſunt. Si pili nati ſunt, qui non debuerunt, tenuis acus *h* ferrea ad ſimilitudinem haſtæ lata, in ignem coniicienda eſt: deinde candens, ſublata palpebra ſic, ut eius pernicioſi pili in conſpectum curantis

l. 4. *cum eam non.* l. 5. *quanto autem.* L. l. 9. *Sed hamulo.* ib. om. *autem.* l. 15. *his.* ib. *accedat.* l. 23. *conſuerunt.* l. 24. om. *ſuperioris.* L. l. 30. om. *vero.* l. 32. *ſpathæ.* L.

h *Æginet. VI.* 13. *H. F. ab Aquapend. Operat. Chirurg. Part. I. c.* 12.

rantis veniant, sub ipsis pilorum radicibus ab angulo immittenda est, ut ea tertiam partem palpebræ transuat: deinde iterum, tertioque ad alterum angulum. quo fit, ut omnes pilorum radices adustæ emoriantur. Tum superimponendum medicamentum est, quod inflammationem prohibeat: atque ubi crustæ exciderunt, ad cicatricem perducendum. Facillime autem id genus sanescit. Quidam aiunt, acu *i* transsui iuxta pilos exteriorem partem palpebræ oportere, eamque transmitti duplicem capillum muliebrem ducentem; atque ubi acus transiit, in ipsius capilli sinum, qua duplicatur, pilum esse iniiciendum, & per eum in superiorem palpebræ partem attraheudum, ibique corpori adglutinandum, & imponendum medicamentum, quo foramen quoque glutinetur. sic enim fore, ut is pilus in exteriorem partem postea spectet. Id primum fieri non potest, nisi in pilo longiore; cum fere breves eo loco nascantur. Deinde, si plures pili sunt, necesse est longum tormentum, cum toties acus transuet, magnam inflammationem moveat. Novissime, cum humor aliquis ibi subsit, oculo & ante per pilos & tum per palpebræ foramina affecto, vix fieri potest, ut gluten, quo vinctus est pilus, non resolvatur: eoque fit, ut is eo, unde vi abductus est, redeat. Ea vero curatio, quæ palpebræ laxioris ab omnibus frequentatur, nihil habet dubii. Siquidem oportet contecto oculo mediam palpebræ cutem, sive ea superior, sive inferior est, apprehendere

l. 1. om. *ab.* L. l. 3. *transileat. transueat. transvehat.* L. l. 11. om. *in.* L. l. 15. *coniiciendum.* l. 18. *quoque.* L. l. 20. *loco.* L. l. 23. *tormentum sit, & toties acus transiens.* L. ibid. *totiens.*

i *Æginet.* *VI.* 13.

dere digitis, ac levare. tum conſiderare, quantulo detracto futurum ſit, ut naturaliter ſe habeat. Siquidem hic quoque duo pericula circumſtant: ſi nimium fuerit exciſum, ne contegi oculus non poſſit; ſi parum, ne nihil actum ſit, & fruſtra ſectus aliquis ſit. Qua deinde incidendum videbitur, per duas lineas atramento notandum eſt ſic, ut inter oram, quæ pilos continet, & propiorem ei lineam, aliquid relinquatur, quod apprehendere acus poſtea poſſit. His conſtitutis, ſcalpellus adhibendus eſt: &, ſi ſuperior palpebra eſt, ante; ſi inferior, poſtea propius ipſis pilis incidendum: initiumque faciendum in ſiniſtro oculo, ab eo angulo, qui tempori; in dextro, ab eo, qui naribus propior eſt: idque, quod inter duas lineas eſt, excidendum. deinde oræ vulneris inter ſe ſimplici ſutura committendæ, operiendusque oculus eſt: &, ſi parum palpebra deſcendet, laxanda utique; ſi nimium, aut adſtringenda, aut etiam rurſus tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. Ubi ſecta eſt, aliæ ſuturæ adiiciendæ, quæ ſupra tres eſſe non debent. Præter hæc, in ſuperiore palpebra ſub pilis ipſis incidenda linea eſt, ut ab inferiore parte diducti pili ſurſum ſpectent. Idque, ſi levis inclinatio eſt, etiam ſolum ſatis tuetur. Inferior palpebra eo non eget. His factis, ſpongia, ex aqua frigida expreſſa, ſuper deligenda eſt. Poſtero die glutinans emplaſtrum iniiciendum. Quarto ſutura tollenda eſt, & collyrio, quod inflammatio-

l. 7. *quod.* L. l. 9. *de interiore.* al. *de inferiore* pro *inter oram.* l. *propriore & linea.*

mationes reprimit, ſuperinungendum.

9. *De Lagophthalmo.* k

Nonnunquam autem, nimium ſub hac curatione exciſa cute, evenit, ut oculus non contegatur. Idque interdum etiam alia de cauſa fit. λαγώφθαλμον Græci appellant. In quo ſi nimium palpebræ deeſt, nulla id reſtituere curatio poteſt: ſi exiguum, mederi licet. Paulum infra ſupercilium cutis incidenda eſt lunata figura, cornibus eius deorſum ſpectantibus. Altitudo eſſe plagæ uſque ad cartilaginem * debet, ipſa illa nihil læſa. nam, ſi ea inciſa eſt, palpebra concidit, neque attolli poſtea poteſt. Cute igitur tantum diducta, fit, ut paululum in ima oculi ora deſcendat; hiante ſcilicet ſuper plaga. In quam linamentum coniiciendum eſt, quod & coniungi diductam cutem prohibeat, & in medio carunculam citet: quæ ubi eum locum implevit, poſtea recte oculus operitur.

10. *De Ectropio.* l

Ut ſuperioris autem palpebræ vitium eſt, quo parum deſcendit, ideoque oculum non contegit: ſic inferioris, quo parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neque poteſt cum ſuperiore committi. Atque id quoque evenit interdum ex ſimili vitio curationis, interdum etiam ſenectute. ἐκτρόπιον Græci vocant. Si ex mala curatione eſt, eadem ratio medicinæ eſt, quæ ſupra poſita eſt: plagæ tantum cornua ad maxillas, non ad oculum convertenda ſunt. Si ex ſenectute eſt, tenui ferramento id

l. 2. *De glaucophthalmo* al. *lagophthalmo oculorum.* l. 6. *glaucophthalmos.* l. 17. *plagam* l. ead. *iniiciendum.* L. l. 19. *creet.* L. l. 24. *quod.* l. 25. *quod.*

k *Æginet. VI.* 10. *Aetius Tetrab. II. Serm. III. c.* 73.

* *Vide H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 14.

l *Actuar. M. M. II.* 7.

id totum extrinſecus adurendum eſt, deinde melle inungendum, et quarto die vapore aquæ calidæ fovendum, inungendumque medicamentis ad cicatricem perducentibus.

11. *De Staphylomate.*

Hæc fere circa oculum in angulis palpebrisque incidere conſuerunt. In ipſo autem oculo nonnunquam ſumma attollitur tunica, ſive ruptis intus membranis aliquibus, ſive laxatis †; & ſimilis figura *m* acino fit. unde id ςαφύλωμα Græci vocant. Curatio duplex eſt. Altera, ad ipſas radices per medium tranſſuere acu, duo lina ducente; deinde alterius lini duo capita ex ſuperiore parte, alterius ex inferiore adſtringere inter ſe, quæ paulatim ſecando id excidant. Altera, in ſumma parte eius ad lenticulæ magnitudinem excidere; deinde ſpodium aut cadmiam infricare. Utrolibet autem facto, album ovi lana excipiendum & imponendum; poſteaque vapore aquæ calidæ fovendus oculus, & lenibus medicamentis ungendus eſt.

12. *De Clavis oculorum.*

Clavi autem vocantur calloſa *n* in albo oculi tubercula; quibus nomen a figuræ ſimilitudine eſt. Hos ad imam radicem perforare acu commodiſſimum eſt, infraque eam excidere, deinde lenibus medicamentis inungere.

13. *De Oculorum natura.*

Suffuſionis iam alias feci mentionem; 367,23.
quia cum recens incidit, medicamentis quoque

l. 2. *a.* L. al. *at.* l. 5. add. *oculi.* l. 7. *conſueverunt.* L. l. 15. *interiore.* l. 16. *excidunt.* l. 30. add. *& de eorum ſuffuſione.*

† *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 17. m *Æginet. III.* 22. *VI.* 19. *Actuar. M M. II.* 7. *Aetius Tetrab. II. Serm. III.* 34. 35. *Aliud procidentiæ genus obſervavit Tulpius Obſerv. L.* 1. *c.* 28. n *Actuar. M. M. II.* 7.

que sæpe discutitur: sed, ubi vetustior facta est, manus curationem desiderat, quæ inter subtilissimas haberi potest. De qua antequam dico, paucis ipsius oculi natura indicanda est. Cuius cognitio, cum ad plura loca pertineat, tum vel præcipue ad hunc pertinet. Is igitur summas habet duas tunicas: ex quibus superior a Græcis κερατοειδὴς vocatur. Ea, qua parte alba est, satis crassa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta est media parte, qua pupilla est, modico foramine concava, circa tenuis, ulterioribus partibus ipsa quoque plenior, quæ χοριοειδὴς a Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ, cum interiora oculi cingant, rursus sub his coeunt; extenuatæque & in unum coactæ per foramen, quod inter ossa est, ad membranam cerebri perveniunt, eique inhærescunt. Sub his autem, qua parte pupilla est, locus vacuus est: deinde infra rursus tenuissima tunica, quam Herophilus ἀραχνοειδῆ nominavit. Ea media subsidit; eoque cavo continet quiddam, quod, a vitri similitudine, ὑαλοειδὲς Græci vocant. Id neque liquidum, neque aridum est; sed quasi concretus humor. Ex cuius colore pupillæ color vel niger est, vel cæsius, cum summa tota tunica alba sit. Id autem superveniens ab interiore parte membranula includit. Sub his gutta humoris est, ovi albo similis: a qua videndi facultas proficiscitur. κρυσταλλοειδὴς a Græcis nominatur.

14. *De*

l. 7. *eaque.* L. l. 11. *interior.* L. l. 14. ῥαγοειδής. χοροειδές. l. 19. *eoque.*

14. *De Suffuſione.* 369,18.

Igitur vel ex morbo, vel ex ictu concreſcit humor ſub duabus tunicis * ; qua locum vacuum eſſe propoſui; isque paulatim indureſcens, interiori potentiæ ſe opponit. Vitiique eius plures ſpecies ſunt; quædam ſanabiles, quædam, quæ curationem non admittunt. Nam ſi exigua ſuffuſio eſt, ſi immobilis, colorem vero habet marinæ aquæ, vel ferri nitentis, & a latere ſenſum aliquem fulgoris relinquit, ſpes ſupereſt. Si magna eſt, ſi nigra pars oculi, amiſſa naturali figura, in aliam vertit, ſi ſuffuſioni color cœruleus eſt, aut auro ſimilis, ſi labat, & hac atque illac movetur, vix unquam ſuccurritur. Fere vero peior eſt, quæ ex graviore morbo, maioribusve capitis doloribus, vel ictu vehementiore orta eſt. Neque idonea curationi ſenilis ætas eſt; quæ ſine novo vitio, tamen aciem hebetem habet: ac ne puerilis quidem; ſed inter has media ætas. Oculus quoque curationi neque exiguus, neque concavus, ſatis opportunus eſt. Atque ipſius quoque ſuffuſionis quædam maturitas eſt. Exſpectandum igitur eſt, donec iam non fluere, ſed duritie quadam concreviſſe videatur.

Ante curationem autem modico cibo uti, bibere aquam triduo debet; pridie, ab omnibus abſtinere. Poſt hæc in adverſo ſedili collocandus eſt loco lucido, lumine adverſo, ſic ut contra medicus paulo altius ſedeat; a poſteriore autem parte caput eius, qui curabitur, miniſter contineat, & im-

mo-

l. 1. om. *inſcriptio.* L. l. 6. om. *que* L. l. 13. *ſe vertit.* L. l. 16. *quo.* L. l. 19. *curatio, ſi.* l. 21. *at.* ibid. *hæc.* l. 24. *quoque ſuff.* L. l. 26. *durities quædam.*

* *Hoc non uſque adeo veritati conſentire putat H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 16.

mobile id præſtet: nam levi motu eripi acies in perpetuum poteſt. Quin etiam ipſe oculus, qui curabitur, immobilior faciendus eſt, ſuper alterum lana impoſita & deligata Curari vero ſiniſter oculus dextra manu, dexter ſiniſtra debet. Tum acus admovenda eſt, aut acuta, aut forte non nimium tenuis, eaque demittenda, ſed recta eſt per ſummas duas tunicas medio loco inter nigrum oculi & angulum tempori propiorem, e regione mediæ ſuffuſionis ſic, ne qua vena lædatur. Neque tamen timide demittenda eſt, quia inani loco excipitur. Ad quem cum ventum eſt, ne mediocriter quidem peritus falli poteſt: quia prementi nihil renititur. Ubi eo ventum eſt, inclinanda acus ad ipſam ſuffuſionem eſt, leviterque ibi verti & paulatim eam deducere infra regionem pupillæ debet; ubi deinde eam tranſiit, vehementius imprimi, ut inferiori parti inſidat. Si hæſit, curatio expleta eſt. Si ſubinde redit, eadem acu magis concidenda, & in plures partes diſſipanda eſt: quæ ſingulæ & facilius conduntur, & minus late officiunt. Poſt hæc educenda acus recta eſt, imponendumque eſt lana molli exceptum ovi album, & ſupra, quod inflammationem coerceat, atque ita devinciendum.

348,21. Poſt hæc opus eſt quiete, abſtinentia, lenium medicamentorum inunctionibus, cibo (qui poſtero die ſatis mature datur) primum liquido, ne maxillæ laborent; deinde, inflammatione finita, tali, qualis in vul-

l. 7. *certe* pro *forte*. L. l. 18. *leniter*. L. l. 20. *tranſit*.

vulneribus propoſitus eſt. Quibus, ut aqua quoque diutius bibatur, neceſſario accedit.

15. *De Pituita oculorum.* 347.

De pituitæ quoque tenuis curſu, qui oculos infeſtat, quatenus medicamentis agendum eſt, iam explicui. Nunc ad ea veniam, quæ curationem ex manu poſtulant. Animadvertimus autem quibuſdam nunquam ſicceſcere oculos, ſed ſemper humore tenui madere: quæ res aſpritudinem continuat, ex levibus momentis inflammationes & lippitudines excitat, totam denique vitam hominis infeſtat. Idque in quibuſdam nulla ope adiuvari poteſt, in quibuſdam ſanabile eſt. Quod primum diſcrimen noſſe oportet, ut alteri ſuccurratur, alteri manus non iniiciatur.

Ac primum ſupervacua curatio eſt in his, qui ab infantibus id vitium habent; quia neceſſario manſurum eſt uſque mortis diem. Deinde non neceſſaria etiam in his, quibus non multa, ſed acris pituita eſt, ſiquidem manu nihil adiuvantur; medicamentis, & victus ratione, quæ craſſiorem pituitam reddit, ad ſanitatem perveniunt. Lata etiam capita vix medicinæ patent. Tum intereſt, pituitam emittant venæ, quæ inter calvariam & cutem ſunt, an quæ inter membranam cerebri & calvariam. Superiores fere per tempora oculos rigant; inferiores, per eas membranas, quæ ab oculis ad cerebrum tendunt. Poteſt autem adhiberi remedium his, quæ ſupra os fluunt; non poteſt his, quæ ſub oſſe. Ac ne his quidem

l. 1. om. *eſt.* L. l. 11. *&* *ex.* L. l. 15. *eſt noſſe* l. 16. *alteris - - alteris.* L. l. 30. *enim* pro *fere.* L. l. 34. *ab* pro *ſub.* L.

dem ſuccurritur, quibus pituita utrinque deſcendit: quia levata altera parte, nihilominus altera infeſtat.

Quid ſit autem, hac ratione cognoſcitur. Raſo capite ea medicamenta, quibus in lippitudine pituita ſuſpenditur, a ſuperciliis uſque ad verticem illini debent: ſi ſicci oculi eſſe cœperunt, apparet per eas venas, quæ ſub cute ſunt, irrigari: ſi nihilominus madent, manifeſtum eſt ſub oſſe deſcendere: ſi eſt humor, ſed levior, duplex vitium eſt. Plurimi tamen ex laborantibus reperiuntur, quos ſuperiores venæ exerceant; ideoque pluribus etiam opitulari licet. Idque non in Græcia tantummodo, ſed in aliis quoque gentibus celebre eſt: adeo ut nulla medicinæ pars magis per nationes quaſque expoſita ſit.

Reperti in † Græcia ſunt, qui novem lineis cutem capitis inciderent: duabus in occipitio rectis, una ſuper eas tranſverſa: dein duabus ſuper aures, una inter eas item tranſverſa, tribus inter verticem & frontem rectis. Reperti ſunt, qui a vertice recta eas lineas ad tempora deducerent; cognitisque, ex motu maxillarum, muſculorum initiis, leviter ſuper eos cutem inciderent, diductisque per retuſos hamos oris, inſererent linamenta, ut neque inter ſe cutis antiqui fines committerentur, & in medio caro increſceret, quæ venas, ex quibus humor ad oculos tranſiret, adſtringeret. Quidam etiam atramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram;

l. 11. *tumor.* L. l. 17. *quoque* pro *quasque.* l. 23. *tribus denique.* L. l. 24. *a capite.* l. 25. *recte.* Haud dubie legendum: *rectas lineas.* l. 29. *ſic, ut.* L. l. 32. om. *humor.* L.

† *H. F. ab Aquapend. Operat. Chirurg. Part. I. c.* 4.

ram aurem; deinde a naribus ad verticem: tum ubi lineæ committebantur, ſcalpello inciderunt; & poſt, ſanguine effuſo, os ibidem aduſſerunt. Nihilominus autem & in temporibus, & inter frontem atque verticem eminentibus venis idem candens ferrum admoverunt.

Frequens curatio eſt, venas in temporibus adurere, quæ fere quidem in eiuſmodi malo tument: ſed tamen, ut inflentur magisque ſe oſtendant, cervix ante modice deliganda eſt. Tenuibusque ferramentis, & retuſis venæ adurendæ; donec in oculis pituitæ curſus conquieſcat. Id enim ſignum eſt quaſi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur.

Valentior tamen medicina eſt, ubi tenues conditæque venæ ſunt, ideoque legi non poſſunt, eodem modo cervice deligata †, retentoque ab ipſo ſpiritu, quo magis venæ prodeant, atramento notare eas contra tempora, & inter verticem ac frontem: deinde cervice reſoluta, qua notæ ſunt, venas incidere, & ſanguinem mittere: ubi ſatis fluxit, tenuibus ferramentis adurere. contra tempora quidem, timide: ne ſubiecti muſculi, qui maxillas tenent, ſentiant: inter frontem vero & verticem, vehementer, ut ſic ſquama ab oſſe recedat.

Efficacior tamen etiamnum eſt Afrorum curatio, qui verticem uſque ad os adurunt ſic, ut ſquamam remittat. Sed nihil melius eſt, quam quod in Gallia quoque Comata fit, ubi venas in temporibus & in ſuperio-

l. 3. *poſt ſanguinem effuſſum.* L. l. 6. *calvariam.* l. 12. *autem* pro *que.* L. l. 13. *oculos.* L. l. 18. om. *ſunt.* l. 29. *ſic, ut.* L.

† *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c. 3.*

periore capitis parte legunt. Adusta quo modo curanda sint, iam explicui. Nunc illud adiicio; neque ut crustæ decidant, neque ut ulcus impleatur, adustis venis, esse properandum; ne vel sanguis erumpat, vel cito pus supprimatur: cum per hoc siccescere eas partes opus sit; per illud exhauriri opus non sit. Si quando tamen sanguis eruperit, infrianda medicamenta esse, quæ sic sanguinem supprimant, ne adurant. Quemadmodum autem venæ deligendæ sint, quidque lectis his faciendum sit, cum venero ad crurum varices, dicam.

CAP. VIII.

De Aurium morbis, qui manu & scalpello curantur.

VERUM ut oculi multiplicem curationem, etiam manus exigunt: sic in auribus admodum pauca sunt, quæ in hac medicinæ parte tractentur. Solet tamen evenire vel a prima natali die protinus, vel postea facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, ut foramen *a* in ea nullum sit, ideoque audiendi usu careat. Quod ubi incidit, specillo tentandum est, alte ne id repletum; an in summo tantum glutinatum sit. Nam si alte est, prementi non cedit: si in summo, specillum protinus recipit. Illud attingi non oportet; ne sine effectus spe distentio oriatur nervorum, & ex ea mortis periculum sit: hoc facile curatur. Nam qua cavum esse debet, vel medicamentum aliquod impo-

l. 9. *infricanda.* l. 10. *ut ne.* L.

a *Æginet. VI.* 23.

imponendum est ex adurentibus, vel candente ferro aperiendum, vel etiam scalpello incidendum. Cumque id patefactum, & iam ulcus purum est, coniicienda eo pinna est, illita medicamento cicatricem inducente: circaque idem medicamentum dandum, ut cutis circa pinnam sanescat: quo fit, ut, ea remota, postea facultas audiendi sit.

At ubi aures, invito puta, perforatæ sunt, & offendunt, traiicere id cavum celeriter candente acu satis est, ut leniter eius oræ exulcerentur; aut etiam adurente medicamento idem exulcerare: postea deinde imponere id quod purget; tum quod eum locum repleat, & sic cicatricem inducat. Quod si magnum id foramen est, sicut solet esse in his, qui maiora pondera auribus gessferunt, incidere, quod superest, ad extremum oportet: supra deinde oras scalpello exulcerare, & postea suere, ac medicamentum, quo id glutinetur, imponere: Tertium est, si quid ibi curti est, sarcire. Quæ res cum in labris quoque & naribus fieri possit, eandem etiam curationem habeat, simul explicanda est.

CAP. IX.

Curta in auribus, labrisque ac naribus, quomodo sarciri & curari possint. a

CURTA igitur in his tribus, si qua parte parva sunt, curari possunt: si qua maiora sunt, aut non recipiunt curationem, aut ita per hanc ipsam defor-

l. 4. *iniicienda.* L. l. 6. *id medicamentum.* L. l. 10 om. *invito.* L. al *in viro* l. 12. *ora* l. 16. om *sic.* L. l 19 *super est* L. l. 25. *autem* pro *etiam.* L. l. 31. *ac si qua parva paria sunt* ibid. *ac si.* L. l. 33. *accipiunt.* L.

a *Æginet. III.* 24. *VI.* 25.

mantur, ut minus indecora ante fuerint. Atque in aure quidem & naribus deformitas sola timeri potest: in labris vero, si nimium contracta sunt, usus quoque necessarii iactura fit; quia minus facile & cibus assumitur, & sermo explicatur. Neque enim creatur ibi corpus; sed ex vicino adducitur. quod in levi mutatione, & nihil eripere, & fallere oculum potest; in magna non potest. Neque senile autem corpus, neque quod male habitus est, neque in quo difficulter ulcera sanescunt, huic medicinæ idoneum est; quia nusquam aut celerius cancer occupat, aut difficilius tollitur.

Ratio curationis eiusmodi est: id quod curtatum est, in quadratum redigere; ab interioribus eius angulis lineas transversas incidere, quæ citeriorem partem ab ulteriore ex toto diducant; deinde ea, quæ sic resolvimus, in unum adducere. Si non satis iunguntur, ultra lineas, quas ante fecimus, alias duas lunatas, & ad plagam conversas immittere, quibus summa tantum cutis diducatur: sic enim fit, ut facilius, quod adducitur, sequi possit. quod non vi cogendum est; sed ita adducendum, ut ex facili subsequatur, & dimissum non multum recedat.

Interdum autem ab altera parte cutis haud omnino adducta deformem, quem reliquit locum, reddit. Huiusmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda est. Ergo neque ex imis auribus, neque ex me-

l. 5. *necessario*. L. l. 8. *quod etsi*. L. ibid. *mutilatione*. L. l. 13. *nusquam aut*. L. l. 17 *curtum. curatum, curandum*. l. 21. *reposuimus*. l. 30. *tamen* pro *autem*. L.

medio naſo imiſve narium partibus, neque ex angulis labrorum quicquam attrahere tentabimus. Utrinque autem petemus, ſi quid ſummis auribus, ſi quid imis aut mediis naribus, aut mediis labris deerit. Quæ tamen interdum etiam duobus locis curta eſſe conſuerunt: ſed eadem ratio curandi eſt. Si cartilago in eo, quod inciſum eſt, eminet, excidenda eſt: neque enim aut glutinatur, aut acu tuto traiicitur. Neque longe tamen excidi debet, ne inter duas oras liberæ cutis utrinque coitus puris fieri poſſit. Tum iunctæ oræ inter ſe ſuendæ ſunt, utrinque cute apprehenſa; & qua priores lineæ ſunt, ea quoque ſuturæ iniiciendæ ſunt. Siccis locis, uti naribus, illita ſpuma argenti ſatis proficit. In ulteriores vero, lunataſque plagas, linamentum dandum eſt; ut caro increſcens vulnus impleat. Summaque cura, quod ita ſutum eſt, tuendum eſſe, apparere ex eo poteſt, quod de cancro ſupra poſui. Ergo etiam tertio quoque die fovendum erit vapore aquæ calidæ: rurſuſque idem medicamentum iniiciendum. fereque ſeptimo die glutinatum eſt. Tum ſuturæ eximi, & ulcus ad ſanitatem perduci debet.

CAP. X.

De Polypo. a 380.

POLYPUM vero, qui in naribus naſcitur, præcipue ferro curari iam alias poſui. Ergo etiam hunc ferramento acuto, in modum * ſpathæ facto, reſolvere

l. 1. *imis venarum.* al. *imis genarum.* l. 4. *imis, ſi quid aut medio naſo, aut.* l. 6. *iam* pro *etiam.* l. 6 *curata. curtata.* L. l. 17. *interiores.* L. l. 25. *quo fere.* L. l. 27. *debent.* l. 30. *De polypi curatione per ferrum.*

a *Æginet. VI.* 25. *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 24 25. * *De hac conſule Rhodium ad Scribon. Largum, pag.* 46.

ab osse oportet: adhibita diligentia, ne infra cartilago lædatur; in qua difficilis curatio est. Ubi abscissus est, unco ferramento extrahendus est. Tum implicitum linamentum, vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoque nares leniter implendæ. Sanguine suppresso, linamento vulnus purgandum est. Ubi purum est, eo pinna, eodem modo, quo in aure supra positum
439,5. est, medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat.

CAP. XI.

379. *De Ozæna.*

ID autem vitium, quod ὄζαινα a Græcis vocatur, si medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos Chirurgos non reperi. Credo, quia res raro ad sanitatem satis proficit; cum aliquod in ipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est, vel sutilem fistulam, vel enodem scriptorium calamum * in narem esse coniiciendum, donec sursum ad os perveniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum esse ad ipsum os: deinde adustum locum purgandum esse ærugine & melle: ubi purus est, lycio ad sanitatem perducendum. Vel narem incidendam esse ab ima parte ad os, ut & conspici locus possit, & facilius candens ferramentum admoveri. Tum sui narem debere; & adustum quidem

l. 8. *ulculum. ulcusculum. ulcus* L. l. 24. *subtilem.* L. *Fictilem* legit H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. P. 1. c. 26. p. 104. & 106. l. 31. *una.*

* *Hodierni Chirurgi argenteum habent. H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. P. I. c. 26.*

dem ulcus eadem ratione curari: ſuturam vero illini vel ſpuma argenti, vel alio glutinante.

CAP. XII.

De Oris vitiis, quæ manu & ferro curantur.

1. *De Dentibus.* a

381.

IN ore quoque quædam manu curantur. Ubi in primis dentes nonnunquam moventur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivarum areſcentium vitium. Oportet in utrolibet candens ferramentum gingivis admovere, ut leviter attingat, non ut inſidat. Aduſtæ gingivæ melle illinendæ, & mulſo eluendæ ſunt. Ut pura ulcera eſſe cœperunt, arida medicamenta infrianda ſunt, ex his, quæ reprimunt.

Si vero dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adiuvant, placuit, circumradi debet, ut gingiva ab eo * reſolvatur; tum is concutiendus eſt. Eademque facienda, donec bene moveatur, nam dens hærens cum ſummo periculo evellitur, ac nonnunquam maxilla loco movetur †. Idque etiam maiore periculo in ſuperioribus dentibus fit; quia poteſt tempora oculoſve concutere. Tum, ſi fieri poteſt, manu; ſi minus, forfice ‡ dens excipiendus eſt.

Ac ſi exeſus eſt, ante id foramen vel *b* linamento, vel bene accommodato plumbo replendum eſt, ne ſub forfice confringatur.

Recta

l. 12. *marceſcentium.* L. l. 15. *incidat.* l. 18. *infricanda.* l. 23. *Eaque.* l. 29. 33. *forcipe.* L. l. 31. *At.*

a *Æginet. III.* 26. * *Id ſæpenumero ſufficit teſte Simone Paulo Quadr. Botan. pag.* 151. † *Imo pars avellitur, quod aliquando ipſe vidi.* ‡ *Vide figuram apud Rhodium ad Scribon. Largum, pag.* 94. b *Æginet. VI.* 28.

Recta vero forfex ducenda eſt, ne inflexis radicibus os rarum, cui dens inhæret, parte aliqua frangatur. Neque ideo nullum eius rei periculum eſt; utique in dentibus brevibus, qui fere longiores radices habent: ſæpe enim forfex, cum dentem comprehendere non poſſit, aut fruſtra comprehendat, os gingivæ prehendit & frangit.

Protinus autem, ubi plus ſanguinis profluit, ſcire licet, aliqnid ex oſſe fractum eſſe. Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta, quæ receſſit, & vulſella protrahenda eſt. Si non ſequitur, incidi gingiva debet, donec labans oſſis teſta recipiatur. Quod ſi factum ſtatim non eſt, indureſcit extrinſecus maxilla, ut is hiare non poſſit. Foris imponendum calidum ex farina & fico cataplaſma eſt: donec ibi pus moveatur: tum incidi gingiva debet. Pus quoque multum profluens, oſſis fracti nota eſt. Itaque etiam tum id extrahi convenit. Nonnunquam etiam, eo læſo, fiſſura fit. quæ eradi debet.

Dens autem ſcaber, qua parte niger eſt, radendus eſt, illinendusque roſæ flore contrito, cui gallæ quarta pars & altera myrrhæ ſit adiecta: continendumque ore crebro vinum meracum. Atque in eo caſu velandum caput, ambulatione multa, frictione capitis, cibo non acri utendum eſt.

At, ſi ex ictu vel alio caſu aliqui labant dentes, auro cum his, qui bene hærent, vinciendi ſunt; continendaque ore repri-

mentia,

l. 1. *forceps ducendus.* L. l. 2. *os earum.* l. 6. *forceps.* L. l. 15. *fractum.* L. l. 16. *eſt, ſed.* L. l. 16. *intumeſcit.* L. l. 17. *os* pro *is.* L. l. 17. *Sed foris.* l. 23. *fiſtula.* l. 30. *fricatione.* L.

mentia, ut vinum, in quo malicorium decoctum, aut in quo galla candens conjecta ſit. Si quando etiam in pueris alter dens naſcitur, quam prior excidat, is, qui cadere debuit, circumpurgandus & evellendus eſt; is, qui natus eſt in locum prioris, quotidie digito adurgendus, donec ad iuſtam magnitudinem perveniat. Quotieſcunque dente exempto radix relicta eſt, protinus ea quoque ad id facto forfice, quam ῥιζάγραν * Græci vocant, eximenda eſt.

2. *De Tonſillis induratis.* 383.

Tonſillas autem, quæ poſt inflammationes induruerunt, ἀντιάδες autem a Græcis appellantur, cum ſub levi tunica ſint, oportet digito circumradere & evellere: ſi ne ſic quidem reſolvuntur, hamulo excipere, & ſcalpello excidere: tum ulcus aceto eluere, & illinire vulnus medicamento, quo ſanguis ſupprimatur.

3. *De Uva.* 389.

Uva, ſi cum inflammatione deſcendit, dolorique eſt, & ſubrubicundi coloris, præcidi ſine periculo non poteſt: ſolet enim multum ſanguinem effundere, itaque melius eſt iis uti, quæ alias propoſita ſunt. Si vero inflammatio quidem nulla eſt, nihilominus autem ea ultra iuſtum modum a pituita deducta eſt, & tenuis, acuta, alba eſt, præcidi debet. Itemque, ſi ima, livida & craſſa; ſumma, tenuis eſt. Neque quicquam commodius eſt, quam vulsella prehendere, ſub eaque, quod volumus, excidere. Neque enim ullum periculum eſt, ne

l. 2. *quod.* L. l. 3. *ante* pro *alter.* L. l. 5. *circumradendus.* L. l. 10. *forcipe.* L. l. 11. ῥίζαν. l. 12. om. *inſcriptio.* l. 14. *antidyades.* l. 20. *ſupprimitur.* L. l. 26. *bis.* l. 29. *diducta.* L. l. ead. *& eſt.* l. 30. om. *eſt.* l. 32. *apprehendere.* L.

* *Vide Rhodium ad Scrib. Largum. pag.* 94.

ne plus minusve præcidatur: cum liceat tantum infra vulſellam relinquere, quantum inutile eſſe manifeſtum eſt; idque præcidere, quo longior uva eſt, quam eſſe naturaliter debet. Poſt curationem eadem facienda ſunt, quæ in tonſillis proxime poſui.

387. 4. *De Lingua.*

Lingua vero quibuſdam cum ſubiecta parte a primo natali die iuncta eſt; qui ob id ne *c* loqui quidem poſſunt. Horum extrema lingua vulſella apprehendenda eſt, ſub eaque membrana incidenda: magna cura habita, ne venæ, quæ iuxta ſunt, violentur, & profuſione ſanguinis noceant. Reliqua curatio vulneris in prioribus poſita eſt. Et plerique quidem, ubi conſanuerunt, loquuntur. Ego autem cognovi, qui, ſuccïſa lingua, cum abunde ſuper dentes eam promeret, non tamen loquendi facultatem conſecutus eſt. Adeo in medicina etiam, ubi perpetuum eſt, quod fieri debet, non tamen perpetuum eſt id, quod ſequi convenit.

5. *De Abſceſſu ſub lingua.**

Sub lingua quoque interdum aliquid abſcedit, quod fere conſiſtit in tunica, doloresque magnos movet. Quod, ſi exiguum eſt, incidi ſemel ſatis eſt: ſi maius, ſumma cutis uſque ad tunicam excidenda eſt; deinde utrinqne oræ hamulis excipiendæ, & tunica, undique circumdata, liberanda eſt: magna diligentia per omnem curationem habita, ne qua maior vena incidatur.

6. *De*

l. 20. *præmeret. premeret.* l. 23. *conſequi.* L. l. 33. *per hanc.* L.

c *Æginet.* VI. 29. * *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 36.

6. *De Labris.* [d]

Labra autem ſæpe ſinduntur, eaque res habet cum dolore etiam hanc moleſtiam, quod ſermo prohibetur; qui ſubinde eas rimas cum dolore diducendo ſanguinem citat. Sed has, ſi in ſummo ſunt, medicamentis curare commodius eſt, quæ ad ulcera oris ſiunt: ſi vero altius deſcenderunt, neceſſarium eſt tenui ferramento adurere. quod ſpathæ ſimile, quaſi tranſcurrere, non inprimi debet. poſtea facienda eadem ſunt, quæ in naribus aduſtis expoſita ſunt.

CAP. XIII.

De Cervicis vitio.

AT in cervice, inter cutem & aſperam arteriam, tumor increſcit (βρογχοκήλην [a] Græci vocant) quo, modo caro hebes, modo humor aliquis, melli aquæve ſimilis, includitur; interdum etiam minutis oſſibus pili immiſti. Ex quibus quicquid eſt, quod tunica continetur, poteſt adurentibus medicamentis curari. Quibus ſumma cutis cum ſubiecta tunica exeditur. quo facto, ſive humor eſt, profluit; ſive quid denſius, digitis educitur: tum ulcus ſub linamentis ſaneſcit. Sed ſcalpelli curatio brevior eſt. Medio tumore una linea inciditur uſque ad tunicam: deinde vitioſus ſinus ab integro corpore digito ſeparatur, totuſque cum velamento ſuo eximitur: tum aceto, cui vel ſalem vel nitrum aliquis adiecit, eluitur; oræque una ſutura iunguntur: cæteraque eadem, quæ in aliis ſu-

l. 12. *auribus.* l. 14. *vitiis & curatione.* l. 23. *ſuperiecta tunica exeritur.* al. *exæditur. exuritur.* L. l. 28. *tumor.* L.

d *Oribaſ. de Loc. Affect. IV,* 56. a *Æginet. VI,* 38.

ſuturis, ſuperiniiciuntur: leniter deinde, ne fauces urgeat, deligatur. Si quando autem tunica eximi non potuerit, intus inſpergenda adurentia, linamentisque id curandum eſt, & cæteris pus moventibus.

CAP. XIV.

392. *De Umbilici vitiis.* a

SUNT etiam circa umbilicum plura vitia; de quibus, propter raritatem, inter auctores parum conſtat. Veriſimile eſt autem, id a quoque prætermiſſum, quod ipſe non cognoverat: a nullo id, quod non viderat, fictum. Commune omnibus eſt, umbilicum indecore prominere. Cauſæ requiruntur? Meges tres has poſuit: modo inteſtinum eo irrumpere, modo omentum, modo humorem. Soſtratus nihil de omento dixit. Duobus iiſdem adiecit, carnem ibi interdum increſcere, eamque modo integram eſſe, modo carcinomati ſimilem. Gorgias ipſe quoque omenti mentionem omiſit: ſed eadem tria cauſatus, ſpiritum quoque interdum eo dixit irrumpere. Heron omnibus his quatuor poſitis, & omenti mentionem habuit, & eius, quod ſimul & omentum & inteſtinum habuerit.

Quod autem horum ſit, his indiciis cognoſcitur. Ubi inteſtinum prolapſum eſt, tumor neque durus, neque mollis eſt: omni frigore comminuitur; non ſolum ſub omni calore, ſed etiam retento ſpiritu creſcit: ſonat interdum; atque, ubi reſupinatus eſt aliquis, delapſo inteſtino, ipſe deſidit. Ubi vero

l. 5. om. *eſt.* L. l. 24. *Hieron.* l. 28. *Quid.* l. 31. *minuitur.* l. 34. *relapſo.* L.

a *Æginet. VI.* 51. *H. F. ab Aquapendente Oper. Chirurg. Part. I. c.* 52.

vero omentum est, cætera similia sunt, tumor mollior, ab ima parte latus, extenuatus in verticem est; si quis apprehendit, elabitur. Ubi utrumque est, indicia quoque mixta sunt, & inter utrumque mollities. At caro durior est, semperque, etiam resupinato corpore, tumet, prementique non cedit, prioribus facile cedentibus. Si vitiosa est, easdem notas habet, quas in carcinomate exposui. Humor autem, si premitur, circumfluit. At spiritus pressus cedit, sed protinus redit: resupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet.

Ex his id, quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit. Caro quoque, carcinomati similis, cum periculo tractatur. itaque omittenda est. Sana excidi debet; idque vulnus linamentis curari. Humorem quidam vel inciso summo tumore effundunt, & vulnus iisdem linamentis curant. In reliquis variæ sententiæ sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse, res ipsa testatur; ut in uterum, sive intestinum, sive omentum est, relabatur. Sinus vero umbilici, tum vacuus, a quibusdam duabus regulis excipitur; vehementerque earum capitibus deligatis, ibi emoritur: a quibusdam *d* ad imum acu traiectatur, duo lina ducente; deinde utriusque lini duobus capitibus diversæ par- 431,15. tes adstringuntur, (quod in uva quoque 454,26. oculi fit:) nam sic id, quod supra vinculum est, moritur. Adiiecerunt quidam, ut, antequam vincirent, summum una linea inciderent exciderentque; quo facilius digito

l. 2. *ab ima parte extenuatus.* L. *ab una parte latus extenuatum in ventrem Sed.* l. 24. *relabatur.* L. l. 26. *exceptus est.* l. 28. Aldus, *id vitium* pro *ad imum.* l. 34. om. *exciderentque.* L.

gito demiſſo, quod illuc irrupiſſet, depellerent: tum deinde vinxerunt. Sed abunde eſt, iubere ſpiritum continere, ut tumor, quantus maximus eſſe poteſt, ſe oſtendat: tum imam baſim eius atramento notare; reſupinatoque homine, digitis tumorem eum premere, ut, ſi quid delapſum non eſt, manu cogatur: poſt hæc, umbilicum adtrahere, &, qua nota atramenti eſt, lino vehementer adſtringere: deinde partem ſuperiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur: atque, ut cætera uſta, ulcus nutrire. Idque non ſolum ubi inteſtinum, vel omentum, vel utrumque eſt; ſed etiam, ubi humor eſt, optime proficit.

Sed ante quædam viſenda ſunt, ne qnod ex vinculo periculum ſit. Nam curationi neque infans, neque aut robuſtus annis, aut ſenex aptus eſt; ſed a ſeptimo fere anno ad quartum decimum. Deinde ei corpus idoneum eſt id, quod integrum eſt: at quod mali habitus eſt, quodque papulas, impetigines, ſimiliaque habet, idoneum non eſt. Levibus quoque tumoribus facile ſubvenitur: at in eorum, qui nimis magni ſunt, curatione periculum eſt. Tempus autem anni & autumnale, & hibernum vitandum eſt. Ver idoneum maxime eſt. Ac prima æſtas non aliena eſt. Præter hæc, abſtinere pridie debet. Neque id ſatis eſt: ſed alvus quoque ei ducenda eſt; quo facilius omnia, quæ exceſſerunt, intra alvum conſidant.

CAP.

l. 2. *vincirent.* L. l. 7. *relapſum.* L. l. 34. *uterum.* L.

CAP. XV.

Quomodo Aqua hydropicis emittatur. †

AQUAM his, qui hydropici ſunt, emitti oportere, alias *a* dixi. nunc, quemadmodum id fiat, dicendum eſt. Quidam autem ſub umbilico, fere quatuor interpoſitis *b* digitis a ſiniſtra parte; quidam, ipſo umbilico perforato, facere conſuerunt: quidam, cute primum aduſta, deinde interiore abdomine inciſo; quia, quod per ignem diviſum eſt, minus celeriter coit. Ferramentum autem demittitur, magna cura habita, ne qua vena incidatur. Id tale eſſe debet, ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat; demittendumque ita eſt, ut membranam quoque tranſeat, qua caro ab interiore parte finitur: eo tum plumbea aut ænea fiſtula coniicienda eſt, vel recurvatis in exteriorem partem labris, vel in medio circumcingente quadam remora; ne tota intus delabi poſſit. Huius ea pars, quæ intra, paulo longior eſſe debet, quam quæ extra; ut ultra interiorem membranam procedat. Per hanc effundendus humor eſt: atque ubi maior pars eius evocata eſt, cludenda demiſſo linteolo fiſtula eſt; & in vulnere, ſi id uſtum non eſt, relinquenda. Deinde per inſequentes dies circa ſingulas heminas emittendum, donec nullum aquæ veſtigium appareat. Quidam tamen etiam non uſta cute, protinus fiſtulam recipiunt, & ſuper vulnus ſpongiam expreſſam ex aqua 454,5
frigida, vel ex aceto deligant: deinde poſt-

l. 6. om. *eſt.* ibid. *qui ſub.* l. 9. om. *id.* l. 19. *iniicienda.* L. l. 21. *in media circum ſurgente quodam nodo.* al. *quadam mora.* l. 24 *ulteriorem.* l. 26. *claudenda.* L. l. 33. om. *omnes ex aqua frigida, vel ex aceto.*

† *H. F. ab Aquapend Oper. Chirurg. Part. I. c.* 54.

a *Libro III. c.* 21. b *Æginet. V.* 50.

ero die rursus fistulam demittunt (quod recens vulnus paulum diductum patitur) ut, si quid humoris superest, emittatur: idque bis ita fecisse contenti sunt.

CAP. XVI.

De Ventre ictu perforato, & Intestinis vulneratis. a

NONNUNQUAM autem venter ictu aliquo perforatur; sequiturque, ut intestina evolvantur. Quod ubi incidit, protinus considerandum est, an integra ea sint; deinde, an his color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse, iam retuli. Latius intestinum sui potest: non quod certa fiducia sit; sed quod dubia spes, certa desperatione sit potior. interdum enim glutinatur. Tum, si utrumlibet intestinum lividum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoque necessario accedit, ut sensu careat; medicina omnis inanis est. Si vero adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est: momento enim alienantur externo & insueto spiritu circumdata. Resupinandus autem homo est, coxis erectioribus; &, si angustius vulnus est, quam ut intestina commode refundantur, incidendum est, donec satis pateat. Ac, si iam sicciora intestina sunt, perluenda aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adiectum. Tum minister oras vulneris leviter diducere manibus suis, vel etiam duobus hamis, membranæ interiori inie-

ctis,

l. 2. *paululum.* L. l. 7. *De intestinorum vulneratorum curationibus.* l. 31. *paululum.* l. 33. *leniter.* L.

a *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 55.

ctis, debet: medicus priora ſemper inteſtina, quæ poſteriora prolapſa ſunt, condere ſic, ut orbium ſingulorum locum ſervet. Repoſitis omnibus, leniter homo concutiendus eſt. quo fit, ut per ſe ſingula inteſtina in ſuas ſedes diducantur, & inibi conſidant. His conditis, omentum quoque conſiderandum eſt: ex quo, ſi quid iam nigri & emortui eſt, forfice excidi debet: ſi quid integrum eſt, leniter ſuper inteſtina diduci: ſutura autem, neque ſummæ cutis; neque interioris membranæ per ſe, ſatis proficit; ſed utriuſque. Et quidem duobus linis vincienda eſt, ſpiſſior quam alibi; quia & rumpi facilius motu ventris poteſt, & non æque magis inflammationibus pars ea expoſita eſt. Igitur in duas acus fila coniicienda, eæque duabus manibus tenendæ; & prius interiori membranæ ſutura iniicienda eſt ſic, ut ſiniſtra manus in dexteriore ora, dextra in ſiniſteriore a principio vulneris orſa, ab interiori parte in exteriorem acum immittat. quo fit, ut ab inteſtinis ea pars ſemper acuum longe ſit, quæ acuta eſt. Semel utraque parte traiecta, permutandæ acus inter manus ſunt, ut ea ſit in dextra, quæ fuit in ſiniſtra, ea veniat in ſiniſtram, quam dextra continuit: iterumque eodem modo per oras immittendæ ſunt: atque ita tertio & quarto, deincepsque permutatis inter manus acubus includenda plaga. Poſt hæc, eadem fila, eædemque acus ad cutem transferendæ, ſimilique ratione ei quoque parti utraque ſutura iniicienda; ſemper ab inte-

l. 6. *reducantur, & in his.* L. ibid. *concidant.* l. 10. *leviter.* ibid. *reduci.* L. l. 13. 14. *e duobus linis facienda eſt, & ſp.* L. l. 17. *in duabus acubus.* al. *acus.* l. 18. *eaque - tenenda.* l. 25. *acuta, propinqua, quæ retuſa eſt.* L. al. *longe ſit, quæ retuſa eſt.*

interiore parte acubus venientibus, ſemper inter manus traiectis. Dein glutinantia iniicienda. Quibus aut ſpongiam, aut ſuccidam lanam ex aceto expreſſam accedere debere, manifeſtius eſt, quam ut ſemper dicendum ſit. Impoſitis his leniter deligari venter debet.

CAP. XVII.

De Interiore membrana abdominis rupta. a

INTERDUM tamen vel ex ictu aliquo, vel retento diutius ſpiritu, vel ſub gravi faſce, interior abdominis membrana, ſuperiore cute integra, rumpitur. Quod fœminis quoque ex utero ſæpe evenire conſuevit: fitque præcipue circa ilia. Sequitur autem, cum ſuperior caro mollis ſit, ut non ſatis inteſtina contineat, hisque intenta cutis indecore intumeſcat. Atque id quoque aliter atque aliter curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam baſim immiſſis ſic utrinque devinciunt, quemadmodum & in umbilico, & in
449,32. uva poſitum eſt, ut, quicquid ſuper vinculum eſt, emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt, ad ſimilitudinem myrtacei folii (quod ſemper eodem modo ſervandum eſſe iam poſui) & tum oras ſutura iungunt. Commodiſſimum eſt autem, reſupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maxime cedat, quia neceſſe eſt, ea parte rupta membrana ſit; quaque integra

l. 4. *impreſſam.* l. 6. *leviter.* l. 10. *parte* pro *membrana.* l. 11. add. *& qua ratione curanda ſit.* l. 21. *indecora.* L. l. 22. *aliter ab aliis.*

a *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 53.

gra eſt, ea magis obnitatur: tum, qua rupta videbitur, immittidendæ ſcalpello duæ lineæ ſunt, ut, exciſo medio, interior membrana utrinque recentem plagam habeat; quia, quod vetus eſt, ſutura non coit. Loco patefacto, ſi qua parte membrana non novam plagam, ſed veterem habet, tenuis excidenda habena eſt, quæ 467,2.
tantum oras eius exulceret. Cætera, quæ ad ſuturæ reliquam curationem pertinent, ſupra comprehenſa ſunt.

2. *De Varicibus ventris.*

Præter hæc evenit, ut in quorundam ventribus varices ſint, quarum quia nulla alia curatio eſt, quam quæ in cruribus eſſe conſuevit, tum eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo. 495,26.

CAP. XVIII.

*De Teſticulorum natura, & morbis.**

VENIO autem ad ea, quæ in naturalibus partibus circa teſticulos oriri ſolent. quæ quo facilius explicem, prius ipſius loci natura paucis proponenda eſt. Igitur teſticuli ſimile quiddam medullis habent. nam ſanguinem non emittunt, & omni ſenſu carent: dolent autem in ictibus & inflammationibus tunicæ, quibus hi continentur. Dependent vero ab inguinibus per ſingulos nervos, quos κρεμαστῆρας Græci nominant. cum quorum utroque binæ deſcendunt & venæ & arteriæ. Hæc autem tunica conteguntur tenui, nervoſa, ſine ſanguine, alba, quæ ἐλυτροειδὴς a Græ-

l. 2. *incidendæ.* L. ſed omnes legunt: *immittendæ.* l. 3. Nicolai, Pariſienſis, *Stephani* legunt: *lineæ*, caeteri: *tunicæ.* l. 9. 10. *ſuturam reliquamque.* L. l. 19. *& morbis eorum.* l. 25. *glandulis.* L. l. 28. *tunicarum.* L. l. 33. *hæ.* l. 34. *ægytroides.* ἐλαφροειδὴς. ἐρυθροειδὴς. ἐρυτροειδὴς.
* *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c. 71.*

ſ Græcis nominatur. Super eam valentior tunica eſt, quæ interiori vehementer ima parte inhæret. δαρτὸν Græci vocant. Multæ deinde membranulæ venas & arterias, eoſque nervos comprehendunt; atque inter duas quoque tunicas ſuperioribus partibus leves parvulæque ſunt. Hactenus propria utrique teſticulo & velamenta & auxilia ſunt. Communis deinde utrique, omnibusque interioribus ſinus eſt, qui iam conſpicitur a nobis. ὀσχεὸν Græci, ſcrotum noſtri vocant. Iſque ab ima parte mediis tunicis leviter innexus, a ſuperiore tantum circumdatus eſt.

Sub hoc igitur plura vitia eſſe conſuerunt, quæ modo ruptis tunicis, quas ab inguinibus incipere propoſui, modo his integris fiunt, ſiquidem interdum vel ex mor-
298,22. bo primum inflammatur, deinde poſtea pondere abrumpitur, vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quæ diducere ab inferioribus partibus inteſtina debuit. Tum pondere eo devolvitur, aut omentum, aut etiam inteſtinum: atque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes miſſum, ſubinde nervoſas tunicas, & ob id eius rei patientes diducit. ἐντεροκήλην & ἐπιπλοκήλην Græci vocant: apud nos indecorum, ſed commune his, herniæ nomen eſt.

Deinde, ſi deſcendit omentum, nunquam in ſcroto tumor tollitur, ſive inedia fuit, ſive corpus huc illucve converſum, aut aliquo modo collocatum: itemque, ſi re-

l. 3. *darion.* l. 7. *tenues patulæque.* L. l. 10. *& iam.* L. l. 13. *innexus eſt.* l. 24. *ut ibi.* l. 25. *aut ab.* l. 26. *niſum.* L. al. *demiſſum.* l. 27. *ob id, quod dixi patentes.* L. l. 30. *hirneæ.* l. 34. *alio quovis.*

ſi retentus eſt ſpiritus, non magnopere increſcit, tactu vero inæqualis eſt, & mollis, & lubricus.

At ſi inteſtinum quoque deſcendit, tumor is ſine inflammatione modo minuitur, modo increſcit; eſtque fere ſine dolore, &, cum conquieſcit aliquis aut iacet, interdum ex toto deſidit, interdum ſic dividitur, ut in ſcroto exiguæ reliquiæ maneant: at ſub clamore, & ſatietate, & ſi ſub aliquo pondere is homo nixus eſt, creſcit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur; eſtque tum ſcrotum & rotundum, & tactu læve: idque, quod ſubeſt, lubricum eſt; ſi preſſum eſt, ad inguen revertitur; dimiſſumque, iterum cum quodam quaſi murmure devolvitur. & id quidem in levioribus malis evenit. Nonnunquam autem ſtercore accepto vaſtius tumet, retroque compelli non poteſt: adfertque tum dolorem & ſcroto, & inguinibus, & abdomini. Nonnunquam ſtomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibuſdam etiam nigram.

Integris vero membranis interdum eam partem humor diſtringit. Atque eius quoque ſpecies duæ ſunt. Nam vel inter tunicas is increſcit, vel in membranis, quæ ibi circa venas & arterias ſunt, ubi hæ gravatæ occalluerunt. Ac ne ei quidem humori, qui inter tunicas eſt, una ſedes eſt. Nam modo inter ſummam & mediam, modo inter mediam & imam conſiſtit.

Ff 5 Græci

l. 4. *humor.* l. 9. *minuitur* pro *dividitur.* L. l. 10. *ſi* pro *ſub.* l. 14. *leve.* L. l. 27. *diſtendit.* L. l. 31. *occulaverunt.*

468,5. Græci communi nomine, quicquid eſt, ὑδροκήλην appellant: noſtri, ut ſcilicet nullis diſcriminibus ſatis cognitis, hæc quoque eodem nomine, quo priora, habent.

Signa autem quædam communia ſunt, quædam propria. Communia, quibus humor deprehenditur: propria, quibus locus. Humorem ſubeſſe diſcimus, ſi tumor eſt, nunquam ex toto ſe remittens, ſed interdum levior, aut propter famem, aut propter febriculam, maximeque in pueris: iſque mollis eſt, ſi non nimius humor ſubeſt; at, ſi is vehementer increvit, renititur ſicut uter repletus & arcte adſtrictus: venæ quoque in ſcroto inflantur; &, ſi digito premimus, cedit humor, circumfluenſque id, quod non premitur, attollit; & tanquam in vitro cornuve per ſcrotum apparet; iſque, quantum in ipſo eſt, ſine dolore eſt. Sedes autem eius ſic deprehenditur. Si inter ſummam mediamque tunicam eſt, cum digitis duobus premimus, paulatim humor inter eos revertens ſubit: ſcrotum remiſſius & albidius eſt; ſi ducitur, aut nihil, aut parvulum intenditur: teſticulus ea parte neque viſu, neque tactu ſentitur. At, ſi ſub media tunica eſt, intentum ſcrotum magis ſe attollit, adeo ut ſuperior coles ſub tumore eo deliteſcat.

Præter hæc æque integris tunicis ramex innaſcitur. κιρσοκήλην Græci appellant. Venæ intumeſcunt; hæ quoque intor-
468,23. tæ *, conglomerat æque ad ſuperiorem partem, vel ipſum ſcrotum implent, vel mediam

l. 2. *vero* pro *ut*. L. l. 3. *hoc*. L. l. 7. *locis*. l. 8. *dicimus*. l. 16. *preſſimus*. *preſſus*. l. *preſſimus*. *preſſus* l. 23. *ſcrotum ipſius*. l. 25. *paululum*. L. l. 31. *cyrſocoelen*. l. 32. *cum venæ*. L. l. 32. *quandoque*. L.

* *De hac voce vide Jo. Rhodium de Acia*, C. 15. p. 212.

mediam tunicam, vel imam: interdum etiam ſub ima tunica, circa ipſum teſticulum nervumque eius, increſcunt. Ex his eæ, quæ in ipſo ſcroto ſunt, oculis patent: hæ vero, quæ mediæ imæve tunicæ inſident, ut magis conditæ non æque quidem cernuntur, ſed tamen etiam viſui ſubiectæ ſunt: præterquam quod & tumoris aliquid eſt, pro venarum magnitudine & modo; & id prementi magis renititur, ac per ipſos venarum toros inæquale eſt; &, qua parte id eſt, teſticulus magis iuſto dependet. Cum vero etiam ſuper ipſum teſticulum nervumque eius id malum increvit, aliquanto longius teſticulus ipſe deſcendit, minorque altero fit; utpote alimento amiſſo.

Raro, ſed aliquando caro quoque inter tunicas increſcit. Σαρκοκήλην Græci vocant. 470,17.

Interdum etiam ex inflammatione tumet ipſe teſticulus, ac febres quoque adfert; &, niſi celeriter ea inflammatio conquievit, dolor ad inguina atque ilia pervenit; parteſque hæ intumeſcunt, & nervus, ex quo teſticulus dependet, plenior fit, ſimulque indureſcit.

Super hæc, inguen quoque nonnunquam ramices implent. Βουβωνοκήλην appellant. † 471,4

CAP.

l. 3. *ea.* l. 29. *varices.*

† *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. P. I. c. 72.*

CAP. XIX.

De Testiculorum curationibus communibus: & primo de incisione & curatione Inguinis, vel Scroti.

HIS cognitis, de curatione dicendum est. In qua quædam communia omninm sunt, quædam propria singulorum. Prius de communibus dicam. Loquar autem nunc de his, quæ scalpellum desiderant. nam quæ vel sanari non possint, vel aliter nutriri debeant, dicendum erit, simul cum ad species singulas venero. Inciditur autem interdum inguen, interdum scrotum. In utraque curatione homo ante triduum bibere aquam; pridie abstinere etiam a cibo debet: ipso autem die collocari supinns: deinde, si inguen incidendum est, idque iam pube contegitur, ante radendum est: & tum, extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, id incidendum sub imo ventre, qua cum abdomine tunicæ inferiores committuntur. Aperiendum autem audacter est, donec summa tunica, quæ ipsius scroti est, incidatur, perveniaturque ad eam, quæ media est. Plaga facta, foramen deorsum versus subest. In id demittendus est sinistræ manus digitus index, ut diductis intervenientibus membranulis, sinum laxet. Minister autem, sinistra manu comprehenso scroto, sursum versus eum debet extendere, & quam maxime ab inguinibus abducere; primum cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas, quæ

l. 13. *simul ac.* L. al. *simul ad.* ibid. *incidunt.* l. 16. *per triduum.* L. l. 20. om. *&*. L. l. 26. *qua.* l. 29. *simul* pro *sinum.*

quæ ſuper mediam tunicam ſunt, ſi digito deducere non poteſt, ſcalpello abſcidat: deinde ſine eo, ut is delapſus ipſi plagæ iungatur, digitoque inde promatur, & ſuper ventrem cum duabus ſuis tunicis collocetur. Inde, ſi qua vitioſa ſunt, circumcidenda ſunt. In quibus cum multæ venæ diſcurrant, tenuiores quidem præcidi protinus poſſunt: maiores vero ante longiore lino deligandæ ſunt; ne periculoſe ſanguinem fundant.

Sin media tunica vexata erit, aut ſub ea malum increverit, excidenda erit ſic, ut alte ad ipſum inguen præcidatur. Infra tamen non tota demenda eſt: nam quod ad baſin teſticuli vehementer cum ima tunica connexum eſt, excidi ſine ſummo periculo non poteſt. itaque ibi relinquendum eſt.

Idem in ima quoque tunica, ſi læſa eſt, faciendum eſt. Sed non a ſumma inguinis plaga, verum infra paulum ea abſcidenda; ne, læſa abdominis membrana, inflammationes moveat. Neque tamen nimium ex ea ſurſum relinquendum eſt; ne poſtea ſinuetur, & ſedem eidem malo præſtet.

Purgatus ita teſticulus per ipſam plagam cum venis, & arteriis, & nervo ſuo leniter demittendus eſt; videndumqun, ne ſanguis in ſcrotum deſcendat, neve concretus aliquo loco maneat. Quæ ita fient, ſi venis vinciendo medicus proſpexerit. Lina, quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debebunt. quæ, pure

l. 2. *diducere.* L. l. 3. *abſcindat.* L. l. 22. *paululum ea abſcindenda.* L. l. 25. *rurſum.* L. l. 29. *leviter.*

pure orto, ſine ullo dolore excident. Ipſi autem plagæ iniiciendæ duæ fibulæ ſunt; & inſuper medicamentum, quo glutinetur.

Solet interdum ab altera ora neceſſarium eſſe aliquid excidi, ut cicatrix maior & latior fiat. Quod ubi incidit, linamenta ſuper non fulcienda, ſed leviter tantum ponenda ſunt; ſupraque ea, quæ inflammationem repellant, id eſt, ex aceto vel lana ſuccida, vel ſpongia: cætera eadem, quæ, ubi pus moveri debet, adhibenda ſunt.

At, cum infra incidi oportet, reſupinato homine, ſubiicienda ſub ſcroto ſiniſtra manus eſt; deinde id vehementer apprehendendum, & incidendum; ſi parvulum eſt, quod nocet, modice, ut tertia pars integra, ad ſuſtinendum teſticulum, infra relinquatur: ſi maius eſt, etiam amplius, ut paulum tantummodo ad imum, cui teſticulus inſidere poſſit, integrum maneat. Sed primo rectus ſcalpellus quam leviſſima manu teneri debet, donec ſcrotum ipſum diducat, tum inclinandus mucro eſt, ut tranſverſas membranas ſecet, quæ inter ſummam mediamque tunicam ſunt. At, ſi vitium in proximo eſt, mediam tunicam attingi non oportet: ſi ſub illa quoque conditur, etiam illa incidenda eſt; ſicut tertia quoque, ſi illa vitium tegit. Ubicumque repertum malum eſt, miniſtrum ab inferiore parte exprimere moderate ſcrotum oportet: medicum, digito manubriolove ſcalpelli diductam inferiorem partem tunicæ

l. 4. *glutinentur.* l. 20. *paululum.* L. l. 25. *tramsverſa membrana.* l. 31. *autem repertum.* L. l. 33. 34. *manubriolo vel ſcalpello.* ib. *diducta inferiore parte tunicam.* L. al. *tunica,*

cæ extra collocare ; deinde eam ferramento , quod a ſimilitudine corvum vocant , incidere ſic, vt intrare duo digiti, index & medius poſſint. His deinde coniectis excipienda reliqua pars tunicæ , & inter digitos ſcalpellus immittendus eſt, eximendumque aut effundendum quicquid eſt noxium.

Quamcumque autem tunicam quis violavit , illam quoque debet excidere ; ac 461,14. mediam quidem , ut ſupra dixi , quam altiſſime ab inguine ; imam autem , paulo infra. Cæterum antequam excidantur, hæ quoque vinciri lino ſumme debent ; & eius lini capita extra plagam relinquenda ſunt, ſicut in aliis quoque venis , quæ id requiſierint.

Eo facto , teſticulus intus reponendus eſt : oræque ſcroti ſuturis inter ſe committendæ ; neque paucis , ne parum glutinentur , & longior fiat curatio ; neque multis , ne inflammationem augeant. Atque hic quoque videndum eſt , ne quid in ſcroto ſanguinis maneat ; tum imponenda glutinantia ſunt.

Si quando autem in ſcrotum ſanguis defluxit , aliquidve concretum ex eo decidit , incidi ſubter id debet ; purgatoque eo ſpongia , acri aceto madens , circumdari. Deligatum autem vulnus omne , quod ex his cauſis factum eſt , ſi dolor nullus eſt, quinque primis diebus non eſt reſolvendum , ſed bis die tantum aceto irroranda lana vel ſpongia impoſita : ſi dolor eſt, ter-

tia

l. 2. *curvum.* l. 3. *ut in eadem*: Ronſſeus. l. 4. *confectis incidenda.* L. l. 12. *ad inguen.* L. l. 14. *ſumma cura.* L. al. *ſummè.* l. 30. *deligatur.* l. 34. om. *impoſita.*

tia die reſolvendum; &, ubi fibulæ ſunt, hæ incidendæ; ubi linamentum, id mutandum eſt; roſaque & vino madefaciendum id, quod imponitur. Si inflammatio increſcit, adiiciendum prioribus cataplaſma ex lenticula & melle; vel ex malicorio, quod in auſtero vino coctum ſit; vel ex his mixtis. Si ſub his inflammatio non conquierit, poſt diem quintum multa calida aqua vulnus fovendum, donec ſcrotum ipſum & extenuetur, & rugoſius fiat: tum imponendum cataplaſma ex triticea farina, cui reſina pinea adiecta ſit. quæ ipſa, ſi robuſtus curatur, ex aceto; ſi tener, ex melle coquenda ſunt. Neque dubium eſt, quodcunque initium fuit, ſi magna inflam-
297,4. matio eſt, quin ea, quæ pus movent, imponenda ſint.

Quod ſi pus in ipſo ſcroto ortum eſt, paulum id incidi debet, ut exitus detur; linamentumque eatenus imponendum eſt, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter nervos propiore cataplaſmate, dein cerato utendum eſt. Hæc proprie ad eiusmodi vulnera pertinent. Cætera, & in curatione, & in victu, ſimilia his eſſe debent, quæ in alio quoque vulnerum genere præcepimus.

CAP. XX.

De Inteſtini in ſcrotum devoluti curatione a

HIS propoſitis ad ſingulas ſpecies veniendum eſt. Ac, ſi cui parvulo puero inteſtinum deſcendit, ante ſcalpellum

l. 2. *immutandum.* l. 16. *vitium.* L. l. 20. *paululum.* L. l. 23. *priore.* l. 30. om. *in ſcrotum devoluti.*

a *Æginet. VI.* 52. 65.

pellum experienda vinctura eſt. Faſcia eius rei cauſa ſit, cui imo loco pila aſſuta eſt ex panniculis facta, quæ ad repellendum inteſtinum ipſi illi ſubiicitur: deinde reliqua faſciæ pars arcte circumdatur. ſub quo ſæpe & intus compellitur inteſtinum, & inter ſe tunicæ glutinantur. Rurſus, ſi ætas proceſſit, multumque inteſtini deſcendiſſe ex tumore magno patet, adiiciunturque dolor & vomitus (quæ ex ſtercore, & ex cruditate, eo delapſo, fere accidunt) ſcalpellum adhiberi ſine pernicie non poſſe, manifeſtum eſt: levandum tantummodo malum, & per alias curationes extrahendum eſt.

Sanguis mitti ex brachio debet: deinde, ſi vires patiuntur, imperanda tridui abſtinentia eſt; ſi minus, certe pro vi corporis quam longiſſima. Eodem vero tempore ſuperhabendum cataplaſma ex lini ſemine, quod ante aliquis ex mulſo decoxerit. Poſt hæc, & farina hordeacea cum reſina iniicienda; & is demittendus in ſolium aquæ calidæ; cui oleum quoque adiectum ſit; dandumque aliquid cibi lenis & calidi. Quidam etiam alvum ducunt. Id deducere aliquid in ſcrotum poteſt, educere ex eo non poteſt. Per ea vero, quæ ſupra ſcripta ſunt, levato malo, ſi quando alias dolor reverterit, eadem erunt facienda.

Sine dolore quoque ſi multa inteſtina prolapſa ſunt, ſecari ſupervacuum eſt: non quo excludi a ſcroto non poſſint (niſi tamen id inflammatio prohibuit) ſed quo repulſa

l. 1. *iunctura*. l. 2. *loco*. L. l. 10. *dolores*. L. l. 11. *per cruditatem*. L. l. 11. *delapſa* aut *delapſis* haud dubie legendum. l. 19. *longiſſime*. l. 23 *ipſe*. L. al. *his*. l. 25. *levis*. L. ibid. om. &. l. 26. *ducere*. L. l. 33. *non quo non excludi*.

ſa inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent, atque ita fiat mali non finis, ſed mutatio.

At in eo, quem ſcalpello curari oportebit, ſimulatque ad mediam tunicam vulnus in inguine factum pervenerit, duobus hamulis ea iuxta ipſas oras apprehendi debebit, dum eductis omnibus membranulis medicus eam liberat. Neque enim niſi cum periculo læditur, quæ excidenda eſt; cum inteſtinum eſſe, niſi ſub ea, non poſſit. Ubi diducta autem erit, ab inguine uſque ad teſticulum incidi debebit ſic, ne is ipſe lædatur; tum excidi. Fere tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicum malum recipit.

Sin vir robuſtus eſt, maiusque id vitium eſt, extrahi teſticulus non debet, ſed in ſua ſede permanere. Id hoc modo fit. Inguen eadem ratione uſque ad mediam tunicam ſcalpello aperitur; eaque tunica eodem modo duobus hamis excipitur ſic, ut a miniſtro teſticulus eatenus contineatur, ne per vulnus exeat: tum ea tunica deorſum verſus ſcalpello inciditur; ſub eaque index digitus ſiniſtræ manus ad imum teſticulum demittitur, eumque ad plagam compellit: deinde dextræ manus duo digiti, pollex atque index, venam & arteriam & nervum tunicamque eorum a ſuperiore tunica diducunt, quod ſi aliquæ membranulæ prohibent, ſcalpello reſolvuntur, donec ante oculos tota iam tunica ſit. Exciſis, quæ excidenda ſunt, repoſitoque teſticulo,

l. 9. *liberet*. L. ibid. om. *niſi*. l. 10. *incidenda*. l. 12. *deducta*. l. 13. om. *is*. L. *albis ipſe*. l. 17. *Si*. l. 18. *teſticulum*. l. 22. *ſiniſtro*.

culo, ab ora quoque eius vulneris, quod in inguine eſt, demenda habenula paulo latior eſt; quo maior plaga ſit, & plus creare carnis poſſit.

CAP. XXI.

De Omenti in ſcrotum prolapſi curatione.

At ſi omentum deſcendit, eodem quidem modo, quo ſupra ſcriptum eſt, aperiendum inguen, diducendæque tunicæ ſunt. Conſiderandum autem eſt, maiorne eius modus, an exiguus ſit. Nam quod parvulum eſt, ſuper inguen in alvum vel digito vel averſo ſpecillo repellendum eſt: ſi plus eſt, ſinere oportet dependere, quantum ex utero prolapſum eſt; idque adurentibus medicamentis illinere, donec *a* emoriatur & excidat. Quidam hic quoque duo lina acu traiiciunt, biniſque ſingulorum capitibus diverſas partes adſtringunt, ſub quo æque, ſed tardius emoriatur. Adiicitur tamen hic quoque celeritati, ſi omentum ſuper vinculum illinitur medicamentis, quæ ſic exedunt, ne erodant. σηπτικὰ Græci vocant. Fuerunt etiam, qui omentum forfice præciderent. Quod in parvulo non eſt neceſſarium: ſi maius eſt, poteſt profuſionem ſanguinis facere; ſiquidem omentum quoque venis quibuſdam, etiam maioribus illigatum eſt. Neque vero, ſi diſciſſo ventre id, quod prolapſum eſt, forfice præciditur, cum & emortuum ſit, & aliter tutius avelli non poſſit, inde huc exemplum transferendum eſt.

l. 7. om. *in ſcrotum prolapſi.* l. 12. *is* pro *eius.* l. 13. *uterum.* L. l. 14. *adverſo.* L. l. 22. *emoritur.* L. l. 24. om. *ſic.* L. ibid. *nec erodunt.* L. l. 31. *diſcuſſo.* l. 32. om. *eſt.*

a *Aph. VI.* 58.

Vulnus autem curari, ſi relictum omentum eſt, ſutura debet: ſi id amplius fuit, & extra emortuum eſt, exciſis oris, ſicut ſupra propoſitum eſt.

458,2. *2. De Herniæ aquoſæ curatione.* b

Si vero humor intus eſt, incidendum eſt: in pueris quidem, inguen; niſi in his quoque liquoris eius maior modus prohibet: in viris vero, & ubicunque multus humor ſubeſt, ſcrotum. Deinde, ſi inguen inciſum eſt, eo protractis tunicis humor effundi debet: ſi ſcrotum, & ſub hoc protinus vitium eſt, nihil aliud quam humor eſt effundendus, abſcindendæque membranæ ſunt, ſi quæ eum continuerunt; deinde eluendum id ex aqua, quæ vel ſalem adiectum, vel nitrum habeat: ſi ſub media, imave tunica, totæ hæ extra ſcrotum collocandæ, excidendæque ſunt.

CAP. XXII.

De Ramicis curatione.

458,31. RAMEX * autem, ſi ſuper ipſum ſcrotum eſt, adurendus eſt tenuibus & acutis ferramentis, quæ ipſi venis inſigantur; cum eo, ne amplius quam has urant; maximeque, ubi inter ſe implicatæ glomerantur, eo ferrum id admovendum eſt; tum ſuper farina ex aqua frigida ſubacta iniicienda eſt; utendumque eo vinculo, quod
400,34. idoneum eſſe ani curationibus poſui: tertio die lenticula cum melle imponenda eſt: poſt, eiectis cruſtis, ulcera melle purganda, roſa implenda, & ad cicatricem aridis linamentis

l. 1. *reductum.* L. l. 5. om. inſcriptio. l. 11. *protactis.* l. 34. om. *&*.

b *Æginet. VI.* 62. * *Hanc vocem exponit Salmaſius Epiſt.* 56.

mentis perducenda ſunt. Quibus vero ſuper mediam tunicam venæ tument, incidendum inguen eſt, atque tunica promovenda, ab eaque venæ digito vel manubriolo ſcalpelli ſeparandæ. qua parte vero inhærebunt, & ab ſuperiore & ab inferiore parte lino vinciendæ; tum ſub ipſis vinculis præcidendæ, reponenduſque teſticulus eſt. At, ubi ſupra tertiam tunicam ramex inſedit, mediam excidi neceſſe eſt. Deinde, ſi duæ treſve venæ tument, & ita pars aliqua obſidetur, ut maiore vitio vacet, idem faciendum, quod ſupra ſcriptum eſt; ut ab inguine, & a teſticulo deligatæ venæ præcidantur, iſque condatur. Sin totum id ramex obſederit, per plagam demittendus digitus index erit, ſubiiciendus que venis ſic, ut paulatim protrahat æque adducendo, donec is teſticulus par alteri fiat; tum fibulæ oris ſic iniiciendæ, ut ſimul eas quoque venas comprehendant. Id hoc modo fit. Acus ab exteriore parte oram vulneris perforat: tum non per ipſam venam, ſed per membranam eius immittitur, per eamque in alteram oram compellitur. Venæ vulnerari non debent, ne ſanguinem fundant. Membrana ſemper inter has venas eſt, ac neque periculum affert, & filo comprehenſas illas abunde tenet. itaque etiam ſatis eſt, duas fibulas eſſe. Tum venæ, quæcunque protractæ ſunt in ipſum inguen, averſo ſpecillo compelli debent. Solvendi fibulas tempus, inflammatione finita, & purgato vulnere, eſt; ut una ſimul & oras & venas cicatrix devinciat.

l. 3. *promenda.* L. l. 12. *maior eo vitio.* L.
l. 17. *paulatim eas.* l. 20. *vinciendæ. incidendæ.*
l. 31. *adverſo.* l. 32. *comprehendi.*

Ubi vero inter imam tunicam & ipſum teſticulum nervumque eius ramex ortus eſt, una curatio eſt, quæ totum teſticulum abſcidit. Nam neque ad generationem quicquam is confert, & omnibus indecore, quibuſdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum, media tunica promenda, atque excidenda eſt: idem in ima faciendum; nervuſque, ex quo teſticulus dependet, præcidendus. Poſt id venæ & arteriæ ad inguen lino deligandæ, & infra vinculum abſcidendæ ſunt.

CAP. XXIII.

De Carne, quæ inter tunicas teſticulorum concrevit, & de Nervo indurato. a

459,19. CARO quoque, ſi quando inter tunicas concrevit, nihil dubii eſt, quin eximenda ſit: ſed id, ipſo ſcroto inciſo, fieri commodius eſt.

At, ſi nervus induruit, curari res neque manu, neque medicamento poteſt. Urgent enim febres ardentes; & aut virides, aut nigri vomitus: præter hæc, ingens ſitis, & linguæ aſpritudo; fereque a die tertio ſpumans bilis alvo cum roſione redditur. Atque neque aſſumi facile cibus, neque contineri poteſt: neque multo poſt extremæ partes frigeſcunt, tremor oritur, manus ſine ratione extenduntur; deinde fronte frigidus ſudor, eumque mors ſequitur.

CAP.

l. 4. *abſcindit.* L. l. 12. *abſcindendæ.* L. l. 20. *increvit.* L.

a *Æginet. VI.* 63.

CAP. XXIV.

De Ramice inguinis. a

UBI vero in ipso inguine ramex est, si 459,29. tumor modicus est, semel incidi; si maior, duabus lineis debet, ut medium excidatur: deinde, non extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendæ venæ, vinciendæque, ubi tunicis inhærebunt, & sub his nodis præcidendæ sunt. Neque quicquam novi curatio vulneris eius requirit.

CAP. XXV.

Ad tegendam Glandem colis, si nuda est. *

AB his ad ea transeundum est, quæ in cole ipso fiunt. In quo si glans nuda est, vultque aliquis eam decoris *a* causa tegere, fieri potest: sed expeditius in 393,12. puero, quam in viro; in eo, cui id naturale est; quam in eo, qui quarundam gentium more circumcisus est; in eo, cui glans parva iuxtaque eam cutis spatiosior, brevis ipse coles est, quam in quo contraria his sunt. Curatio autem eorum, quibus id naturale est, eiusmodi est. Cutis circa glandem apprehenditur *b* & extenditur, donec illam ipsam condat; ibique deligatur: deinde, iuxta pubem, in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur; magnaque cura cavetur, ne vel urinæ iter, vel venæ, quæ ibi sunt, incidantur. Eo facto, cutis ad vinculum inclinatur, nudaturque circa pubem velut circulus; eoque linamenta dantur, ut ca-

l. 9. *quæ* pro *que.* l. 10. *modis.* l. 23. *vero* pro *brevis.* l. 27. *prehenditur.* l. 24. *tum super eo.*

a *Æginet. VI.* 66. *Aetius Tetrab. IV. Serm. II. c.* 24.
* *H. F. ab Aquapend. Operat. Chirurg. Part. I. c.* 61.
a *Ægin. VI.* 53. b *Idem ibidem.*

ro increscat, & id impleat, satisque velamenti supra latitudo plagæ præstet. Sed, donec cicatrix sit, vinctum esse id debet; in medio tamen relicto exiguo urinæ itinere. At in eo, qui circumcisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. Non ita dolet, quia, summo soluto, deduci seorsum usque ad pubem manu potest; neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem: tum multa frigida aqua fovetur; emplastrumque circa datur, quod valenter inflammationem reprimat; proximisque diebus ut prope a fame victus est, ne forte eam partem satietas excitet. Ubi iam sine inflammatione est, deligari debet a pube usque circulum: super glandem autem, averso emplastro imposito, induci. sic enim fit, ut inferior pars glutinetur; superior ita sanescat, ne inhæreat.

2. *Quomodo Glans penis contecta aperiri possit.**

393,13. CONTRA, si glans ita contecta est, ut nudari non possit (quod vitium Græci φίμωσιν a appellant) aperienda est. Quod hoc modo fit. Subter a summa ora, cutis inciditur recta linea usque ad frenum; atque ita superius tergus relaxatum, cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiem tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est sic, ut vertex eius ad frenum; basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, aliaque medicamenta; quæ

l. 2. *præstat.* l. 8. *diduci.* L. l. 12. *emplastroque circumdatur.* L. l. ead. *valentes.* l. 14. *diebus abstinere, donec prope--sit.* L. l. 18. *adverso.* L.

* *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 62.
a *Æginet. VI.* 54.

quæ ad ſanitatem perducant. Neceſſarium autem eſt, donec cicatrix ſit, conquieſcere: nam ambulatio, atterendo ulcus ſordidum reddit.

3. *Infibulandi ratio.* *

Infibulare quoque adoleſcentulos, interdum vocis, interdum valetudinis cauſa quidam conſuerunt: eiuſque hæc ratio eſt. Cutis, quæ ſuper glandem eſt, extenditur, notaturque utrinque a lateribus atramento, qua perforetur; deinde remittitur. Si ſuper glandem notæ revertuntur, nimis apprehenſum eſt, & ultra notari debet: ſi glans ab his libera eſt, is locus idoneus fibulæ eſt. Tum, qua notæ ſunt, cutis acu filum ducente tranſuitur, eiuſque fili capita inter ſe deligantur, quotidieque id movetur, donec circa foramina cicatriculæ fiant. Ubi hæ confirmatæ ſunt, exempto filo fibula additur, quæ, † quo levior, eo melior eſt. Sed hoc quidem ſæpius inter ſupervacua, quam inter neceſſaria eſt.

CAP. XXVI.

De Urinæ reddendæ difficultate, & curatione. a

RES vero interdum cogit emoliri manu urinam, cum illa non redditur; aut quia ſenectute iter eius collapſum eſt; aut quia calculus, vel concretum aliquid ex ſanguine intus ſe oppoſuit: ac mediocris quoque inflammatio ſæpe eam reddi naturaliter prohibet. Idque non in viris tantummodo, ſed in fœminis quoque interdum neceſſarium eſt. Ergo æneæ fiſtulæ

l. 6. om. *interdum vocis.* L. l. 10. *alteribus.* ibid. *perforatur.* l. 19. *excepto filo fibula inditur.* L. ibid. *quo melior, eo levior.* l. 23. *difficultate & de calculo curationibusque eorum.* l. 34. *aheneae.*

* *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 63.
† *Rhodius de Acia, cap.* 6. *pag.* 83. a *Æginet. VI.* 59.

fiunt: quæ ut omni corpori, ampliori minorique sufficiant, ad mares, tres; ad fœminas, duæ medico habendæ sunt. Ex virilibus maxima decem & quinque est digitorum; media, duodecim; minima, novem: ex mulieribus maior, novem; minor, sex. Incurvas vero esse eas paulum, sed magis viriles oportet, lævesque admodum; ac neque nimis plenas, neqne nimis tenues.

Homo tum resupinus eo modo, quo in curatione ani figuratur, super subsellium aut lectum collocandus est. Medicus autem a dextro latere, sinistra quidem manu colem masculi continere, dextra vero fistulam demittere in iter urinæ debet: atque ubi ad cervicem vesicæ ventum est, simul cum cole fistulam inclinatam in ipsam vesicam compellere, eamque, uri-
185,30. na reddita, recipere. Fœmina brevius
481,22. urinæ similiter & rectius iter habet, quod
mammulæ simile, inter imas oras super naturale positum, non minus sæpe auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exhibet.

Nonnunquam etiam prolapsus in ipsam fistulam calculus, quia subinde ea extenuatur, non longe ab exitu inhærescit. Eum, si fieri potest, oportet vellere, vel oricalario specillo, vel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quamplurimum attrahenda &, condita glande, lino vincienda est: deinde a latere recta plaga coles

l. 1. *eæque.* L. l. 7. *paululum.* L. l. 12. *calculi* pro *ani.* L. ibid. *subsellum.* l. 21. *urinæ iter, simul & rectius hab.* L. l. 22. *caruncula* pro *mammulæ.* L. l. 24. *eget, sed.* L. l. 27. *qui.* L. l. 29. *evellere.* L.

les incidendus, & calculus eximendus eſt: tum cutis remittenda. ſic enim fit, ut inciſum colem integra pars cutis contegat, & urina naturaliter profluat.

2. *Calculoſis quæ curatio adhibeatur.* b

Cum veſicæ vero, calculique facta mentio ſit; locus ipſe exigere videtur, ut ſubiiciam, quæ curatio calculoſis, cum aliter ſuccurri non poteſt, adhibeatur. Ad quam feſtinare, cum præceps ſit, nullo modo convenit. Ac neque omni tempore, neque in omni ætate, neque in omni vitio id experiendum eſt: ſed ſolo vere, in eo corpore, quod iam novem annos, nondum quatuordecim exceſſit; &, ſi tantum mali ſubeſt, ut neque medicamentis vinci poſſit, neque etiam trahi poſſe videatur, quo minus interpoſito aliquo ſpatio interimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina pro- 138,3.
ficiat; ſed quo ſæpius utique in hoc fallat, in quo plura & genera & tempora periculi ſunt. quæ ſimul cum ipſa curatione proponam.

Igitur, ubi ultima experiri ſtatutum eſt, ante aliquot diebus victu corpus præparandum eſt, ut modicos, ut ſalubres cibos, ut minime glutinoſos aſſumat, ut aquam bibat. Ambulandi vero inter hæc exercitatione utatur, quo magis calculus ad veſicæ cervicem deſcendat. Quod an inciderit, digitis quoque, ſicut in curatione docebo, demiſſis cognoſcitur. Ubi eius rei fides eſt, pridie is puer in ieiunio continendus; & tum loco calido cura-

tio

l. 5. *quæ curatio calculoſis adh.*

b *Æginet. VI.* 60. *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. c.* 59.

tio adhibenda: quæ hoc modo ordinatur.

Homo prævalens & peritus in ſedili alto conſidit, ſupinumque eum & averſum, ſuper genua ſua coxis eius collocatis, comprehendit; reductiſque eius cruribus, ipſum quoque iubet, manibus ad ſuos poplites datis, eos, quam maxime poſſit, attrahere; ſimulque ipſe ſic eos continet. Quod ſi robuſtius corpus eius eſt, qui curatur, duobns ſedilibus iunctis, duo valentes inſidunt: quorum & ſedilia & interiora crura inter ſe deligantur, ne diduci poſſint. Tum is ſuper duorum genua eodem modo collocatur; atque alter, prout conſedit, ſiniſtrum crus eius, alter dextrum, ſimulque ipſe poplites ſuos attrahit. Sive autem unus, ſive duo continent, ſuper humeros eius ſuis pectoribus incumbunt. Ex quibus evenit, ut inter ilia ſinus ſuper pubem ſine ullis rugis ſit extentus, & in anguſtum compulſa veſica, facilius calculus capi poſſit. Præter hæc, etiamnum a lateribus duo valentes obiiciuntur, qui circumſtantes, labare vel unum vel duos, qui puerum continent, non ſinunt.

Medicus deinde, diligenter unguibus circumciſis, ſiniſtræ manus duos digitos, indicem & medium, leniter prius unum, deinde alterum in anum eius demittit; dextræque digitos ſuper imum abdomen leniter imponit; ne, ſi utrinque digiti circa calculum vehementer concurrerint, veſicam lædant. Neque vero feſtinanter in hac re, ut in plerisque, agendum eſt; ſed ita, ut

quam

l. 3. *adverſum.* l. 11. *quo.* l. 27. *atque ſiniſtra manu duos uius digitos.* l. 28. *prius unctos oleo, ſimul in.* L. l. 33. *lædat.* L.

quam maxime id tuto fiat. Nam læſa veſica nervorum diſtentiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa cervicem quæritur calculus. Ibi repertus, minore negotio expellitur. Et ideo dixi, ne curandum quidem, niſi cum hoc indiciis ſuis cognitum eſt. Si vero aut ibi non fuit, aut receſſit retro, digiti ad ultimam veſicam dantur; paulatimque dextra quoque manus eius ultra translata ſubſequitur.

Atque, ubi repertus eſt calculus (qui neceſſe eſt in manus incidat) eo curioſius deducitur, quo minor læviorque eſt; ne effugiat, id eſt, ne ſæpius agitanda veſica ſit. Ergo ultra calculum dextra ſemper manus ei ſe opponit; ſiniſtræ digiti deorſum eum compellunt, donec ad cervicem pervenitur. In quam, ſi oblongus eſt, ſic compellendus eſt, ut pronus exeat: ſi planus, ſic, ut tranſverſus ſit: ſi quadratus, ut duobus angulis ſedeat: ſi altera parte plenior, ſic, ut prius ea, qua tenuior ſit, evadat. In rotundo nihil intereſſe, ex ipſa figura patet; niſi, ſi lævior altera parte eſt, ut ea antecedat.

Cum iam eo venit, incidi ſuper veſicæ cervicem iuxta anum cutis plaga lunata uſque ad cervicem veſicæ debet, cornibus ad coxas ſpectantibus paulum: deinde ea parte, qua reſima plaga eſt, etiamnum ſub cute, altera tranſverſa plaga facienda eſt, qua cervix aperiatur; donec urinæ iter pateat ſic, ut plaga paulo maior, quam calculus ſit. Nam, qui metu

ſiſtu-

l. 4. *ubi.* L. l. 6. *cum in hoc.* l. 13. *levior.* l. 16. *eius opponitur.* l. ead. *ſiniſtra eum compellit deorſum digitis.* L. l. 19. *ut ne.* L. l. 24. *levior.* l. 26. 27. *ut ſuper--ſit, iuxta.* L. al. *ut incidi.* l. 28. *debeat.* l. 29. *paululum.* L. l. 30. *ſtrictior ima.* L. l. 34. *meatu.*

fiſtulæ (quam illo loco *οὐρορυάδα* Græci vocant) parum patefaciunt, cum maiore periculo eodem revolvuntur: quia calculus iter, cum vi promitur, facit, niſi accipit. idque etiam pernicioſius eſt, ſi figura quoque calculi, vel aſpritudo aliquid eo contulit. Ex quo & ſanguinis profuſio, & diſtentio nervorum fieri poteſt. quæ ſi quis evaſit, multo tamen patentiorem fiſtulam habiturus eſt rupta cervice, quam habuiſſet, inciſa.

Cum vero patefacta eſt, in conſpectum calculus venit: in cuius corpore multum diſcrimen eſt. Ipſe, ſi exiguus eſt, digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi poteſt. Si maior, iniiciendus a ſuperiore ei parte uncus eſt, eius rei cauſa factus. Is eſt ad extremum tenuis, in ſemicirculi ſpeciem retuſæ latitudinis; ab exteriori parte lævis, qua corpori iungitur, ab interiori aſper, qua calculum attingit. Isque longior potius eſſe debet: nam brevis extrahendi vim non habet. Ubi iniectus eſt, in utrumque latus inclinandus eſt, ut appareat calculus, & teneatur; quia, ſi apprehenſus eſt, ille ſimul inclinatur. Idque eo nomine opus eſt, ne, cum adduci uncus cœperit, calculus intus effugiat, hic in oram vulneris incidat, eamque convulneret. In qua re, quod periculum eſſet, iam ſupra propoſui.

Ubi ſatis teneri calculum patet, eodem pene momento triplex motus adhibendus eſt: in utrumque latus; deinde extta, ſic tamen

l. 1. *corbyada.* *χοριάδα.* *οὐρυάδα.* *οὐρήθραν.* l. 12. *Cum via perfecta.* L. l. 14 *Ideo* pro *ipſe.* L. l. 19. *ſpecie* l. ead. *interiori.* L. al. *anteriori.* l. 22. *brevior.* L. l. 23. om. *non.* l. 26. 27. *Ideoque eo minimo* (al. *minime*) *opus.*

tamen, ut leniter id fiat, paulumque primo calculus attrahatur: quo facto, attollendus uncus extremus eſt, uti intus magis maneat, faciliusque illum producat. Quod ſi aliquando a ſuperiore parte calculus parum commode comprehenditur, a latere erit apprehendendus. Hæc eſt ſimpliciſſima curatio.

Sed varietas rerum quaſdam etiamnum animadverſiones deſiderat. Sunt enim quidam non aſperi tantummodo, ſed ſpinoſi quoque calculi, qui per ſe quidem delapſi in cervicem, ſine ullo periculo eximuntur. In veſica vero, non tuto vel hi conquiruntur, vel attrahuntur: quoniam, ubi illam convulnerarunt, ex diſtentione nervorum mortem maturant; multoque magis, ſi ſpina aliqua veſicæ inhæret, eamque, cum duceretur, duplicavit. Colligitur autem eo, quod difficilius urina redditur, in cervice calculum eſſe; eo, quod cruenta deſtillat, illum eſſe ſpinoſum: maximeque id ſub digitis quoque experiendum eſt, neque adhibenda manus, niſi id conſtitit. Ac tum quoque leniter intus digiti obiiciendi, ne violenter promovendo convulnerent: tum incidendum. Multi hic quoque ſcalpello uſi ſunt. Meges (quoniam is infirmior eſt, poteſtque in aliqua prominentia incidere, inciſoque ſuper illam corpore, qua cavum ſubeſt, non ſecare, ſed relinquere, quod iterum incidi neceſſe ſit) ferramentum fecit rectum, in ſumma parte labroſum, in ima ſemicirculatum acutum-

l. 1. *paululum*. L. l. 19. *deduceretur*. L. l. 21. *diſtillat*. L. l. 14. *conſiſtit*. L. l. 33. *in ſummam partem* (al. parte) l. 34. *imam*.

tumque. Id receptum inter duos digitos, indicem ac medium, super pollice imposito sic deprimebat, ut simul cum carne, si quid ex calculo prominebat, incideret. Quo consequebatur, ut semel, quantum satis esset, aperiret. Quocunque autem modo cervix ea patefacta est, leniter extrahi, quod asperum est, debet; nulla, propter festinationem, vi admota.

3. *Signa calculorum, vel arenosorum, vel mollium.*

At calculus arenosus, & ante manifestus
61,16. est; quoniam & urina, quæ redditur, arenosa est: & in ipsa curatione; quoniam inter subjectos digitos neque æque, sed leniter renititur, & insuper dilabitur. Item molles calculos, & ex pluribus minutisque, sed inter se se parum adstrictis, compositos indicat urina, secum trahens quasdam quasi squamulas. Hos omneis, leniter permutatis subinde digitorum vicibus, sic oportet abducere, ne vesicam lædant, neve intus aliquæ dissipatæ reliquiæ maneant, quæ postmodum curationi difficultatem faciant. Quicquid autem ex his in conspectum venit, vel digitis, vel unco eximendum est.

At, si plures calculi sunt, singuli protrahi debent; sic tamen, ut, si quis exiguus superérit, potius relinquatur. Siquidem in vesica difficulter invenitur; inventusque celeriter effugit. Ita longa inquisitione vesica læditur, excitatque inflammationes mortiferas; adeo ut quidam secti, cum diu frustraque per digitos vesica esset agitata,

tata,

l. 4. *Quo cum sequebatur.* l. 7. *parte secta.* L. al. *parte facta.* l. 13. om. *&*. L. l. 15. om. *sed.* l. 16. *dilatatur.* l. 16 - - 19. *mollis calculus - compositus - indicatur - in se attrahens.* l. 33. *non secti.* L.

tata, deceſſerint. Quibus accedit etiam, quod exiguus calculus, ad plagam urina poſtea promovente, excidit.

Si quando autem is, maior, non videtur, niſi rupta cervice, extrahi poſſe, findendus eſt. cuius repertor Ammonius ob id λιθοτόμος cognominatus eſt. Id hoc modo fit. Uncus iniicitur calculo ſic, ut facile eum concuſſum quoque teneat, ne is retro revolvatur: tum ferramentum adhibetur craſſitudinis modicæ, prima parte tenui, ſed retuſa, quod admotum calculo, & ex altera parte ictum, findat; magna cura habita, ne aut ad ipſam veſicam ferramentum perveniat, aut calculi fractura quid incidat.

4. *De Calculis fœminarum.*

Hæ vero curationes in fœminis quoque ſimiles ſunt; de quibus parum, proprie tamen quædam dicenda ſunt. Siquidem in his, ubi parvulus calculus eſt, ſcalpellus ſupervacuus eſt; quia is urina in cervicem compellitur,
quæ & brevior, *e* quam in maribus, & la- 185,30.
xior eſt. Ergo & per ſe ſæpe excidit, &, ſi 474,20.
in primo, quod eſt anguſtius, inhæret, eodem tamen unco ſine ulla noxa educitur. At in maioribus calculis neceſſaria eadem curatio eſt. Sed virgini ſubiici digiti tanquam maſculo, mulieri per naturalia eius debent. Tum, virgini quidem, ſub ima ſiniſteriore ora; mulieri vero, inter urinæ iter & os pubis, incidendum eſt ſic, ut utroque loco plaga tranſverſa ſit. neque terreri convenit, ſi plus ex muliebri corpore ſanguinis profluit.

5. *Quæ*

l. 6. *Ammonius, qui ob* L. l. 9. *conclusum.* L. l. 12. *admodum calculum.* l. 13. *findit* l. 14. *per ferramentum.* l. 15. *nequid.* L. l. 21. *urinam.* ibid. *non compellit.* l. 24. *in urinæ itinere.* L.

e *Aetius Tetrab. IV. c.* 99.

5. *Quæ curatio calculo evulso habenda sit.*

Calculo evulso, si valens corpus est, neque magnopere vexatum, sinere oportet sanguinem fluere, quo minor inflammatio oriatur. Atque, ingredi quoque eum paulum, non alienum est, ut excidat, si quid intus concreti sanguinis mansit. Quod si per se non destitit, rursus, ne vis omnis intereat, supprimi debet. Idque protinus, in imbecillioribus, ab ipsa curatione faciendum est. Siquidem, ut distentione nervorum periclitatur aliquis, dum vesica eius agitatur; sic alter metus excipit, remotis medicaminibus, ne tantum sanguinis profluat, ut occidat. Quod ne incidat, desidere is debet in acre acetum, cui aliquantum salis sit adiectum. sub quo & sanguis fere conquiescit, & adstringitur vesica, ideoque minus inflammatur. Quod si parum proficit, agglutinanda cucurbitula est, & inguinibus, & coxis, & super pubem.

Ubi iam satis vel evocatus est sanguis, vel prohibitus, resupinus collocandus est sic, ut caput humile sit, coxæ paulum excitentur: ac super vulnus imponendum est duplex aut triplex linteolum, aceto madens. Deinde, interpositis duabus horis, in solium is aquæ calidæ resupinus demittendus est sic, ut a genibus ad umbilicum aqua teneat, cætera vestimentis circumdata sint; manibus tantummodo pedibusque nudatis, ut & minus digeratur, & ibi diutius maneat. Ex quo sudor multus oriri solet: qui spongia subinde in facie detergendus est.

l. 5. *paululum.* L. l. 13. *excipitur.* l. 21. *in genibus.* L. l. 24. *paululum.* L. l. 25. *ulcus.* l 34. *quo.* l. ead. *in facie.* ibid. *detergendum.*

est. Finisque eius fomenti est, donec infirmando offendat. Tum multo is oleo perungendus, inducendusque hapsus lanæ mollis, te- 210,6.
pido oleo repletus, qui pubem, & coxas, & inguina, & plagam ipsam, contectam eodem ante se linteolo, protegat: isque subinde oleo tepido madefaciendus est; ut neque frigus ad vesicam admittat, & nervos leniter molliat. Quidam cataplasmatis calefacientibus utuntur. Ea plus pondere nocent, atque vesicam urgendo vulnus irritant, quam calore proficiunt. Ergo ne vinculum quidem ullum necessarium est.

Proximo die, si spiritus difficilius redditur, si urina non excedit, si locus circa pubem mature intumuit, scire licet, in vesica sanguinem concretum remansisse. Igitur, demissis eodem modo digitis, leniter pertractanda vesica est, & discutienda, si qua coierunt: quo fit, ut per vulnus postea procedant. Non alienum etiam est, oriculario clystere acetum nitro mixtum per plagam in vesicam compellere. nam sic quoque discutiuntur, si qua cruenta coierunt. Eaque facere etiam primo die convenit, si timemus, ne quid intus sit: maximeque, ubi ambulando id elicere imbecillitas prohibuit. Cætera eadem facienda sunt: ut demittatur in solium, ut eodem modo panniculus, eodem lana superiniiciatur.

Sed neque sæpe, neque tamdiu in aqua calida puer habendus, quam adolescens est; infirmus, quam valens; levi, quam

 gra-

l. 11. *quæ* al. *quia* pro *atque*. l. 15. *exit*. L.
l. 18. *leviter*. l. 30. *eadem*.

graviore inflammatione adfectus; is, cuius corpus digeritur, quam is, cuius adſtrictum eſt. Inter hæc vero, ſi ſomnus eſt, & æqualis ſpiritus, & madens lingua, & ſitis modica, & venter imus ſedet, & mediocris eſt cum febre modica dolor, ſcire licet, recte procedere curationem.

Atque in his inflammatio fere quinto vel ſeptimo die finitur: qua levata, ſolium ſupervacuum eſt. ſupini tantummodo vulnus aqua calida fovendum eſt, ut, ſi quid urinæ rodit, abluatur. Imponenda autem medicamenta ſunt pus moventia; &, ſi purgandum ulcus videbitur, melle linendum. Id, ſi rodet, roſa temperabitur. Huic curationi
262,17. aptiſſimum videbitur ἐννεαφάρμακον emplaſtrum. nam & ſevum habet ad pus movendum, & mel ad ulcus repurgandum: medullam etiam, maximeque vitulinam: quæ in id, ne fiſtula relinquatur, præcipue proficit. Linamenta vero tum ſuper ulcus non ſunt neceſſaria; ſuper medicamentum, ad id continendum, recte imponuntur. At, ubi ulcus purgatum eſt, puro linamento ad cicatricem perducendum eſt.

Quibus temporibus tamen, ſi felix curatio non fuit, varia circa pericula oriuntur. Quæ præſagire protinus licet, ſi continua vigilia eſt, ſi ſpiritus difficultas, ſi lingua arida eſt, ſi ſitis vehemens, ſi venter imus tumet, ſi vulnus hiat, ſi transfluens urina id non rodit, ſi ſimiliter ante tertium diem quædam livida excidunt, ſi is aut nihil aut tarde reſpondet, ſi vehementes dolores

l. 5. *imus, ſed &.* l. 8. *At.* L. l. 12. *rodet.* l. 14. *liniendum.* L. l. 19. *medulla vitulina, quod.* l. 31. *tranſiluens. tranſiliens.* L.

lores ſunt, ſi poſt diem quintum magnæ febres urgent, & faſtidium cibi permanet, ſi cubare in ventrem iucundius eſt. Nihil tamen peius eſt diſtentione nervorum, &, ante nonum diem, vomitu bilis. Sed cum inflammationis ſit metus, ſuccurri abſtinentia, modicis & tempeſtivis cibis; inter hæc, fomentis, & quibus ſupra ſcripſimus, oportet.

CAP. XXVII.

De Cancro, qui inciſa veſica naſcitur.

PROXIMUS cancri metus eſt. Is cognoſcitur, ſi, & per vulnus, & per ipſum colem, fluit ſanies mali odoris, cumque ea quædam a concreto ſanguine non abhorrentia, tenueſque carunculæ lanulis ſimiles. præter hæc, ſi oræ vulneris aridæ ſunt, ſi dolent inguina, ſi febris non deſinit, eaque in noctem augetur, ſi inordinati horrores accedunt. Conſiderandum autem eſt, in quam partem cancer is tendat. Si ad colem, indureſcit is locus, & rubet, & tactu dolorem excitat, teſticulique intumeſcunt: ſi in ipſam veſicam, * ani dolor ſequitur, coxæ dureſcunt, non facile crura extendi poſſunt: at, ſi in alterutrum latus, oculis id expoſitum eſt, pareſque utrinque eaſdem notas, ſed minores, habet.

Primum autem ad rem pertinet corpus recte iacere, ut ſuperior pars ſemper eadem ſit, in quam vitium fertur. Ita, ſi ad colem it,

l. 8. *& quibus.* L. l. 12. *exciſa.* L. al. add. *& qua curatione uti deceat.* l. 17. *eo.* l. 19. *ſquamulis. lamulis.* l. 21. *deſuit.* l. 27. *tumeſcunt.* L. l. 33. *ea.* L.

* *Tulpius Obſervat. Lib. IV. Cap.* 38.

ſupinus is collocari debet: ſi ad veſicam, in ventrem: ſi in latus, in id, quod integrius eſt. Deinde, ubi ventum fuerit ad curationem, homo in aquam demittetur, in qua marrubium decoctum ſit, aut cupreſſus, aut myrtus; idemque humor clyſtere intus adigetur: tum ſuperponetur lenticula cum malicorio mixta; quæ utraque ex vino decocta ſint; vel rubus, aut oleæ folia, eodem modo decocta; aliaque medicamenta, quæ ad cohibendos purgandosque cancros propoſuimus. ex quibus, ſi qua erunt arida, per ſcriptorium calamum inſpirabuntur.

Ubi ſtare cœperit cancer, mulſo vulnus eluetur. vitabiturque eo tempore ceratum; quod, ad recipiendum id malum, corpus emollit. potius plumbum elotum cum vino inungetur: ſuper quæ idem linteolo illitum imponetur. Sub quibus perveniri ad ſanitatem poteſt: cum eo tamen, ut non ignoremus, orto cancro ſæpe affici ſtomachum, cui cum veſica quoddam conſortium eſt: exque eo fieri, ut neque retineatur cibus, neque, ſi quis retentus eſt, concoquatur, neque corpus alatur: ideoque ne vulnus quidem aut purgari, aut ali poſſit. quæ neceſſario mortem maturant.

Sed ut his ſuccurri nullo modo poteſt; ſic a primo tamen die tenenda ratio curationis eſt. In qua quædam obſervatio, ad cibum quoque potionemque pertinens, neceſſaria eſt. Nam cibus inter principia, non niſi humidus dari debet: ubi ulcus

purga-

l. 7. *adiicietur.* l. 10. *aliave.* L. l. 15. *ulcus.* L. l. 21. *quod* pro *ut.* L. & omnes.

purgatum eſt, ex media materia. olera & ſalſamenta ſemper aliena ſunt. Potione opus eſt, non immodica. Nam, ſi parum bibitur, accenditur vulnus, & vigilia urget, & vis corporis minuitur: ſi plus æquo aſſumitur, ſubinde veſica impletur, eoque irritatur. Non niſi aquam autem bibendam eſſe, manifeſtius eſt, quam ut ſubinde dicendum ſit.

Solet vero ſub eiuſmodi victu evenire, ut alvus non reddatur. Hæc aqua ducenda eſt, in qua vel fœnum Græcum, vel malva decocta ſit. Idem humor roſa mixtus in ipſum vulnus oriculario clyſtere agendus eſt, ubi id rodit urina, neque purgari patitur. Fere vero primo per vulnus exit hæc: deinde, eo ſaneſcente, dividitur, & pars per colem deſcendere incipit, donec ex toto plaga claudatur. Quod interdum tertio menſe, interdum non ante ſextum, nonnunquam exacto quoque anno fit.

Neque deſperari debet ſolida glutinatio vulneris, niſi ubi aut vehementer rupta cervix eſt, aut ex cancro multæ magnæque carunculæ, ſimulque nervoſa aliqua exciderunt. Sed, ut vel nulla ibi fiſtula, vel exigua admodum relinquatur, ſumma cura providendum eſt. Ergo, cum iam ad cicatricem vulnus tendit, extentis iacere feminibus & cruribus oportet; niſi tamen molles arenoſive calculi fuerunt: ſub his enim tardius veſica purgatur. Ideoque diutius plagam patere neceſſarium eſt: & tum de-

l. 3. *non modica.* l. 10. *venire.* l. 15. om. *eſt.* L. l. 30. *intendit.*

demum, ubi iam nihil tale extra fertur, ad cicatricem perduci.

Quod si, antequam vesica purgata est, oræ se glutinarunt, dolorque & inflammatio redierunt, vulnus digitis vel averso specillo diducendum est; ut torquentibus exitus detur. Hisque effusis, cum diutius pura urina descendit, tum demum, quæ cicatricem inducant, imponenda sunt, extendendique, ut supra docui, pedes, quam maxime vincti.

Quod si fistulæ metus ex his causis, quas proposui, subesse videbitur, quo facilius claudatur ea, vel certe coangustetur, in anum quoque danda plumbea fistula est; extentisque cruribus femina talique inter se deliganda sunt, donec, qualis futura est, cicatrix sit.

CAP. XXVIII.

Si Naturalia fœminarum non admittunt concubitum, quomodo curari conveniat.

ET hoc quidem commune esse maribus & fœminis[a] potest. Proprie vero quædam ad fœminas pertinent: ut in primis, quod earum naturalia nonnunquam, inter se glutinatis oris, concubitum non admittunt. Idque interdum evenit protinus in utero matris: interdum *b* exulceratione in his partibus facta, & per malam curationem his oris sanescendo iunctis. Si ex utero est, membrana ori vulvæ opposita est: si ex ulcere, caro id replevit.

Opor-

l. 5. *adverso.* l. 7. *tum.* l. 10. *iuncti.* L. l. 16. *futura.* L.

a *Æginet. VI. 72. Aetius Tetrab. IV. Serm. IV. c. 96. Hippocr. de Steril. XIII* 1 *Idem de Natur. Mulieb. VI. Joan. Wierus Observ. L.* 1. *p.* 935. b *Hipp. l. de Morb. Mul. T. LXVIII.*

Oportet autem membranam duabus lineis, inter ſe tranſverſis, incidere ad ſimilitudinem literæ *c* X, magna cura habita, ne urinæ iter violetur; deinde undique eam membranam excidere. At, ſi caro increvit, neceſſarium eſt recta linea patefacere: tum ab ora vel vulſella vel hamo apprehenſam, tanquam habenulam, excidere: & intus implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere, ſupraque ſuccidam lanam aceto madentem deligare: tertio die ſolvere, & vulnus, ſicut alia vulnera, curare. Cumque iam ad ſanitatem tendet, plumbeam fiſtulam medicamento cicatricem inducente illinere, eamque intus dare: ſupraque idem medicamentum iniicere, donec ad cicatricem plaga perveniat.

CAP. XXIX.

Qua ratione partus emortuus ex utero excutiatur. a

UBI concepit autem aliqua, ſi iam prope maturus partus intus emortuus eſt, neque excidere per ſe poteſt, adhibenda curatio eſt. Quæ numerari inter difficillimas poteſt. nam & ſummam prudentiam moderationemque deſiderat, & maximum periculum affert. Sed ante omnia vulvæ natura mirabilis, cum in multis aliis, tum in hac re quoque facile cognoſcitur.

Oportet autem ante omnia *b* reſupinam mulierem tranſverſo lecto ſic collocare, ut

Hh 5 femi-

l. 5. *Ac.* l. 13. *vulnus. vulnera.* L. l. 20. *Qua curatione.* l. 23. *concipit.*

c *Chiaſmus vocatur ab Æginet. VI.* 51. 65. *& ab aliis. H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. P. I. c.* 83. a *Æginet. VI.* 74. *Aetius Tetr. IV. Serm. IV. c.* 23. b *Hippocr. l. de Morb. Mul. T. XCIV.* 4.

feminibus eius ipsius ilia comprimantur. quo fit, ut & imus venter in conspectu medici sit, & infans ad os vulvæ compellatur; quæ, emortuo partu, id comprimit: ex intervallo vero paulum dehiscit. Hac occasione usus medicus, unctæ manus indicem digitum primum debet inserere, atque ibi continere; donec iterum id os aperiatur, rursusque alterum digitum demittere debebit, & per easdem occasiones alios, donec tota esse intus manus possit. Ad cuius rei facultatem multum confert & magnitudo vulvæ, & vis nervorum eius, & corporis totius habitus, & mentis etiam robur: cum præsertim intus nonnunquam etiam duæ manus dari debeant.

Pertinet etiam ad rem, quam calidissimum esse imum ventrem, & extrema corporis; nequedum inflammationem cœpisse, sed recenti re protinus adhibere medicinam. Nam, si corpus iam intumuit, neque demitti manus, neque educi infans, nisi ægerrime potest; sequiturque sæpe cum vomitu, & cum tremore, mortifera nervorum distentio. Verum intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius sentit. nam aut in caput, aut in pedes conversum est, aut in transversum iacet: fere tamen sic, ut vel manus eius, vel pes in propinquo sit.

Medici vero propositum est, ut infantem manu dirigat vel in caput, vel *c* etiam in pedes, si forte aliter compositus est. Ac, si nihil aliud est, manus vel pes apprehensus, corpus

l. 5. *paululum.* L. l. 8. *iterum os adoperiatur.* L. al. *ad os.* l. 12. *facilitatem.* L. l. 19. *accepisse.* L. l. 31. *eum* pro *infantem.* l. 32. *vel in manus.*

c *Hippocr. I. de Morb. Mul. XCV.* 2.

corpus rectius reddit. nam manus in caput, pes in pedes eum convertet. Tum, ſi caput proximum eſt, demitti debet uncus, undique lævis, acuminis brevis, qui vel oculo, vel auri, vel ori, interdum etiam fronti recte iniicitur: deinde attractus infantem educit. Neque tamen quolibet is tempore extrahi debet. nam, ſi compreſſo vulvæ ore id tentatum eſt, non emittente eo, infans abrumpitur, & unci acumen in ipſum os vulvæ delabitur; ſequiturque nervorum diſtentio, & ingens periculum mortis. Igitur, compreſſa vulva, conquieſcere; hiante, leniter trahere oportet; & per has occaſiones paulatim eum educere. Trahere autem dextra manus uncum; ſiniſtra, intus poſita, infantem ipſum, ſimulque dirigere eum debet.

Solet etiam evenire, ut is infans [d] humore diſtendatur; exque eo profluat fœdi odoris ſanies. Quod ſi tale eſt, indice digito corpus illud forandum eſt, ut, effuſo humore, extenuetur: tum id leniter per ipſas manus recipiendum eſt. nam uncus iniectus hebeti corpuſculo facile elabitur. in quo quid périculi ſit, ſupra poſitum.

Sed in pedes quoque converſus infans non difficulter extrahitur. quibus apprehenſis per ipſas manus commode educitur.

Si vero tranſverſus eſt, neque dirigi potuit, uncus alæ iniiciendus, paulatimque attrahendus eſt. Sub quo fere cervix replicatur, retroque caput ad reliquum corpus ſpectat.

l. 25. *putri.* L. ibid. *elevabitur.* l. 28. *namque his app.* L. l. 34. *ac* pro *ad.*

d *Aëtius Tetrab. IV. Serm. IV. c.* 23.

ſpectat. Remedio eſt, cervix præciſa; ut ſeparatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui, priori ſimilis, in interiore tantum parte per totam aciem exacuitur. Tum id agendum eſt, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur: quia fere, maiore parte extracta, caput in vacuam vulvam prolabitur, extrahique ſine ſummo periculo non poteſt.

Si tamen id incidit, ſuper ventrem mulieris duplici panniculo iniecto, valens homo, non imperitus, a ſiniſtro latere eius debet aſſiſtere, & ſuper imum ventrem eius duas manus imponere, alteraque alteram premere. quo fit, ut illud caput ad os vulvæ compellatur. Idque tum eadem ratione, quæ ſupra poſita eſt, unco extrahitur.

At, ſi pes alter iuxta repertus eſt, alter retro cum corpore eſt, quicquid protractum eſt, *e* paulatim abſcindendum eſt. Et, ſi clunes os vulvæ urgere cœperunt, iterum retro repellendæ ſunt, conquiſituſque pes eius adducendus. Aliæque etiamnum difficultates faciunt, ut, qui ſolidus non exit, conciſus eximi debeat.

Quoties autem infans protractus eſt, tradendus miniſtro eſt. Is eum ſupinis manibus ſuſtinere, medicus deinde ſiniſtra manu leniter trahere umbilicum debet ita, ne abrumpat, dextraque eum ſequi uſque ad eas, quas Secundas vocant, quod velamentum infantis intus fuit: hiſque ultimis apprehenſis, venulas membranulaſque omnes eadem ratione manu diducere a vulva, totumque illud extrahere, &, ſi quid

intus

l. 3. *interiorem - partem.* l. 10. *intecto.* l. 15. *idque.* l. 16. *extrahi poſſit.* l. 18. *prolapſum.* L. l. 21. *conquiſitiusque.* l. 31. *isque.*

e *Hippocrat. l. de Morb. Mul. XCVI.*

intus præterea concreti ſanguinis remanet. Tum compreſſis in unum feminibus, illa in conclavi collocanda eſt, modicum calorem, ſine ullo perflatu, habente. Super imum ventrem eius imponenda lana ſuccida, in aceto & roſa tincta. Reliqua curatio talis eſſe debet, qualis in inflammationibus, & in his vulneribus, quæ in nervoſis locis ſunt, adhibetur.

CAP. XXX.

De Ani vitiis. 414.

ANI quoque vitia, ubi medicamentis non vincuntur, manus auxilium deſiderant. Ergo, ſi qua ſciſſa in eo vetuſtate induruerunt, iamque callum habent, 399,23.
commodiſſimum eſt, ducere alvum; tum ſpongiam calidam admovere, ut relaxentur illa, & foras prodeant: ubi in conſpectu ſunt, ſcalpello ſingula excidere, & ulcera renovare; deinde imponere linamentum molle, & ſuper linteolum illitum melle, locumque eum molli lana implere, & ita vincire: altero die, deincepsque, cæteris lenibus medicamentis uti; quæ ad recentia eadem vitia neceſſaria eſſe, alias poſui: & utique per primos dies ſorbitionibus eum ſuſtinere; paulatim deinde cibis adiicere aliquid, generis tamen eius, quod eodem loco præceptum eſt. Si quando autem ex inflammatione pus in his oritur, ubi primum id apparuit, incidendum eſt; ne anus ipſe ſuppuret. Neque tamen ante properandum eſt. nam, ſi crudum inciſum eſt, in-

l. 3. om. *in.* l. 4. *proflatu. præflatu.* l. 9. *adhibeatur.* l. 12. add. *& eorum curatione.* l. 14. *ſciſſa.* L. l. 21. *removere.* l. 27. *poſui.* ibid. om. *&.* L.

inflammationi multum accedit, & puris aliquanto amplius concitatur. His quoque vulneribus lenibus cibis, iiſdemque medicamentis opus eſt.

2. *De Condylomatis.* a

400,14. At tubercula, quæ κονδυλώματα appel-
403,11. lantur, ubi induruerunt, hac ratione curantur. Alvus ante omnia ducitur. Tum vulſella tuberculum apprehenſum, iuxta radices exciditur. Quod ubi factum eſt, eadem ſequuntur, quæ ſupra poſt curationem adhibenda eſſe propoſui: tantummodo, ſi quid increſcit, ſquama æris coercendum eſt.

3. *De Hæmorrhoidibus.* b

401,22. Ora etiam venarum fundentia ſanguinem, ſic tolluntur. Ubi ſanguini, qui effluit, ſanies adiicitur, alvus acribus ducitur; quo magis ora promoveantur. eoque fit, ut omnes venæ, quaſi capitula conſpicua ſint. Tum, ſi capitulum exiguum eſt, baſimque tenuem habet, adſtringendum lino paulum ſupra eſt, quam ubi cum ano committitur. Imponenda ſpongia ex aqua calida eſt, donec id liveat: deinde aut ungue, aut ſcalpello, ſupra nodum id exulcerandum eſt. Quod niſi factum eſt, magni dolores ſubſequuntur: interdum etiam urinæ difficultas. Si id maius eſt, & baſis latior, hamulo uno aut altero excipiendum eſt, paulumque ſupra baſim incidendum: neque relinquendum quicquam ex eo capitulo, neque quicquam ex ano demendum eſt, quod conſequitur is, qui neque nimium, neque parum hamos ducit.

l. 1. *inflammationis.* l. 5. *de condylomatum curatione.* l. 11. *ſequitur.* l. 15. om. inſcriptio. l. 18. *acrius.* l. 19. *oræ.* l. 20. *omnia vaſa.* L. *ab omnia vela.* al. *omnia venarum.* l. 24. *imponendaque.* L l. 25. *libeat. doleat.* l. 30. *paululum.* L.

a *Æginet. VI.* 80. b *Æginet. VI.* 79.

ducit. Qua incisum est, acus debet immitti, infraque eam lino id capitulum alligari. Si duo triave sunt, imum quodque primum curandum est: si plura, non omnia simul; ne tempore eodem undique teneræ cicatrices sint. Si sanguis profluit, excipiendus est spongia: deinde linamentum imponendum, ungenda femina, & inguina, & quicquid iuxta ulcus est, ceratumque superdandum, & farina hordeacea calida implendus is locus, & sic deligandus est. Postero die is desidere in aqua calida debet, eodemque cataplasmate foveri. Ac bis die, & ante curationem, & post eam, coxendices ac femina liquido cerato perungenda sunt; tepidoque is loco continendus. Interpositis quinque aut sex diebus, oriculario specillo linamenta educenda, &, si capitula simul non exciderunt, digito promovenda: tum lenibus medicamentis, iisdemque, quæ alibi posui, ulcera ad sanitatem perducenda. Finito vitio, quemadmodum agendum esset, iam alias superius exposui.

CAP. XXXI.

De Varicibus. a

AB his ad crura proximus transitus est. In quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem & earum venularum, quæ in capite nocent; & eorum varicum, qui in ventre sunt, curationem distuli: quoniam ubique eadem est. Igitur vena omnis, quæ noxia est, aut adusta tabescit, aut manu exciditur. Si

l. 3. *intimum.* L. l. 10. *est* pro *&*. l. 11. *est* pro *&*. l. 14. *cervices.* l. 18. om. *&*. l. 16. *De varicum curatione.*

a *Æginet. VI.* 82.

Si recta eſt; ſi, quamvis tranſverſa, tamen ſimplex; ſi modica eſt, melius aduritur. Si curva eſt; & velut in orbes quoſdam implicatur, pluresve inter ſe involvuntur, utilius eximere eſt.

Adurendi ratio hæc eſt. Cutis ſuperinciditur: tum, patefacta vena, tenui & retuſo ferramento candente modice premitur; vitaturque, ne plagæ ipſius oræ adurantur: quas reducere hamulis facile eſt. Id interpoſitis fere quaternis digitis per totum varicem fit: & tum ſuperimponitur medicamentum, quo adusta ſanantur.

At exciditur hoc modo. Cute eadem ratione ſuper venam inciſa, hamulo oræ excipiuntur; ſcalpelloque undique a corpore vena diducitur; caveturque, ne inter hæc ipſa lædatur; eique retuſus hamulus ſubiicitur; interpoſitoque eodem fere ſpacio, quod ſupra poſitum eſt, in eadem vena idem fit: quæ, quo tendat, facile hamulo extento cognoſcitur.

Ubi iam idem, quacunque varices ſunt, factum eſt, uno loco adducta per hamulum vena præciditur: deinde, qua proximus hamus eſt, attrahitur & evellitur; ibique rurſus abſciditur. Ac ſic undique varicibus crure liberato, tum plagarum oræ committuntur, & ſuper emplaſtrum glutinans iniicitur.

CAP.

l. 1. om. *eſt*. L. l. 5. *excidere*. L. l. 12. *ſuperponitur*. L. l. 26. om. *que*. l. 27. *abſcinditur*.

CAP. XXXII.

De Digitis cohærentibus, & curvatis.

AT, ſi digiti vel in utero protinus, vel propter communem exulcerationem poſtea cohæſerunt, ſcalpello diducuntur: dein ſeparatim uterque non pingui emplaſtro circumdatur: atque ita per ſe uterque ſaneſcit.

Si vero fuit ulcus in digito, poſteaque male inducta cicatrix curvum eum reddit; primum malagma tentandum eſt: dein, ſi id nihil prodeſt (quod & in veteri cicatrice, &, ubi nervi læſi ſunt, evenire conſuevit) videre oportet, nervine id vitium, an cutis ſit. Si nervi eſt, attingi non debet: neque enim ſanabile eſt. Si cutis, tota cicatrix excidenda eſt, quæ ſepe callosa efficit, ut extendi digitus non patiatur. Tum rectus ſic ad novam cicatricem perducendus eſt.

CAP. XXXIII.

De Gangræna.

GANGRÆNAM inter ungues alaſque, aut inguina naſci; &, ſiquando medicamenta vincuntur, membrum præcidi 304,23
oportere, alio loco mihi dictum eſt.

Sed id quoque cum periculo ſummo fit; nam ſæpe in ipſo opere, vel profuſione ſanguinis vel animæ defectione moriuntur. Verum hic quoque nihil intereſt, an ſatis tutum præſidium ſit, quod unicum eſt. Igitur

l. 2. *Curatio digitorum cohærentium.* l. 11. *ſit.* l. 12. *reddidit.* L. l. 20. *digitum.* l. 21. *poſſit.* L. l. 25. *De gangrænæ curatione.* l. 33. *ſitis.*

Igitur inter ſanam vitiatamque partem incidenda ſcalpello caro uſque ad os eſt ſic, ut neque contra ipſum articulum id fiat, & potius ex ſana parte aliquid excidatur, quam ex ægra relinquatur. Ubi ad os ventum eſt reducenda ab eo ſana caro, & circa os ſubſecanda eſt, ut ea quoque parte aliquid oſſis nudetur: dein id ſerrula præcidendum eſt, quam proxime ſanæ carni etiam inhærenti: ac tum frons oſſis, quam ſerrula exaſperavit, lævanda eſt, ſupraque inducenda cutis. quæ ſub eiusmodi curatione laxa eſſe debet, ut quam maxime undique os contegat. Quo cutis inducta non fuerit, id linamentis erit contegendum, & ſuper id ſpongia ex aceto deliganda. Cætera poſtea ſic facienda, ut in vulneribus, in quibus pus non moveri debet, præceptum eſt.



LIBER OCTAVUS.

CAP. I.

De poſitu & figura Oſſium totius humani corporis.

SUPEREST ea pars, quæ ad oſſa pertinet. Quæ quo facilius accipi poſſit, prius poſitus figuraſque eorum indicabo. Igitur calvaria incipit ex interiore parte concava, extrinſecus gibba, utrinque lævis, &, qua cerebri * membranam contegit, &, qua cute, capillum gignente, contegi-

l. *oſſis.* L. l. 18. om. *non.* l. 24. om. *oſſium.* l. 31. *& trinſecus.* ibid. *levis.*

* *Græci* μήνιγγας, *Macrob. Saturn. Lib.* 7. *Omentum vocant.*

tegitur. Eaque ſimplex ab occipitio & temporibus; duplex, uſque in verticem a fronte eſt. Oſſaque eius, ab exterioribus partibus, dura; ab interioribus, quibus inter ſe connectuntur, molliora ſunt. Interque ea venæ diſcurrunt, quas his alimentum ſubminiſtrare, credibile eſt.

Raro autem calvaria ſolida, ſine * ſuturis eſt: locis tamen æſtuoſis facilius invenitur. & id caput firmiſſimum, atque a dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris, quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis valetudo commodior eſt. neque enim certus earum numerus eſt, ſicut ne locus quidem. Fere tamen duæ, ſuper aures, tempora a ſuperiore capitis parte diſcernunt: tertia, ad aures per verticem tendens, occipitium a ſummo capite diducit: quarta, ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit; eaque modo ſub imo capillo deſinit, modo frontem ipſam ſecans inter ſupercilia finitur. Ex his cæteræ quidem ſuturæ in unguem committuntur: eæ vero, quæ ſuper aures tranſverſæ ſunt, totis oris paulatim extenuantur; atque ita inferiora oſſa ſuperioribus leniter inſidunt. Craſſiſſimum vero in capite os poſt aurem eſt qua capillus, ut veriſimile eſt, ob idipſum non gignitur. Sub iis quoque muſculis, qui tempora connectant, os medium, in exteriorem partem inclinatum, poſitum eſt. At facies ſuturam habet maximam. quæ a tempore incipiens, per medios oculos, nareſque tranſverſa pervenit ad alterum tempus.

l. 3. om. *partibus.* l. 6. *qua his.* l. 7. *rara.* L. l. 12. *etiam* pro *enim* legit Pauw. l. 13. *nec.* L. l. 14. *ſuperiores.* l. 16. *latera* pro *aures.* L. l. 17. *deducit.* l. 20. *finita.* l. 22. *ea hæ* l. 24. *extenuatur.* L. l. 25. *aſſident* legit Pauw. l. 26. *quia* l. 28. *ſuper hos quoque muſculos.* L. l. 29. *contegunt.* L. l. 30. *inclinatum.* l. 33. 34. *nam quæ tranſverſe.*

* *Nonnunquam tamen obſervatur, uti variis exemplis probat Vertunianus ad Hippocr. de Vulneribus Capitis, p. 45.*

pus. A qua breves duæ ſub interioribus angulis deorſum ſpectant. Et malæ quoque in ſumma parte ſingulas tranſverſas ſuturas habent. A mediisque naribus, aut ſuperiorum dentium gingivis, per medium palatum una procedit; alia, quæ tranſverſa idem palatum ſecat. Et ſuturæ quidem in plurimis hæ ſunt.

Foramina autem, intra caput, maxima oculorum ſunt: deinde narium; tum quæ in auribus habemus. Ex his, quæ oculorum ſunt, recta ſimpliciaque ad cerebrum tendunt. Narium duo foramina oſſe medio diſcernuntur. ſiquidem hæ primum a ſuperciliis, anguliſque oculorum, oſſe inchoantur ad tertiam fere partem: deinde in cartilaginem verſæ, quo propius ori deſcendunt, eo magis caruncula quoque molliuntur. Sed ea foramina, quæ a ſummis ad imas nares ſimplicia ſunt, ibi rurſus in bina itinera dividuntur: aliaque ex his, ad fauces pervia, ſpiritum & reddunt & accipiunt; alia ad cerebrum tendunt. In ultima parte in multa & tenuia foramina diſſipantur, per quæ ſenſus odoris nobis datur. In aure quoque primo rectum & ſimplex iter procedendo flexuoſum fit. Quod ipſum iuxta cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi eſt. Juxtaque ea duo parvuli quaſi ſinus ſunt; ſuperque eos finitur os, quod tranſverſum a genis tendens, ab inferioribus oſſibus ſuſtinetur. Jugale appellari poteſt ab eadem ſimilitudine, a qua id Græci

l. 6. *aliaque.* L. l. 14. *hæc.* L. al. *hac primum ac ſup.* l. 17. *cartilagine.* ibid. *verſe. verſa.* L. l. 20. *intimos.* L. l. 24. *tendent.* ibid. om. *in.* ergo forte legendum *tendentia, ult.* l. 26. *Item in.* ibid. *primum.* l. 28. om. *fit.* om. *quod ipſum.* l. 29. *deducitur.* ibid. *quæque* pro *per quæ.* l. 30. om. *que.* L. al. *Viaque.*

Græci ζυγώδες appellant. Maxilla vero eſt molle os, eaque una eſt. Cuius eadem & media, & etiam ima pars, mentum eſt: a quo utrinque procedit ad tempora; ſolaque ea movetur. Nam malæ cum toto oſſe, quod ſuperiores dentes exigit, immobiles ſunt. Verum ipſius maxillæ partes ex- 212,7. tremæ quaſi bicornes ſunt. Alter proceſſus, infra latior, vertice ipſo tenuatur, longiuſque procedens ſub oſſe iugali ſubit, & ſuper id temporum muſculis illigatur. Alter brevior & rotundior, & in eo ſinu, qui iuxta foramina auris eſt, cardinis modo fit; ibique huc & illuc ſe inclinans maxillæ facultatem motus præſtat.

Duriores oſſe dentes ſunt: quorum pars maxillæ, pars ſuperiori oſſi malarum hæret. Ex his quaterni primi, quia ſecant, τομικοὶ a Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos utrinque fere * maxillares quini ſunt, præterquam in iis, in quibus ultimi, qui ſero gigni ſolent, non increverunt. Ex his priores ſingulis radicibus; maxillares utique binis; quidam etiam ternis, quaterniſve nituntur. Fereque longior radix breviorem dentem edit; rectique dentis recta etiam radix, curvi flexa eſt. Exque eadem radice in pueris novus dens ſubit, qui multo ſæpius priorem expellit: interdum tamen ſupra infrave eum ſe oſtendit.

Caput autem ſpina excipit. Ea conſtat ex vertebris quatuor & viginti. Septem in

 cer-

l. 6. *excipit.* L. l. 9. *intra.* L. l. 15. *facilitatatem* malunt ſine cauſa. l. 19. τεμνικοὶ. *temnici.* l. 22. *quaterni.* l. 23. *genuini.* L. al. *tres ultimi.* l. 24. *iam* pro *non* Pauw. ibid. *primores.* L. l. 29. *Ex ea.* L.

* *Militares i. e. molares vocat Soranus Epheſius Iſag. C.* 17.

cervice ſunt, duodecim ad coſtas, reliquæ quinque ſunt proximæ coſtis. Hæ teretes breveſque, ab utroque latere, proceſſus duos exigunt: mediæ pertoratæ, qua ſpinæ medulla cerebro commiſſa deſcendit: circa quoque per duos proceſſus tenuibus cavis perviae, per quæ a membrana cerebri ſimiles membranulæ deducuntur. Omneſque vertebræ (exceptis tribus ſummis) a ſuperiore parte in ipſis proceſſibus parum deſidentes ſinus habent: ab inferiore alios deorſum verſus proceſſus exigunt. Summa igitur protinus caput ſuſtinet, per duos ſinus receptis exiguis eius proceſſibus. Quo ſit, ut caput ſurſum deorſum 3 verſum tuberibus exaſperetur. Secunda 4 ſuperioris parti 5 inferiori inſeritur. Quod ad circuitum pertinet, pars ſumma anguſtiore orbe finitur. itaque ſuperior ſecundæ circumdata in latera quoque caput moveri ſinit. Tertia eodem modo ſecundam excipit. Ex quo facilis cervici mobilitas eſt. Ac, ne ſuſtineri quidem caput poſſet, niſi utrinque recti valenteſque nervi collum continerent, quos τένοντας Græci appellant. ſiquidem horum inter omnes flexus alter ſemper intentus ultra prolabi ſuperiora non patitur. Iamque vertebra tertia tubercula, quæ inferiori inſerantur, exigit. Cæteræ proceſſibus deorſum ſpectantibus in inferiores inſinuantur, ac per ſinus, quos utrinque habent, ſuperiores accipiunt, multiſque nervis & multa cartilagine continentur. Ac ſic, uno flexu modico in promptum dato, cæ-

teris

l. 4. *exſerunt.* Pauw. l. 6. *latera.* L. *at ea* pro *circa* Pauw. ibid manifeſtam textus turbationem in Aldinis exemplaribus vide. ib. *inter.* L. l. 7. *pervia.* L. l. 10. *paulum.* l. 11. *deſidentis. deſidenti.* l. 15. *caput deorſum parvis ſub.* L. al. *verſus.* l. 16. *ſuperiori parti inferiore.* Mſc. Medic. *Superior parte inferiore. Quod.* l. 17. om. *inſeritur.* l. 19 *Itaque ſuperior ei ſummæ.* l. 20. *Tertiam.* l. 22. *ſuſtinere.* L. l. 23. *ne utrinque recte valentes κεροτας.* cerotas. ξένοντας. καρότας. L. l. 29. *excipit.* L. l. 30. *ſpectantibus inferiore ſinuantur.* l. 34. lege: *unâ.* ibid. *in pronum.* L.

teris negotiis homo & rectus insistit, & aliquid ad necessaria opera curvatur.

Infra cervicem vero summa costa contra humerum sita est. Inde septem inferiores usque ad imum pectus perveniunt: hæque, primis partibus rotundæ & leniter quasi capitulatæ, vertebrarum transversis processibus, ibi quoque paulum insinuatis, inhærent: inde latescunt, & in exteriorem partem recurvatæ paulatim in cartilaginem degenerant; eaque parte rursus in interiora leniter flexæ committuntur cum osse pectoris. Quod valens ac durum a faucibus incipit, ab utroque latere lunatum, & a præcordiis, iam ipsum quoque cartilagine mollitum, terminatur. Sub costis vero prioribus quinque (quas νόθας Græci nominant) breves tenuioresque, atque ipsæ quoque paulatim in cartilaginem versæ, extremis abdominis partibus inhærescunt; imaque ex his, maiore iam parte nihil, nisi cartilago est.

Rursus, a cervice duo lata ossa utrinque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta; ὠμοπλάτας Græci nominant. Ea in summis verticibus sinuata, ab his triangula, paulatimque latescentia ad spinam tendunt; &, quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora. Atque ipsa quoque, in imo cartilaginosa, posteriore parte velut innatant; quoniam, nisi in summo, nulli ossi inhærescunt. Ibi vero validis musculis nervisque constricta sunt.

At a summa costa paulo interius, quam

l. 1. *negatis.* ibid. *erectus.* l. 2. *alioqui.* L. l. 4. *humeros.* L. ibid. *undecim.* l. 8. *paululum sinuatis.* L. l. 9. *patescunt.* l. 13. *&* pro *ac.* l. 16. *superioribus.* l. 17. ῥυας. *unaque.* l. 24. *scoptula.* l. 25. om. *in.* l. 26. *tria angula.* l. 28. *quoque.*

ubi ea media eſt, os excreſcit, ibi quidem tenue, procedens vero, quo propius lato ſcapularum oſſi fit, eo plenius latiusque & paulum in exteriora curvatum. quod protinus altera verticis parte modice intumeſcens, ſuſtinet iugulum. Id autem ipſum recurvum atque inter duriſſima oſſa numerandum, altero capite in eo, quod poſui, altero in exiguo ſinu pectoralis oſſi inſidit, paululumque motu brachii movetur, & cum lato oſſe ſcapularum. Infra caput eius, nervis & cartilagine connectitur.

Hinc humerus incipit, extremis utrinque capitibus tumidus, mollis, ſine medulla, cartilaginoſus: medius teres, durus, medulloſus: leniter gibbus in priorem, poſteriorem & interiorem, cavus in exteriorem partem. Prior autem pars eſt, quæ a pectore eſt: poſterior, quæ ab ſcapulis: interior, quæ ad latus tendit: exterior, quæ ab eo recedit. quod ad omnes articulos pertinere, in ulterioribus patebit. Superius autem humeri caput rotundius, quam cætera oſſa, de quibus adhuc dixi, vertici lati ſcapularum oſſis parvo exceſſu inſeritur, ac maiore parte extra ſitum nervis deligatur. At inferius duos proceſſus habet: inter quos, quod medium eſt, magis etiam extremis partibus ſinuatur.

Quæ res ſedem brachio præſtat. quod conſtat ex oſſibus duobus. Radius, quem κερκίδα Græci appellant, ſuperior breviorque, & primo tenuior, rotundo & leniter cavo capite exiguum humeri tuberculum recipit; atque ibi nervis & cartilagine contine-

l. 4. *latiusque eſt, paulum in interiora.* L. al. *paulatim.* l. 5. *propius.* l. 7. *ac neque.* l. 12. *cartilagini.* l. 16. *leniter cavus in priorem & interiorem, gibbus in poſteriorem & ext.* L. al. *leniter gibbus & in priorem & in exteriorem partem.* al. *gibbus & in priorem & in poſteriorem interiorem & exteriorem partem.* Med. Cod. *cavus in priorem & interiorem gibbus in poſteriorem & exteriorem partem, gibbus & in priorem & exteriorem partem.* l. 24. *verticillati.* L. *verticillatis.* ib. *oſſibus. oſſi.* L. l. 25. om. *parvo exceſſu.* l. ead. *extra id.* L. l. 34. *quod* pro *atque.* L.

tinetur. Cubitus inferior longiorque, & primo plenior, in ſummo capite duobus quaſi verticibus exſtantibus in ſinum humeri, quem inter duos proceſſus eius eſſe propoſui, ſe inſerit. Primo vero duo brachii oſſa iuncta paulatim dirimuntur, rurſusque ad manum coeunt, modo craſſitudinis mutato. Siquidem ibi radius plenior, cubitus admodum tenuis eſt. Dein radius, in caput cartilaginoſum conſurgens, in vertice eius ſinuatur. Cubitus rotundus in extremo, parte altera paulum procedit. Ac, ne ſæpius dicendum ſit, illud ignorari non oportet, plurima oſſa in cartilaginem deſinere, nullum articulum non ſic finiri. Neque enim aut moveri poſſet, niſi lævi inniteretur; aut cum carne nervisque coniungi, niſi ea media quædam materia committeret.

In manu vero prima palmæ pars ex multis minutiſque oſſibus conſtat, quorum numerus incertus eſt. Sed oblonga omnia, & triangula, ſtructura quadam inter ſe connectuntur, cum invicem ſuperior alterius angulus, alterius planities ſit: eoque fit ex his unius oſſis paulum in interiora concavi ſpecies. Verum ex manu duo exigui proceſſus in ſinum radii coniiciuntur. Tum ex altera parte quinque oſſa recta, ad digitos tendentia, palmam explent. A quibus ipſi digiti oriuntur: qui ex oſſibus ternis conſtant. omniumque eadem ratio eſt. Interius os in vertice ſinuatur, recipitqne exterioris exiguum tuberculnm; nervique ea continent. A qui-

l. 3. *ſinu.* l. 5. *duo radii & brachii.* L. al. *duobus radiis brachii.* al. *duobus radiis adiuncta.* l. 8. *craſſitudinem.* l. 11. *in cervicem eius inſinuatur.* L. al. *verticem.* l. 12. *paululum.* L. l. 18. om. *quædam.* l. 22. om. *os.* l. 25. om. *angulus, alterius.* L. l. 26. *paululum.* L. l. 27. *ſinu. ſinus.* l. 29. *recta quinque oſſa.* l. 33. *verticem.*

bus orti ungues indureſcunt. Ideoque non oſſi, ſed carni magis radicibus ſuis inhærent. Ac ſuperiores quidem partes ſic ordinatæ ſunt.

Ima vero ſpina in coxarum oſſe deſidit; quod tranſverſum longeque valentiſſimum, vulvam, veſicam, rectum inteſtinum tuetur. Idque ab exteriore parte gibbum; ad ſpinam, reſupinatum; a lateribus, id eſt, in ipſis coxis, ſinus rotundos habet. A quibus oritur os, quod pectinem vocant; idque, ſuper inteſtina ſub pube tranſverſum, ventrem firmat: rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in fœminis, ne partum prohibeat.

Inde femina oriuntur. Quorum capita rotundiora etiam, quam humerorum ſunt; cum illa ex cæteris rotundiſſima ſint. Infra vero duos proceſſus a priore & a poſteriore parte habent. Dein dura, & medulloſa, & ab exteriore parte gibba, rurſus ab inferioribus quoque capitibus intumeſcunt: ſuperiora in ſinus coxæ, ſicut humeri in ea oſſa, quæ ſcapularum ſunt, coniiciuntur; tum infra introrſus leniter tendunt, quo æqualius ſuperiora membra ſuſtineant. Atque ideo inferiora quoque capita media ſinuantur, quo facilius excipi a cruribus poſſint. Quæ commiſſura oſſe parvo, molli, cartilaginoſo tegitur. patellam vocant. Hæc ſuper innatans, neque ulli oſſi inhærens, ſed carne & nervis deligata, pauloque magis ad femoris os tendens, inter omnes crurum flexus iuncturam tuetur.

Ipſum autem crus eſt ex oſſibus duobus. Etenim

l. 3. *At.* L. l. 4. *deſinit. deſedit.* L. l. 5. *Jam vero.* l. 9. om. *in.* l. 12. *format.* l. 14. in cod. Mediceo poſt *prohibeat* ſpatium vacuum eſt fere dimidii verſus. l. 15. *ordiuntur.* l. 20. *parte habent rurſus inferioribus.* al. *parte gibba habent rurſus ab.* l. 22. *ſic ut.* l. 23. *coniiciantur.* l. 24. *cum.* ibid. *leniter intendunt.* l. 25. *At.* l. 26. *in eo* pro *ideo.* L. ibid. om. *inferiora.* l. 30. *nec.* L. l. 32. *omnium &.*

Etenim per omnia femur humero, crus brachio ſimile eſt: adeo ut habitus quoque & decor alterius ex altero cognoſcatur, quod ab oſſibus incipiens, etiam in carne reſpondet. Verum alterum os ab exteriore parte ſuræ poſitum eſt: quod ipſum quoque ſura recte nominatur. Id brevius, ſupraque tenuius, ad ipſos talos intumeſcit. Alterum a priore parte poſitum, cui tibiæ nomen eſt, longius & in ſuperiore parte plenius, ſolum cum femoris inferiore capite committitur; ſicut cum humero cubitus. Atque ea quoque oſſa, infra ſupraque coniuncta, media, ut in brachio, dehiſcunt.

Excipitur autem crus infra oſſe transverſo talorum; idque ipſum ſuper os calcis ſitum eſt, quod quadam parte ſinuatur, quadam exceſſus habet, & procedentia ex talo recipit, & in ſinum eius inſeritur. Idque ſine medulla durum, magiſque in poſteriorem partem proiectum, teretem ibi figuram repræſentat. Cætera oſſa pedis ad eorum, quæ in manu ſunt, ſimilitudinem ſtructa ſunt. Plantæ palmis, digiti digitis, ungues unguibus reſpondent.

CAP. II.

Oſſa vitiata & corrupta quibus ſignis cognoſcantur, & qua ratione curentur.

OMNE autem os, ubi iniuria acceſſit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco movetur. Id, quod vitiatum eſt, pri-

l. 1. *crus vero.* L. l. 6. *ſupra* pro *ſuræ.* al. *id eſt ſupra.* l. 7. *ſupra* pro *ſura.* ibid. om. *recte.* l. 12. om. *cum humero cubitus. Atque ea quoque* al. *in humero.* l. 15. *oſſa ex* al. *aſſe ex.* l. 17. *iunctum* pro *ſitum.* l. 19. *ut* pro *&.* L. l. 23. *inſtructa.* L. l. 24. *palmæ.* l. 34. *de loco.* L.

primo fere pingue fit; deinde vel *a* nigrum, vel cariosum. quæ, supernatis gravibus ulceribus aut fistulis, hisque vel longa vetustate, vel etiam cancro occupatis, eveniunt. Oportet autem ante omnia os nudare, ulcere exciso; &, si latius est eius vitium, quam ulcus fuit, carnem subsecare, donec undique os integrum pateat: tum id, quod pingue est, semel iterumve satis est admoto ferramento adurere, ut ex eo testa secedat, aut eradere, donec iam aliquid cruoris ostendatur, quæ integrioris nota est. nam necesse est aridum sit id, quod vitiatum est. Idem in cartilagine quoque læsa faciendum est. siquidem ea quoque scalpello radenda est, donec integrum id sit, quod relinquatur. Deinde, sive os sive cartilago rasa est, nitro bene trito respergendum est. Neque alia facienda sunt, ubi caries, nigritiesve in summo osse est. siquidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel radendum est. qui radit hæc, audacter imprimere ferramentum debet, ut & agat aliquid, & maturius desinat. Finis est, cum vel ad album os, vel ad solidum ventum est. Albo finiri ex nigritie vitium, soliditate quadam ex carie, manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid integro, supra dictum est. Si quando autem altius descenderit utrumlibet, dubium est.

In carie quidem expedita cognitio est. Specillum tenue in foramina demittitur; quod magis minusve intrando, vel in summo cariem esse, vel altius descendisse, testatur.

Nigri-

l. 8. *patefiat.* L. l. 10. *squama.* L. al. *flatu. flatua.* l. 11. *radere.* L. l. 12. *integri ossis.* L. l. 13. *necessum.* l. 16. *relinquitur.* L. l. 17. om. *sive os sive.* l. 18. *respergenda.* l. 19. *ibi.* l. 25. *cum ad illum os.* al. *cum ad altum.* l. 26. om. *vitium.* l. 29. *adiectum* pro *dictum.* ibid. *autem an altius.* l. *descenderet.* l. 31. *si specillum.* L.

a *Aphor. VII.* 2.

Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore, & ex febre, quæ ubi mediocria sunt, illa alte descendisse non potest. Manifestior tamen adacta terebra fit. nam finis vitii est, ubi scobis nigra esse desiit.

Igitur, si caries alte descendit, per terebram urgenda crebris foraminibus est, quæ altitudine vitium æquent: tum in ea foramina demittenda candentia ferramenta sunt, donec inde siccum os ex toto fiat. simul enim post hæc & resolvetur ab inferiore osse, quodcunque vitiatum est, & is sinus carne replebitur; & humor aut nullus postea feretur, aut mediocris.

Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi. Idem quoque in carie, ad alteram partem ossis penetrante, fieri potest. Sed, quod totum vitiatum, totum eximendum est. Si inferior pars integra est, eatenus, quod corruptum est, excidi debet. Item sive capitis, sive pectoris os, sive costa cariosa est, inutilis ustio est, sed excidendi necessitas est. Neque audiendi sunt, qui, osse nudato, diem tertium exspectant, ut tum excidant. ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaque, quantum fieri potest, eodem momento & cutis incidenda est, & os detegendum, & omni vitio liberandum est. Longeque perniciosissimum est, quod in osse pectoris est: quia vix, etiamsi recte cessit curatio, veram sanitatem reddit.

CAP.

l. 1. om. *Nigrities*. L. ibid. *idem* pro *quidem*. L. l. 8. *dimittenda*. l. 9. om. *inde*. L. l. 10. *post hæc solvetur*. al. *in siccum*. L. l. 15. *curiosi*. l. 17. *Atque*. l. 17. 18. *Idem quoque &c. fieri potest*. Glossema videtur; delendum igitur. Legunt autem alii: *Atque idem in carie quoque &c.* l. 19. om. *vitiatum totum*. al. *vitiatum est totum*. l. 22. om. *sive pectoris os*. l. 23. *vitio* pro *ustio*. ibid. om. *est*. L. ibid. *&* pro *sed*. l. 25. *tunc*. L.

CAP. III.

Quomodo os excidatur; & de Modiolo, & Terebra, ferramentis ad id paratis.

EXCIDITUR vero os duobus modis. Si parvulum est, quod læsum est, * modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant si spatiosius, terebris. Utriusque rationem proponam. Modiolus ferramentum concavum, teres, est, imis oris serratum: per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur. Terebrarum autem duo genera sunt: alterum simile ei, quo fabri utuntur: alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit; atque iterum ab alio principio paulo minus quam æqualiter sursum procedit.

Si vitium in angusto est, quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur. Et, si caries subest, medius clavus in foramen demittitur. Si nigrities, angulo scalpti sinus exiguus fit, qui clavum recipiat, ut, eo insistente, circumactus modiolus delabi non possit: deinde is habena, quasi terebra, convertitur. Estque quidam premendi modus; ut & foretur, & circumagatur: quia, si leviter imprimitur, parum proficit; si graviter, non movetur. Neque alienum est, instillare paululum rosæ, vel lactis, quo magis lubrico circumagatur. quod ipsum tamen, si copiosius est, aciem ferramenti hebetat. Ubi iam iter modiolo impressum est, medius clavus educitur, & ille per

l. 7. *quam. quæ.* ibid. χοινεικια pro quo forte Celsus scripserat χοινίκιδα. l. 8. *spatiosus. spatiosum.* l. 10. lege: *medius.* l. 17. *rursum.* l. 20. *At.* L. l. 21. *dimittitur.* l. 22. *sit.* L. l. 24. *bis.* l. 25. *Pauw* legit: *quid in premendi modo.* l. 29. *paulum.* l. 31. *obtusius. optusius.* l. 33. *inter.* ibid. *pressum*

* *Vide Francisc. Vertunian. Comment. in Hippocrat. Lib. de cap. vulner: p. 89. 90. H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I, c. 2.*

per ſe agitur. deinde, cum ſanitas inferioris partis ſcobe cognita eſt, modiolus removetur.

At, ſi latius vitium eſt; quam ut illo comprehendatur, terebra res agenda eſt. Ea foramen fit in ipſo fine vitioſi oſſis atque integri: deinde alterum non ita longe, tertiumque, donec totus is locus, qui excidendus eſt, his cavis cinctus ſit. atque ibi quoque quatenus terebra agenda ſit, ſcobis ſignificat. Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus id, quod inter utrumque medium eſt, excidit; ac ſic ambitus ſimilis ei fit, qui in anguſtiorem orbem modiolo imprimitur. Utro modo vero id circumductum eſt, idem exciſorius ſcalper, & in oſſe corrupto planus, ſummam quamque teſtam levet, donec integrum os relinquatur.

Vix umquam nigrities, interdum caries per totum os perrumpit, maximeque ubi vitiata calvaria eſt. Id quoque vitii ſpecillo ſignificatur. qui depreſſus in id foramen, quod infra ſolidam ſedem habet, & ob id renitens aliquid invenit, & madens exit. Si pervium invenit, altius deſcendens inter os & membranam, nihil oppoſitum invenit, educiturque ſiccus: non quo non ſubſit aliqua vitioſa ſanies; ſed quoniam ibi, ut in latiore ſede, diffuſa ſit.

Sive autem nigrities, quam terebra detexit, ſive caries, quam ſpecillum oſtendit, os tranſit, modioli quidem uſus fere ſupervacuus eſt; quia latius pateat neceſſe eſt, quod

tam

l. 4. *Et.* l. 8. *tactus.* al. *totus his.* L. l. 10. *ſtilips* pro *ſcobis.* l. 11. *Tum excuſſorius.* l. 15. *anguſtiore orbe.* ibid. *modio.* l. 16. *Utrum.* ib. om. *modo.* ibid. *ſit.* ibid. *id eſt. ideſt an.* l. 18. *plani.* ib *laeſit. lædit. leviget. læviget.* l. 20. *intra.* ibid. *integrum.* l. 22. *ſigni* (al. *ſignis*) pro *vitii.* l. 23. *quod depreſſum.* L. l. 24. om. *ob id.* L. l. 28. *ſiccum.* L.

tam alte processit. Terebra vero ea, quam secundo loco posui, utendum; eaque, ne nimis incalescat: subinde in aquam frigidam demittenda est. Sed tum maiore cura agendum est; cum iam aut simplex os dimidium perforatum est; aut in duplici superius. illud spatium ipsum; hoc sanguis significat. Ergo tum lentius ducenda habena, suspendendaque magis manus sinistra est, & sæpius attollenda, & foraminis altitudo consideranda; ut, quandocunque os perrumpitur, sen-
283,28. tiamus, * neque periclitemur, ne mucrone cerebri membrana lædatur: ex quo graves inflammationes, cum periculo mortis *b* oriuntur.

Factis foraminibus, eodem modo media septa, sed multo circumspectius, excidenda sunt; ne forte angulus scalpri eandem membranam violet; donec fiat aditus, per quem
519,16. membranæ custos immittatur. μηνιγγοφύλακα Græci vocant. Lamina ænea est, firma, paulum resima, ab exteriore parte lævis. Quæ demissa sic, ut exterior pars eius cerebro propior sit, subinde ei subiicitur, quod scalpro discutiendum est: ac, si excipit eius angulum, ultra transire non patitur: eoque & audacius, & tutius, scalprum malleolo medicus subinde ferit, donec undique excisum os, eadem lamina levetur, tollique sine ulla noxa cerebri possit. Ubi totum os eiectum est, circumradendæ lævandæque oræ sunt, &, si quid scobis membranæ insedit, colligendum. Ubi, superiori parte sublata, inferior relicta est, non

l. 1. *iam.* l. 4. *dimittenda.* l. 9. *sinistra manus.* L. l. 12. *quandoque qui perrumpatur.* l. 16. *facti foraminis.* l. 17. *sæpe* pro *septa.* al. om. l. 20. *menyngophylacas.* μηνυγγοφύλακας. *meninfylacra. meningofylagos.* l. 21. *Lamina autem.* L. *Lamina ærea.* al. *ænea est phyrma palum* (al. *paulum resima*) *resina ab interiore parte levis.* l. 22. *paululum.* L. l. 23. *dimissa.* it. *est* pro *sic.* al. *sic aemissa est. ut.* l. 24. om. *eius.* l. 30. *potest.* l. 32. *quis.*

* Periclitemur, *hoc est probemus*, *Vertunian. p.* 92.

b *Aph. VI.* 18.

non ora tantum, ſed os quoque totum lævandum eſt; ut ſine noxa poſtea cutis increſcat, quæ aſpero oſſi innaſcens protinus non ſanitatem, ſed novos dolores movet.

Patefacto cerebro, qua ratione agendum ſit, dicam, cum ad fracta oſſa venero. Si baſis aliqua ſervata eſt, ſuperimponenda ſunt medicamenta non pinguia, quæ recentibus vulneribus accommodantur; ſupraque imponenda lana ſuccida, oleo atque aceto madens. Ubi tempus proceſſit, ab ipſo oſſe caro increſcit, eaque factum manu ſinum complet. Si quod etiam os aduſtum eſt, a parte ſana recedit; ſubitque inter integram atque emortuam partem caruncula, quæ, quod abſceſſit, expellat. eaque fere, quia teſta tenuis & anguſta eſt, λεπὶς, id eſt ſquama, a Græcis nominatur.

Poteſt etiam evenire, ut ex ictu neque findatur os, neque perfringatur; ſed ſummum tamen collidatur, exaſpereturque. Quod ubi incidit, radi & lævari ſatis eſt. Hæc quamvis maxime fiunt in capite, tamen cæteris quoque oſſibus communia ſunt: ut, ubicunque idem incidet, eodem remedio ſit utendum. At, cum ea fracta, fiſſa, forata, colliſa ſunt, quaſdam proprias in ſingulis generibus, quaſdam communes in pluribus curationes requirunt. De quibus protinus dicam, initio ab eadem calvaria accepto.

CAP.

l. 1. *oræ.* L. ibid. *lavandum.* l. 3. *oſſe.* ibid *naſcens.* l. 5. In Cod. Med. *cerebro patefacto quod faciendum ſit* legitur ſed continuo contextu & cum nota margini addita. l. 6. *per venero.* L. l. 10. *ſucida.* l. 11. *ore.* l. 13. *Id* pro *ſi.* ib. om. *os.* l. 15. *mortuam.* ibid. *quoque* pro *quæ.* l. 16. *expellit.* l. 17. *ſquama eſt, id* λεπὶς. *ſquama eſt, id eſt* λεπὶς. *ſquama, id eſt* λεπὶς. *ſquama eſt idem lepis.* l. 21. *tantum.* L. l. 27. *ſint.* ibid. *colliſaque.*

CAP. IV.

De Calvaria fracta. a

IGITUR, ubi ea percussa, protinus requirendum est, * num bilem homo is vomuerit; num † oculi eius obcæcati sint; num obmutuerit; num per nares auresve sanguis ei effluxerit; num conciderit; num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi osse fracto eveniunt. Atque, ubi inciderunt, scire licet, necessariam, sed difficilem curationem esse. Si vero etiam torpor ‡ accessit; si mens non constat, si nervorum vel resolutio vel distentio secuta est; verisimile est, etiam cerebri membranam esse violatam: eoque in angusto magis spes est. At, si nihil horum secutum est, & iam potest dubitari, an os fractum sit; & protinus considerandum est, lapide, an ligno, an ferro, an alio telo percussum sit, & hoc ipso lævi an aspero, mediocri an vastiore, vehementer an leniter. quia quo mitior ictus fuit, eo facilius os ei restitisse credibile est. Sed nihil tamen melius est, quam certiore id nota explorare. Ergo, qua plaga est, demitti specillum oportet, neque nimis tenue, neque acutum; ne, cum in quosdam naturales sinus inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat: neque nimis plenum; ne parvulæ rimulæ fallant. Ubi specillum ad os venit, si nihil nisi læve & lubricum occurrit, integrum id videri potest: si quid asperi est, utique qua suturæ non sint, fractum os esse testatur. A su-

l. 2. *De calvariæ curatione.* l. 4. *calvaria* pro *ea*. L. l. ead. *pertusa.* l. 6. *vomerit.* l. 16. *potest etiam* l. 18. *abundat &c.* l. 20. *leni.* l. 21. *leviter*. L. l. 22. *fit.* l. 25. *dimitti.* l. 28. *rationis.* al. *rationis fracti ossis.* l. 29. *rimæ.* l. 30. om. *si.* ibid. *lenæ. lene.* l. 31. om. *id.* l. 32. *potest nihil si.*

a *Æginet. VI. 90.* * *Plura quæ Recentiones adiiciunt, signa enumerat Vertunianus in Comment. ad Hippocr. Lib. de Cap. vulneribus p. 68. 69.* † *Male, potius,* si oculi obtenebrarint, *ex Hippocr. Vertunian. ibid. p. 68.* ‡ *Græcis κάρος. Idem pag. 71.*

A ſuturis ſe deceptum eſſe, *c* Hippocrates memoriæ prodidit, more ſcilicet magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio; præcipueque in eo miniſterio, quod utilitatis cauſa poſteris traditur; ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus eſt. Sed hæc quidem alioquin memoria magni profeſſoris, ut interponeremus, effecit.

Poteſt autem ſutura eo nomine fallere, quia æque aſpera eſt; ut aliquis hanc eſſe, etiamſi rima eſt, exiſtimet eo loco, quo ſubeſſe hanc veriſimile eſt. Ergo eo nomine decipi non oportet: ſed os aperire tutiſſimum eſt. Nam neque utique certa ſedes, ut ſupra poſui, ſuturarum eſt: & poteſt idem & naturaliter commiſſum & ictu fiſſum eſſe, iuxtave aliquid fiſſum habere. Quin aliquando etiam, ubi ictus fuit vehementior, quamvis ſpecillo nihil invenitur, tamen aperire commodius eſt. Ac, ſi ne tum quidem rima manifeſta eſt, inducendum ſuper os atramentum ſcriptorium eſt, deinde ſcalpro id detrahendum. nigritiem enim continet, ſi quid fiſſum eſt.

* Solet etiam evenire, ut altera parte fuerit ictus, & os altera ſiderit. Itaque, ſi graviter aliquis percuſſus eſt, ſi mala indicia ſubſecuta ſunt, neque ea parte, qua cutis diſcuſſa eſt, rima reperitur; non incommo-

l. 2. *tradidit.* L. l. 3. *fiducia magnas res.* l. 11. *alioqui.* l. 12. *uti.* L. l. 14. *quæ æque.* l. 16. om. *eo.* l. 17. *aperire.* l. 2[illegible]. *aliquid.* l. 22. *fuerit.* l. 24. *At.* L. l. 26. *deradendum.* L. l. 27. *fixum.* l. 34. *diſciſſa.* L.

c *Quintil. Inſtitut. Orator. III. 6. ad quem locum plura dabimus exempla.* * *Hic quintus fracturarum cranii modus ἀπήχημα dictus deſcribitur, de quo vide Vertunian. in Comment. in Hippocr. de Cap. vulner. pag. 63. & ſeq.*

dum est, parte altera considerare, num quis locus mollior sit, & tumeat; eumque aperire: siquidem ibi fissum os reperietur, nec tamen magno negocio cutis sanescit, etiamsi frustra secta est. Os *d* fractum, nisi succursum est, gravibus *e* inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur.

Raro, sed aliquando tamen, evenit, ut os quidem totum integrum maneat, intus vero ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat; isque ibi concretus magnos dolores moveat, & oculos quibusdam obcæcet. Sed fere contra id dolor est, &, eo loco cute incisa, pallidum os reperitur. ideoque id quoque os excidendum est. Quacumque autem de causa curatio hæc necessaria est, si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, donec, quicquid læsum est, in conspectu sit. In quo ipso videndum est, ne quid ex ipsa membranula, quæ sub cute calvariam cingit, super os relinquatur: siquidem hæc scalpro terebrisve lacerata vehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaque eam commodius est ex toto ab osse deduci. Plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem accepimus. Si manu facienda est, ea fere commodissima est, quæ duabus transversis lineis
489. literæ X figuram accipit; ut deinde a singulis procedentibus angulis cutis subsecetur.

Inter quæ, si sanguis fertur, spongia subinde

l. 4. *frustra detecta* Aldinæ. *frustra desecta* omnes reliquæ. *In frusta desecta* legendum censet (sed absurde) Scaliger apud Vertunian. in Comment. in Hippocr. de Cap Vulner. pag. 63. l. 12. *moveat, oculos quibus obc.* al. *oculosque obc. & oculos &c.* lege: *oculosque pus obcæcet.* Scaliger apud Vertunian. p. 64. l. 16. *ratio hæc.* l. 22. *ea.* l. 23. *inflammatione. inflammationes.* ibid. *vehementes.* l. 29. *tum* pro *ut.* l. 30 Edit. *lingulis.* aliæ: *ligulis.* ibid. *subsequatur.* Scalig. apud Vertunian. p. 90. al. *subsecatur.*

d *Aph. VII.* 14. 24. e *Æginet. VI.* 90.

inde in aceto tincta cohibendus eſt, occupandusque obiectis linamentis, & caput altius g excitandum. Neque id vitium ullum metum, niſi inter muſculos, qui tempora continent, adfert: ſed ibi quoque nihil tutius fit.

In omni vero fiſſo fractoque oſſe, protinns antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius eſt, ante emplaſtra experiri, quæ calvariæ cauſa componuntur. eorumque aliquod oportet ex aceto mollitum per ſe ſuper fiſſum fractumve os imponere: deinde ſuper id, aliquanto latius quam vulnus eſt, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea ſuccidam lanam aceto tinctam: tum vulnus deligare, & quotidie reſolvere; ſimiliterque curare uſque ad diem quintum. A ſexto die etiam vapore aquæ calidæ per ſpongiam fovere: cæteraque eadem facere. Quod ſi caruncula increſcere cœperit, & febricula aut ſoluta fuerit, aut levior, & cupiditas cibi reverterit, ſatisque ſomni accedat, in eodem medicamento erit perſeverandum. Procedente deinde tempore emolliendum id emplaſtrum, adiecto cerato ex roſa facto; quo facilius carnem producat. nam per ſe reprimendi vim habet. Hac ratione ſæpe rimæ callo quodam implentur; eſtque ea oſſis velut cicatrix. & latius fracta oſſa, ſi qua inter ſe non cohærebant, eodem callo glutinantur. eſtque id aliquanto melius velamentum cerebro, quam caro, quæ exciſo oſſe increſcit. Si vero ſub prima curatione febris intenditur, brevesque ſomni, &

l. 2. *occupandusque eſt.* l. 3. om. *ullum.* l. 4. om. *niſi.* l. 10. *aliquid.* al. *alia quidem.* l. 14. *ſucidam.* l. 15. *tunc.* L. l. 16. om. *curare uſque.* l. 17. *aut.* al. *at* pro *a.* l. 19. *cætera ex eadem* l. 20. *coepit.* ibid. *lenior.* l. 21. *erit.* ibid. *brevior.* l. 22 *ſatisque omnia accedet.* al. *accedit.* l. 28. *ex quo* (al. *qua*) pro *eſtque.* l. 30. *cohærebunt.* L. l. 31. om. *id.*

g *Ita Seneca*, excitare ædificium. *Flor. Lib.* 1. excitare urbem.

iidem per ſomnia tumultuoſi ſunt, ulcus madet, neque * alitur, & in cervicibus glandulæ oriuntur, magni dolores ſunt, cibique ſuper hæc faſtidium increſcit; tum demum ad manum ſcalprumque veniendum eſt.

Duo vero ſub ictu calvariæ † pericula ſunt; ne vel findatur vel medium deſidat. Si fiſſum eſt, poſſunt oræ eſſe compreſſæ: vel quia altera ſuper alteram exceſſit; vel etiam, quia vehementer ſe rurſus commiſerunt. Ex quo evenit, ut humor ad membranam quidem deſcendat, exitum vero non habeat; ac ſic eam irritet, & graves inflammationes moveat. Ubi medium deſedit, eandem cerebri membranam os urget: interdum etiam ex fractura quibuſdam velut aculeis pungentibus.

His ita ſuccurrendum eſt, ut tamen quam minimum ex oſſe dematur. Ergo, ſi ora alteri inſedit, ſatis eſt id, quod eminet, plano ſcalpro excidere. Quo ſublato, iam rima hiat, quantum curationi ſatis eſt.

At, ſi oræ inter ſe comprimuntur, a latere eius, interpoſito digiti ſpatio, terebra foramen faciendum eſt: ab eoque ſcalper duabus lineis ad rimam agendus, ad ſimilitudinem literæ Λ; ſic, ut vertex eius a foramine, baſis a rima ſit. Quod ſi rima longius patet, ab altero foramine rurſus ſimilis ſinus fieri debebit: & ita nihil latens in eo oſſe concavum eſt, abundeque exitus datur intus lædentibus.

Ne ſi fractum quidem os deſedit, totum excidi neceſſe eſt, ſed, ſive totum perfra-

ctum

l. 10. *rurſus ſe.* L. l. 13. *ac ſi.* l. 15. *At ubi.* L. ibid. *medium os.* L. ibid. *deſidet.* l. 16. om. *os.* L. l. 22 *ſi rima hiat aliquantum, curationi ſatis eſt* L. l. 26. *rimas.* al. *ad rimas it. ad rimam.* L. l. 27. C pro Λ ibid. om. *eius.* l. 31. *latere ſub eo oſſe confractum poteſt.* L. al., pro *oſſe* legunt *eſſe.* l. 32. al. *latentibus.* l. 34. *ſic* al. *ſit* pro *eſt.*

* *i. e.* coaleſcit. *Scaligerana prima, pag.* 7. † *H. F. ab Aquapend. Oper. Chirurg. Part. I. C.* 2.

ctum eſt, & ab alio ex toto receſſit, ſive circumpoſitæ calvariæ inhæret; exigua parte ab eo, quod naturaliter ſe habet, ſcalpro dividendum eſt. Deinde in eo, quod deſedit, iuxta rimam, quam fecimus, foramina addenda ſunt: ſi in anguſto noxa eſt, duo; ſi latius patet, tria; ſeptaque eorum excidenda: & tum ſcalper utrinque ad rimam agendus ſic, ut lunatum ſinum faciat, imaque pars eius intus ad fracturam, cornua ad os integrum ſpectent. Deinde, ſi qua labant, & ex facili removeri poſſunt, forfice ad id facta colligenda ſunt, maximeque ea, quæ acuta membranam infeſtant. Si id ex facili fieri non poteſt, ſubiicienda lamina eſt, quam cuſtodem eius membranæ eſſe, propoſui: & 512,21. ſuper eam, quicquid ſpinoſum eſt, & intus eminet, excidendum eſt. eadem lamina, quicquid deorſum inſidet, attollendum. Hoc genus curationis efficit, ut, qna parte fracta oſſa tamen inhærent, ſolidentur: qua parte abrupta ſunt, ſine ullo tormento ſub medicamentis tempore excidant, ſpatiumque inter hæc ſatis ibi magnum ad extrahendam ſaniem relinquatur, plusque in oſſe propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit, eo exciſo.

His factis, ea membrana acri aceto reſpergenda eſt; ut, ſive aliquid ſanguinis ex ea profluit, cohibeatur, ſive intus concretus cruor remanet, diſcutiatur: tum idem medicamentum eodem modo, qui ſupra poſitus eſt, mollitum, ipſi membranæ imponen-

l. 6. *facienda*. L. l. 7. *patens*. l. 9. *ſit*. l. 10. *iamque*. l. 11. *dein*. l. 12. *labent*. al. *lædunt*. ib. om. *&*. l. 13. *forcipe*. L. ibid. *facto*. L. l. 14. *acu* pro *ea*. ibid. *acutam*. l. 15. *infeſtent*. l. 17. *ut* pro *&*. ibid. om. *eam*. l. 18. *eminet &*, *excidatur*. l. 20. *inſedit*. L. l. 21. *tantum* pro *tamen*. l. 24. *medicamenti*. al. *medicamento*. l. 25. *illis*. L. *illi*. *illam*.

ponendum eſt: cæteraque eodem modo facienda ſunt, quæ ad linteolum illitum, & lanam ſuccidam pertinent: collocandusque is loco intepido: & curandum quotidie vulnus; bis etiam, æſtate.

Quod ſi membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit roſa tepida. Si uſque eo tumebit, ut ſuper oſſa quoque emineat, coercebit eam bene trita lenticula, vel folia vitis contrita, & cum recenti vel butyro, vel adipe anſerino mixta: cervixque molliri debebit liquido cerato, ex irino facto. At, ſi parum pura membrana videbitur, par modus eius emplaſtri & mellis miſcendus erit; idque ſuperinfundendum; eius que continendi cauſa unum aut alterum linamentum iniiciendum; & ſuper linteolo, cui emplaſtrum illitum ſit, contegendum. Ubi ſatis pura membrana eſt, eadem ratione adiiciendum emplaſtro ceratum, ut carnem producat.

Quod ad abſtinentiam vero, & primos ulterioresque cibos potionesque pertinet, ea-
295,15. dem, quæ in vulneribus præcepi, ſervanda ſunt: eo magis, quo periculoſius hæc pars afficitur. Quinetiam, cum iam non ſolum ſuſtineri, ſed ali cibis quoque oportebit, tamen erunt vitanda, quæcunque mandenda ſunt: item fumus, & quicquid excitat ſternutamentum. Spem vero certam faciunt, membrana mobilis ac ſui coloris, caro increſcens rubicunda, facilis motus maxillæ atque cervicis. Mala ſigna ſunt, membrana immobilis, nigra, vel livida,

l. 3. *fucidam.* ib. om. *&.* l. 11. *anſerina.* ib. om. *que.* l. 12. al. *illiniri* malunt. l. 14. *emplaſtro et melli.* l. 19. *continendum plus* pro *ſatis.* al. *plus plana.* al. om. l. 27. *his* (al. *iis* al. *hos*) *quoque apparebit* al. *apparebunt.* *aliis* pro *cibis.* al. *alicis.* l. 30. *ſternumentum.*

da, vel aliter coloris corrupti, dementia, acris vomitus, nervorum vel reſolutio vel diſtentio, caro livida, maxillarum rigor, atque cervicis. Cætera, quæ ad ſomnum, cibi deſiderium, febrem, puris colorem attinent, eadem, quæ in cæteris vulneribus, vel ſalutaria, vel mortifera ſunt.

Ubi bene res cedit, incipit ab ipſa membrana, vel, ſi os eo loco duplex eſt, inde quoque caro increſcere; eaque id, quod inter oſſa vacuum eſt, replet: nonnunquam etiam ſuper calvariam excreſcit. Quod ſi incidit, inſpergenda ſquama æris eſt, ut id reprimat & cohibeat, eaque carni ſuperdanda, quæ ad cicatricem perducant. Omnibusque ea locis commode inducitur, excepta frontis ea parte, quæ paulum ſuper id eſt, quod inter ſupercilia eſt. Ibi enim vix fieri poteſt, ut non per omnem ætatem ſit exulceratio: quæ linteolo, medicamentum habente, contegenda ſit. Illa utique capite fracto ſervanda ſunt, ut, donec iam valida cicatrix erit, vitentur ſol, ventus, frequens balneum, maior vini modus.

CAP. V.

De Naſo fracto. a

In naribus vero, & os, & cartilago frangi ſolet, & quidem modo adverſa, modo a latere. Si adverſa fracta ſunt, alterumve ex his, nares deſidunt, difficulter ſpiritus trahitur. Si a latere os fractum eſt, is locus cavus eſt: ſi cartilago, in alteram partem nares declinantur.

l. 2. *acres.* ibid. *ſolutio.* l. 4. *cæteraque.* l. 5. *puri.* ibid. *coloris.* l. 10. *increſcens id.* L. ibid. om. *eaque.* L. al. *increſcere atque.* l. 12. *incidet.* l. 14. om. *&.* ibid. *cohibeatque, ea carni ſuperdando.* l. 17. *paululum.* l. 19. om. *non.* l. 21. *erit.* L. l. 23. *erit ſolvenda vitentur freq.* al. *cicatrix ſolvendus vitentur frequens balneum.* l. 27. *De narium fractarum curatione.* l. 30. *modo fracta.* l. 31. *nare.* l. 32. *talis* pro *cavus eſt.*

a *Æginet VI.* 91. *Hippocr. de Articul. T. XXX. XXXI. Vectar. T. V. Petr. de Marchettis Obſervat. Medico-Chirurg. Obſerv.* 26. 27. *exempla refert.*

Quicquid in cartilagine incidit, excitandum leniter eſt, aut ſubiecto ſpecillo, aut duobus digitis utrinque compreſſis: deinde in longitudinem implicata linamenta, & molli pellicula cincta circumſutaque, intus adigenda ſunt; aut eodem modo compoſitum aliquid ex arido penicillo; aut grandinis pinna, gummi, vel fabrili glutine illita, & molli pellicula circumdata, quæ deſidere cartilaginem non ſinat. Sed, ſi adverſa ea fracta eſt, æqualiter utraque naris implenda eſt. Si a latere, id, quod inſeritur, craſſius eſſe debet ab ea parte, in quam naſus iacet, ab altera tenuius. Extrinſecus autem circum-
525,18. danda habena eſt mollis, media illita mixtis inter ſe ſimila & thuris fuligine: eaque ultra aures ducenda, & fronti duobus capitibus agglutinanda eſt. id enim corpori quaſi gluten inhæreſcit, &, cum induruit, nares commode continet. Sin, quod intus inditum eſt, lædit, ſicut maxime ſit, ubi interior cartilago perfracta eſt, excitatæ nares eadem tantummodo habena continendæ ſunt: deinde, poſt quatuordecim dies idipſum demendum eſt. Reſolvitur autem aqua calida; eaque tum is locus quotidie fovendus eſt.

Sin os fractum eſt, id quoque digitis in ſuam ſedem reponendum eſt: atque ubi adverſum id ictum eſt, utraque naris implenda eſt; ubi a latere, ea, in quam os impulſum eſt: imponendumque ceratum, & paulo vehementius deligandum eſt; quia callus eo loco non ad ſanitatem tantummodo

l. 1. *e. cartilagine concedit.* L. al. *in cartilaginem incidit excitando ea.* l. 3. *comprehenſis.* l. 6. *iniicienda.* L. al. *adiicienda.* l. 10. *ſinunt.* L. l. 12. *id quod inſeritur.* om. MSct. Medic. & habet l. 14. poſt *tenuius.* l. 16. *medio.* L. l. 23. *exercitatæ.* l. 26. *tumens* pro *tum is.* L.

modo, ſed etiam ad tumorem increſcit. a tertio die fovendum id aqua calida eſt; tantoque magis, quanto propius eſſe ſanitati debet. Quod ſi plura erunt fragmenta, nihilominus intrinſecus ſingula in ſuas ſedes digitis erunt compellenda; imponendaque extrinſecus eadem habena, & ſuper eam ceratum; neque ultra faſcia adhibenda eſt.

At, ſi quod fragmentum undique reſolutum cum cæteris non glutinabitur, intelligetur quidem ex humore, qui multus ex vulnere feretur; vulſella vero extrahetur; finitisque inflammationibus, imponetur aliquod medicamentum ex his, quæ leniter reprimunt. Peius eſt, ubi aut oſſi aut cartilagini fractæ cutis quoque vulnus acceſſit. id admodum raro fit. Si incidit, illa quidem nihilominus eadem ratione in ſuas ſedes excitanda ſunt: cuti vero ſuperimponendum emplaſtrum aliquod ex his, quæ recentibus vulneribus accommodata ſunt: ſed inſuper nullo vinculo deligandum eſt.

CAP. VI.

De Auribus fractis. a

IN aure quoque interdum rumpitur cartilago. Quod ſi incidit, antequam pus oriatur, imponendum glutinans medicamentum eſt. ſæpe enim ſuppurationem prohibet, & aurem confirmat. Illud & in hac & in naribus ignorari non oportet; non quidem cartilaginem ipſam glutinari, circa tamen carnem increſcere, ſolidari-

l. 1. *in tertio.* l. 4. *ſanitate.* l. 5. *extrinſecus.* l. 10. om. *At ſi.* l. 12. *multum.* l. 15. *iis.* L. l. 26. *De aurium fractarum curatione.* l. 31. om. *&.* l. 32. *oportet quidem.*

a *Æginet. III.* 23. *Hippocr. de Articul. T. XXXV. Vectar. VI.*

darique eum locum. Itaque, ſi cum cute cartilago rupta eſt, cutis utrinque ſuitur. Nunc autem de ea dico, quæ, cute integra, frangitur. In ea vero ſi iam pus natum eſt, aperienda altera parte cutis, & ipſa cartilago contra lunata plaga excidenda eſt: deinde utendum eſt medicamento leniter ſanguinem ſupprimente, quale lycium eſt aqua dilutum, donec ſanguis fluere deſinat: tum imponendum linteolum cum emplaſtro, ſic, ut pingue omne vitetur: & a parte poſteriore lana mollis auri ſubiicienda eſt, quæ, quod eſt inter hanc & caput, compleat: tum leniter ea deliganda eſt; & a tertio die, vapore, ut in naribus poſui, fovenda. Atque in his quoque generibus abſtinentia primis temporibus neceſſaria eſt, donec inflammatio finiatur.

CAP. VII.

De Maxilla fracta, & quibuſdam ad omnia oſſa pertinentibus. a

AB his ad maxillam venturus indicanda quædam puto communiter ad omnia oſſa pertinentia, ne ſæpius eadem dicenda ſint. Omne igitur os, modo rectum, ut lignum in longitudinem finditur; modo frangitur tranſverſum; interdum obliquum: atque id ipſum nonnunquam retuſa habet capita, nonnunquam acuta. quod genus peſſimum eſt: quia neque facile committuntur, quæ nulli retuſo innituntur; & carnem vulnerant, interdum quoque nervum aut muſculum. Qninetiam aliquan-

quan-

l. 3. *ita* pro *integra.* l. 7. om. *ſanguinem.* l. 14. *ea leniter.* l. 16. 17. *primi temporis.* l. 21. *De maxilla fracta*, *deque quib.* l. 27. *linum.* ibid. *longitudine.* l. 29. *in* pro *id.* l. 33. *nervum quoque.*

a *Æginet. VI.* 92.

quando plura fragmenta fiunt. Sed in aliis quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum a fragmento recedit. Maxillæ vero semper aliqua parte, etiam vexata ossa inter se cohærent.

Igitur inprimis digitis duobus utrinque prementibus, & ab ore, & a cute, omnia ossa in suam sedem compellenda sunt: deinde, si maxilla transversa fracta est (sub quo casu fere dens super proximum dentem excedit) ubi ea in suam sedem collocata est, duo proximi dentes, aut, si hi labant, ulteriores inter se * seta deligandi sunt. id in alio genere fracturæ supervacuum est. Cætera eadem facienda sunt. Nam linteolum duplex, madens vino & oleo, superiniiciendum cum eadem simila & eadem thuris fuligine est: deinde aut fascia, aut mollis habena, media in 522,16. longitudinem incisa, ut utrinque mentum complectatur; & inde capita eius supra caput adducta ibi deligentur.

Illud quoque ad omnia ossa pertinens dictum erit, famem primum esse necessariam: deinde, a die tertio, humidum cibum; sublata inflammatione, paulo pleniorem, eumque, qui carnem alat: vinum per omne tempus esse alienum. Deinde tertio die resolvi debere; foverique per spongiam vapore aquæ calidæ; eademque, quæ primo fuerunt, superdari: idem quinto die fieri, & donec inflammatio finiatur; quæ vel octavo die, vel septimo fere solvitur: ea sublata, rursus ossa esse tractanda, ut, si quod fragmentum loco suo non est, reponatur. neque id esse sol-

l. 1. *fragmenta a fragmento fiunt.* L. l. 7. *a mento* pro *acute.* L. ibid. *omnino.* L. l. 10. *excidit.* L. l. 15. om. *sunt.* L. l. 16. 17. *superiniiciendum est, cumque eo simila & thuris fuligo.* L. l. 18. *medio.* L. l. 21. *ligentur.* L. al. *deligantur.* l. 28. om. *que.* ibid. om. *aquæ.* L. l. 29. *foverant.* L. l. 30. *Item.* ibid. *die quinto.* l. 31. *nono.* L. l. 32. *resolvitur.*

* *Rhodius de Acia, C.* 15. *p.* 213.

ſolvendum, niſi duæ partes eius temporis, ntra quod quæque oſſa confervent, tranſierint.

Fere vero inter quartumdecimum & unum & viceſimum diem ſaneſcunt, maxilla, malæ, iugulum, pectus, latum os ſcapularum, coſtæ, ſpina, coxarum os, tali, calx, manus, planta: inter vigeſimum & trigeſimum diem, crura brachiaque: inter ſeptimum & vigeſimum & quadrageſimum, humeri & femina.

Sed de maxilla illud quoque adiiciendum eſt, quod humidus cibus diu aſſumendus eſt. Atque etiam, cum tempus proceſſit, in lagano ſimilibusque aliis perſeverandum eſt, neque quicquam edendum, donec ex toto maxillam callus firmarit. Itemque, primis utique diebus habendum ſilentium.

CAP. VIII.

De Jugulo fracto.

IUGULUM vero, ſi tranſverſum fractum eſt, nonnunquam per ſe rurſus recte coit, &, niſi movetur, ſanari ſine vinctura poteſt: nonnunquam vero, maximeque ubi motum eſt, elabitur; fereque id, quod a pectore eſt, ſub id, quod ab humero eſt, in poſteriorem partem inclinatur. Cuius ea ratio eſt, quod per ſe non movetur; ſed cum humeri motu conſentit. Itaque, eo ſubſiſtente, ſuper id humerus agitatur. Raro vero admodum in priorem partem iugulum inclinatur; adeo ut magni profeſſores nunquam

l. 2. *conferunt. conferuntur* fere omnes legunt. l. 4. *intra.* l. 6. *latus.* l. 7. *ſpina coxa um, os tali.* L. l. 11. *femora* L. l. 14. *ſit.* L. l. 16. *eſt, neque quicquam edendam* om. omnes. l. 17. *firmavit.* l. 18. *Item utique.* l. 22. *De iuguli fracti curatione.* l. 24. *nunquam.* ibid. om. *rurſus* L. l. 25. *iunctura.* Mſſt. medic. *cinctura* l. 26. om. *que.* l. 27. om. *que.* l. 28. *Super.* L. l. 31. *conſiſtente.* L. l. 32. *ſub.*

quam ſe vidiſſe memoriæ mandarint. Sed locuples tamen eius rei auctor Hippocrates eſt.

Verum, ut diſſimilis uterque caſus eſt, ſic quædam diſſimilia requirit. Ubi ad ſcapulas iugulum tendit, ſimul dextra manu plana propellendus in poſteriorem partem humerus eſt, & illud in priorem attrahendum. Ubi ad pectus converſum eſt, ipſum quidem retro dandum, humerus autem in priorem partem adducendus eſt: ac, ſi is inferior eſt, non id, quod a pectore eſt, deprimendum eſt, quia immobile eſt; ſed humerus ipſe attollendus: ſin autem ſuperior eſt, id, quod a pectore eſt, implendum lana, & humerus ad pectus deligandus eſt. Si acuta fragmenta ſunt, incidi contra cutis debet; ex oſſibus ea, quæ carnem vulnerant, præcidenda ſunt; tunc retuſa oſſa committenda ſunt; ſi quod ab aliqua parte eminet, opponendum ei triplex linteolum eſt in vino & oleo tinctum. Si plura fragmenta ſunt, excipienda ſunt ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato. Ne faſcia deducatur, quæ iugulo compoſito circumdanda eſt, ſæpius potius, quam valentius. quod ipſum quoque in omnibus fractis perpetuum eſt. A dextro vero iugulo, ſi id fractum eſt, ad alam ſiniſtram; a ſiniſtro ad dexteram, rurſus ſub ala ſua faſciari debet. Poſt hæc, ſi iugulum ad ſcapulas inclinatum eſt, brachium ad latus; ſi in partem priorem, ad cervicem deligandum eſt ſupinuſque homo collocandus. cæteraque eadem

l. 1. *mandaverint.* l. 14. *Si caſu ſup.* l. 18. *& ex.* L l. 19. om. *ſunt.* L. ibid. *tum.* L. l. 20. *&, ſi.* L. l. 21. *eſt* pro *ei.* L. l. 22. om. *eſt.* L. l. 24. om. *que incerato, ne* L. l. 25. *deducatur.* l. 28. om. *vero.* l. 31. *faſcia dari.* L. l. 34. om. *que.* L.

dem facienda, quæ ſupra comprehenſa ſunt.

2. *De diverſis oſſium curis.*

Sunt vero plura oſſa fere immobilia, vel dura, vel cartilaginoſa, quæ vel franguntur, vel forantur, vel colliduntur, vel finduntur, ut malæ, pectus, latum os ſcapularum, coſtæ, ſpina, coxarum os, tali, calx, manus, planta. Horum omnium eadem curatio eſt. Si ſupra vulnus eſt, id ſuis medicamentis nutriendum eſt. quo ſaneſcente, rimas quoque oſſis, aut, ſi quod foramen eſt, callus implet. Si cutis integra eſt, &, os læſum eſſe, ex dolore colligimus, nihil aliud, quam quieſcendum; imponendumque ceratum eſt, & leniter deligandum, donec ſanitate oſſis dolor finiatur.

CAP. IX.

De Coſtis fractis. a

PROPRIE tamen quædam de coſta dicenda ſunt; quia iuxta viſcera eſt, gravioribusque periculis is locus expoſitus eſt. Hæc quoque igitur interdum ſic finditur, ut ne ſummum quidem os, ſed interior pars eius, quæ rara eſt, lædatur: interdum ſic, ut eam totam is caſus perruperit. Si tota fracta non eſt, nec ſanguis exſpuitur, nec febricula ſequitur, nec quicquam ſuppurat, niſi admodum raro, nec dolor magnus eſt; tactu tamen is locus leviter indoleſcit. Abunde eſt eadem, quæ ſupra ſcripta ſunt, facere; & a media faſcia incipere deligare, ne in alterutram partem hæc cutem inclinet. Ab uno vero & vigeſimo

die,

l. 2. om. inſcriptio. l. 6. *latus.* l. 7. *ſpina coxarum, os tali.* L. al. *coſtarum.* l. 11. *ferrumen.* l. 21. *De coſtarum fractarum curatione.* l. 20. *coſtis.* L. l. 21. *ſunt, & grav.* L. l. 23. *Coſta igitur.* L. ibid. om. *quoque.* L. l. 30. *leniter.* l. 31 *Sed abunde,* L.

a *Æginet. VI.* 96.

die, quo utique os esse debet glutinatum, id agendum cibis uberioribus est, ut corpus quam plenissimum fiat, quo melius os vestiat: quod illo loco tenerum adhuc iniuriæ sub tenui cute expositum est. Per omne autem tempus curationis, vitandus clamor, sermo quoque, tumultus, ira, motus vehementior corporis, fumus, pulvis, & quicquid vel tussim vel sternutamentum movet: ne spiritum quidem magnopere continere expedit.

At, si tota costa perfracta est; casus asperior est. Nam & graves inflammationes, & febris, & suppuratio, & sæpe vitæ periculum sequitur, & sanguis spuitur. Ergo, si vires patiuntur, ab eo brachio, quod super eam costam est, sanguis mittendus est: si non patiuntur, alvus, tamen sine ullo acri, ducenda est; diutiusque inedia pugnandum. Panis vero ante septimum diem non assumendus; sed una sorbitione vivendum: imponendumque ei loco ceratum ex lycio factum, cui cocta quoque resina adiecta sit, aut Polyarchi malagma; aut panni ex vino 253.
& rosa & oleo; superque imponenda lana 530, 4.
succida mollis, & duæ fasciæ a mediis orsæ, minimeque adstrictæ. Multo vero magis omnia vitanda, quæ supra posui; adeo, ut ne spiritus quidem sæpius movendus sit. Quod si tussis infestabit, ad id potio sumenda erit, vel ex trixagine, vel ex ruta, vel ex herba stœchade, vel ex cumino & pipere. Gravioribus vero doloribus urgentibus, cataplasma imponi quoque conveniet,

l. 2. *agendum. Cibis - est utendum.* l. 22. *lino.* l. 24. *manni panaces. panacis. Panachi* pro *panni.* l. 26. om. *a.* ibid. *sucida.* l. 32. *stychade.* l. 33. *vel ex* pro *&.* l. 34. *urgentibus.*

veniet, vel ex lolio, vel ex hordeo, cui pinguis fici tertia pars ſit adiecta. Et id quidem interdiu ſuperiacebit: noctu vero idem aut ceratum, aut malagma, aut panni; quia poteſt cataplaſma decidere. Ergo quotidie quoque reſolvetur, donec iam cerato aut malagmate poſſimus eſſe contenti. Et decem quidem diebus extenuabitur fame corpus; ab undecimo vero ali incipiet. ideoque etiam laxior, quam primo, faſcia circum ligabitur. Fereque ea curatio ad quadrageſimum diem perveniet.

Sub qua ſi metus erit ſuppurationis, plus malagma, quam ceratum ad digerendum proficiet. Si ſuppuratio vicerit, neque per quæ ſupra ſcripta ſunt, diſcuti potuerit; omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur: ſed, qua parte maxime tumebit, demittendum erit candens ferramentum, donec ad pus perveniat; idque effundendum. Si nuſquam caput ſe oſtendit, ubi maxime pus ſubſit, ſic intelligimus. creta cimolia totum locum illinemus, & ſiccari patiemur: quo loco maxime humor in ea perſeverabit, ibi pus proximum erit; eoque uri debebit. Si latius aliquid abſcedet, duobus aut tribus locis erit perforandum; demittendumque linamentum, aut aliquid ex penicillo, quod ſummum lino ſit devinctum, ut facile educatur. Reliqua eadem, quæ in cæteris aduſtis, facienda ſunt. Ubi purum erit ulcus, ali corpus debebit, ne tabes, pernicioſa futura, id malum ſubſequatur. Nonnunquam etiam, levius ipſo oſſe affecto,

l. 3. *ſubiacebit.* l. 7. *poſſumus.* l. 9. *incipit.* l. 11. *ſit, qua ligabitur.* L. ibid. *curatione.* L. l. 13. *Quæ ſi modus.* L. l. 21. *tumor* pro *caput.* l. 22. *ſubit.* ibid. *intelligimur.* l. 23. *illinamus. illinimus.* l. 24. *intus.* L. al. *in.* ibid. *perſeveravit.* l. 25. *eaque.* l. 27. *demittendum erit.* l. 28. *erit* pro *que.*

affecto, & inter initia neglecto, non pus, ſed humor quidam muccis ſimilis, intus coit; molleſcitque contra cutis. In qua ſimili uſtione utendum eſt.

2. *De Spina fracta.* a

In ſpina quoque eſt, quod proprie notemus. Nam ſi id, quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum eſt, locus quidem concavus fit; punctiones autem in eo ſentiuntur: quia neceſſe eſt ea fragmenta ſpinoſa eſſe. quo fit, ut homo in anteriorem partem ſubinde nitatur. Hæc noſcenda rei cauſa ſunt. Medicamentis vero iiſdem opus eſt, quæ plurima parte huius capitis expoſita ſunt.

CAP. X.

De Humerorum, brachiorum, femorum, crurum, digitorum fractorum, vel evulſorum, communibus curationibus.

SIMILES rurſus ex magna parte caſus curationeſque ſunt humeris & femoribus. Communia etiam quædam humeris, brachiis, femoribus, cruribus, digitis: ſiquidem ea minime periculoſe media franguntur. Quo propior fractura capiti vel ſuperiori vel inferiori eſt, eo peior eſt. nam & maiores dolores adfert, & difficilius curatur. Ea maxime tolerabilis eſt ſimplex, tranſverſa: peior, ubi obliqua, atque ubi fragmenta: peſſima, ubi eadem acuta ſunt. Nonnunquam autem fracta in his oſſa in ſuis ſedibus remanent: multo ſæpius excidunt, aliudque ſuper aliud efferLl 2 tur.

l. 2. *muco.* L. l. 5. *De ſpinæ curatione.* al. om. inſcriptionem. l. 7. *ſi quid - - - excidit aut.* L. l. 11. *interiorem.* l. 12. *noſcendæ.* L. l. 14. *prima.* L. l. 22. *femoris.* forte primitus fuit: *humeri & femoris.* l. 24. *feminibus.* l. 26. *at quo.* L. l. 29. *Earum.* L. l. 30. *eaque tranſv.* L. l. 31. *peſſimum.* l. 32. om. *ſunt.*

a *Æginet. VI.* 98.

tur. idque ante omnia confiderari debet: & funt notæ certæ. Si fuis fedibus funt, mota refonant, punctionisque fenfum repræfentant, tactu inæqualia funt. Si vero non adverfa, fed obliqua iunguntur, quod fit, ubi loco fuo non funt, membrum id altero latere brevius eft, & mufculi eius tument.

Ergo, fi hoc deprenfum eft, protinus id membrum oportet extendere. Nam nervi mufculique, intenti per offa, contrahuntur: neque hæc in fuum locum veniunt, nifi illos per vim aliquis intendit. Rurfus, fi primis diebus id omiffum eft, inflammatio oritur. Sub qua & difficile, & periculofe, vis nervis adhibetur. nam diftentio nervorum vel * cancer fequitur; vel certe, ut mitiffime agatur, pus. itaque, fi ante repofita offa non funt, poftea reponenda funt. Intendere autem digitum vel aliud quoque membrum, fi adhuc tenerum eft, etiam unus homo poteft; cum alteram partem dextra, alteram finiftra prendit. Valentius membrum duobus eget, qui in diverfa contendant. Si firmiores nervi funt, ut in viris robuftis, maximeque eorum feminibus & cruribus evenit; habenis quoque, vel linteis fafciis utrinque capita articulorum deliganda, & per plures in diverfa ducenda funt. Ubi paulo longius, quam naturaliter effe debet, membrum vis fecit; dum demum offa manibus in fuam fedem compellenda funt: indiciumque offis repofiti eft dolor fublatus. Et membrum alteri

l. 2. 3. *funt mota, refima.* L. al. *refinam. refimam.* al. om. *funt.* l. 4. *& tactu.* L. l. 7. *lateri.* l. 9. *depreffum.* l. 12. om. *hæc.* L. l. 14. *obmiffum.* l. 16. *diftentionem.* Almeloveen. l. 17. *certum ut mitiffime afatur pus.* al. *certum, ut diutiffime alatur, pus.* al. *mitiffime.* Lindenius *cum - agitur.* l. 19. *poft eam.* l. 20. *quodque.* L. l. 22. *offi.* l. 27. *lineis.* L. al. *lintei.* l. 29. *& in* L. l. 30. *Ubi vero.* L. l. 33. *At.* L.

* *Tulpius Obferv. Lib. 4. Cap. 13.*

alteri æquatum, involvendum duplicibus triplicibusve pannis in vino & oleo tinctis: quos linteos eſſe, commodius eſt.

Fere vero faſciis ſex opus eſt. Prima breviſſima adhibenda: quæ circa fracturam ter voluta ſurſum verſum feratur, & quaſi in cochlea ſerpat; ſatisque eſt, eam ter hoc quoque modo circuire. Altera dimidio longior ea: quæ, ſi qua parte os eminet, ab ea, ſi totum æquale eſt, undelibet ſuper fracturam incipere debet, priori adverſa, deorſumque tendere; atque iterum ad fracturam reverſa, in ſuperiore parte ultra priorem faſciam deſinere. Super has iniiciendum latiore linteo ceratum eſt, quód eas contineat. Ac, ſi qua parte os eminet, triplex ea pannus obiiciendus, eodem vino & oleo madens. Hæc tertia faſcia comprehendenda ſunt, quartaque, ſic, ut ſemper inſequens priori adverſa ſit, & tertia tantum in inferiore parte, tres in ſuperiore finiant: quia ſatius eſt ſæpius circuire, quam adſtringi: ſiquidem id, quod adſtrictum eſt, alienatur, & cancro opportunum eſt. Ar- 294,31.
ticulum autem quam minime vincire opus 300,17.
eſt: ſed, ſi iuxta hunc os fractum eſt, neceſſe eſt.

Deligatum vero membrum in diem tertium continendum eſt. Eaque vinctura talis eſſe debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa viſa ſit; ſecundo laxior; tertio iam pene reſoluta. Ergo tum rurſum id membrum deligandum, adiiciendaque prioribus quinta faſcia eſt, iterumque

l. 1. 2. *triplicis panni.* ibid. *tinctum.* l. 3. *lineos.* L. l. 4. *his.* al. *iis* pro *faſciis.* l. 7. *cochleam.* L. l. 9. *longiore, eaque. longior eaque.* l. 12. *de fractura.* l. 17. *ei.* L. ibid. *pannos.* l. 21. om. *in.* l. 22. *faciant. feriant.* l. 29. *iunctura.* l. 31. *lapſa.*

que quinto die reſolvendum eſt, & tum ſex faſciis involvendum, ſic, ut tertia & quinta infra, cæteræ ſupra finiantur. Quotieſcunque autem ſolvitur membrum, calida aqua fovendum eſt. Sed, ſi iuxta articulum fractura eſt, diu inſtillandum vinum eſt, exigua parte olei adiecta, eademque omnia facienda, donec adeo inflammatio ſolvatur, ut tenuius quoque, quam ex conſuetudine, id membrum fiat. quod ſi ſeptimus dies non dedit, certe nonus exhibet. tum facillime oſſa tractantur.

Rurſus ergo, ſi parum commiſſa ſunt, committi debent: ſi qua fragmenta eminent, in ſuas ſedes reponenda ſunt: deinde eodem modo membrum deligandum, ferulæque ſuper accommodandæ ſunt, quæ fiſſæ circumpoſitæque oſſa in ſua ſede contineant: &, in quam partem fractura inclinat, ab ea latior valentiorque ferula imponenda eſt. Easque omnes circa articulum eſſe oportet reſimas, ne hunc lædant, nec ultra adſtringi, quam ut oſſa contineant: & cum ſpatio laxentur, tertio quoque die paulum habenis ſuis coartari; ac, ſi nulla prurigo, nullus dolor eſt, ſic manere, donec duæ partes eius temporis, quo os quodque confervet, compleantur: poſtea levius aqua calida fovere, quia primo digeri materiam opus eſt, tum evocari. Ergo cerato quoque liquido id leniter eſt ungendum, perfricandaque ſumma cutis eſt: laxiusque id deligandum eſt. Tertio quoque die ſolvendum, ſic, ut remota calida aqua,

l. 1. om. *die.* L. ibid. *ſexta. ſexto.* al. *ſexta faſcia. ſexta faſciis.* l. 5. om. *eſt.* l. 8. *ab eo.* L. l. 9. *vel* pro *ut.* L. al. *vel levius.* l. 21. *citra.* l. 27. *quod quoque os.* l. 31. *leniter - unguendum.*

aqua, cætera eadem fiant; tantummodo singulæ fasciæ, quoties resolutæ fuerint, subtrahantur.

2. *De Humero fracto.* c

Hæc communia sunt: illa propria. Siquidem humerus fractus, non sic, ut membrum aliud, intenditur: sed homo collocatur alto sedili, medicus autem humiliore adversus. Una autem fascia, brachium amplexa, ex cervice ipsius, qui læsus est, id sustinet: altera, ab altera parte super caput data, ibi accipit nodum: tertia, vincto imo humero deorsum demittitur, ibi quoque capitibus eius inter se vinctis. Deinde ab occipitio ipsius, minister sub ea fascia, quam secundo loco posui, porrecto, si dexter humerus ducendus est, dextro, si sinister, sinistro brachio, demissum inter femina eius, qui curatur, baculum tenet; medicus super eam fasciam, de qua tertio loco dixi, plantam iniicit dextram, si sinister, sinistram, si dexter humerus curatur; simulque alteram fasciam minister attollit, alteram premit medicus: quo fit, ut leniter humerus extendatur. Fasciis vero, si medium aut imum os fractum est, brevioribus opus est; si summum, longioribus: ut ab eo sub altera quoque ala per pectus & scapulas porrigantur. Protinus vero brachium, cum deligatur, sic inclinandum est, ut id, quod afficitur, ante fascias quoque sic figuratum sit, ne postea suspensum aliter, atque cum deligabatur, humerum inclinet. Brachioque suspenso, ipse quoque hu-

l. 2. *quotiens.* l. 4. *De humeri fracti curatione.* l. 6. *est, non.* l. 9. om. *autem.* l. 11. *sustineat.* l. 13. *iuncto.* ibid. *dimittitur.* l. 14. *iunctis.* l. *correpto.* al. *correcto.* l. 18. *dimissum.* l. 21. *palmam.* al. *planam. planam inicit dextra.* l. 22. *sumatur.* FOESIUS *ducatur* legit. al. *sinuatur. curatur.* l. 28. *ad* pro *&*. L. l. 31. *est. id quod officit, ut.* ibid. *fasciis.* L. l. 32. *figurandum.* l. 33. *aliter* pro *atque.*

c *Hippocr. de Fract. T. VIII.*

humerus ad latus leniter deligandus est. per quæ fit ut minime moveatur: ideoque ossa sic se habent, ut aliquis composuit. Cum ad ferulas ventum est, extrinsecus esse earum longissimæ debent: a lacerto breviores; sed sub ala brevissimæ. Sæpiusque eæ resolvendæ sunt, ubi in vicinia cubiti humerus fractus est, ne ibi nervi rigescant & inutile brachium efficiant. Quoties solutæ sunt, fractura manu continenda; cubitus aqua calida fovendus, & molli cerato perfricandus, ferulæque vel omnino non imponendæ contra eminentia cubiti, vel aliquanto breviores sunt.

3. *De Brachio fracto.* d

At, si brachium fractum est, in primis considerandum est, alterum os, an utrumque comminutum sit: non quo alia in eiusmodi casu curatio sit admovenda; sed primum, ut valentius *e* extendatur, si utrumque os fractum est; quia necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente: deinde, ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. nam, ubi alterum integrum est, plus opis in eo, quam in fasciis ferulisque est. Deligari autem brachium debet, paulum pollice ad pectus inclinato; siquidem is maxime brachii naturalis habitus sit: idque involutum mitella commodissime excipitur. quæ latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo iniicitur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est. Idque pau-

l. 5. *brevior esse sub.* l. 6. om. *que.* ibid. om. *eæ.* L. l. 9. *efficiatur.* L. l. 14. *sint.* L. l. 15. *De brachii fracti curatione.* l. 18. *quod.* l. 19. om. *sit.* l. 28. *paululum.* L. l. 32. *ipsa.* L.

d *Æginet. VI.* 99. e *Hippocrat. de Fractur. T IV.* 9.

paulum ſupra cubiti alterius regionem pendere oportet.

4. *De Cubito fracto.*

Quod ſi ex ſummo cubito quid fractum ſit, glutinare id vinciendo alienum eſt. fit enim brachium immobile. At, ſi nihil aliud quam dolori occurſum eſt, idem, qui fuit, eius uſus eſt.

5. *De Cruribus Femoribuſque fractis.* f

In crure æque ad rem pertinet, alterum ſaltem os integrum manere. commune vero ei femorique eſt, quod, ubi deligatum eſt, in canalem coniiciendum eſt. Is canalis inferiori parte foramina habet, per quæ, ſi quis humor exceſſerit, deſcendat: & a planta moram, quæ ſimul & ſuſtineat eam, & delabi non patiatur: & a lateribus cava, per quæ loris datis, mora quidem crus femurque, ut collocatum eſt, detineat. Eſſe etiam is debet, a planta, ſi crus fractum eſt, circa poplitem; ſi femur, uſque ad coxam; ſi iuxta ſuperius caput femoris, ſic, ut ipſa quoque ei coxa inſit. Neque tamen ignorari oportet, ſi femur fractum eſt, fieri brevius: quia nunquam in antiquum ſtatum revertitur; ſummiſque digitis poſtea cruris eius inſiſti. ex quo multa debilitas eſt; fœdior tamen, ubi fortunæ negligentia quoque acceſſit.

6. *De Digito fracto.*

Digitum ſatis eſt ad unum ſurculum poſt inflammationem deligari.

l. 3. om. inſcriptio. l. 4. *id factum.* l. 6. *Ac.* l. 7. *occurrendum.* L. l. 9. *de crurum femorumque fractorum curatione.* l. 14. *ab* pro *&*. L. ib. *habere debet.* L. al. *& inferiore parte ferruminali.* al. *& inferiore parte ferrilaminam*; forte ſcriptum fuit *foramina aliqua.* l. 18. 19. *moræ quædam.* L. l. 20. *detineat.* L. l. 24. *ſit.* l. 27. *inſiſti*; *ſed multa tamen femori debilitas eſt, ubi.* al. *ſed multo tamen ferior debilitas eſt, ubi.* l. 30. *De digiti fracti curatione.* al. om. inſcriptionem. l. 31. *furunculum. funiculum.*

f *Æginet. VI.* 102. *Hippocr. de Fract. XXIII.*

7. *Communes curationes ad humeros, brachia, crura, femina, digitosque confractos pertinentes.*

His proprie ad singula membra pertinentibus, rursus illa communia sunt: primis diebus fames: deinde tum, cum iam increscere callum oportet, liberalius alimentum: longa a vino abstinentia: fomentum aquæ calidæ, dum inflammatio est, liberale; cum ea desiit, modicum: tum etiam longior ulterioribus, e liquido cerato, membris, & mollis tamen unctio. Nec protinus exercendum id membrum, sed paulatim ad antiquos usus reducendum est.

Gravius aliquanto est, cum ossis fracturæ carnis quoque vulnus accessit, maximeque, si id musculi femoris aut humeri senserint. nam & inflammationes multo graviores, & promptiores cancros habent. Ac femur quidem, si ossa inter se cesserunt, fere præcidi necesse est. Humerus vero quoque in periculum venit; sed facilius conservatur. Quibus periculis etiam magis id expositum, quod iuxta ipsos articulos ictum est. Curiosius igitur agendum est, & musculus quidem per mediam plagam transversus præcidendus: sanguis vero, si parum fluxit, mittendus: corpus inedia in decimum diem extenuandum. Ac reliqua quidem membra lentius intendenda, & lenius in his ossa in suam sedem reponenda sunt: his vero neque intendi nervos, neque ossa tractari, satis expedit. ipsique homini permittendum est, ut sic ea collocata habeat,

quem-

l. 3. *pertinentia.* l. 5. *ista.* L. l. 10. *liberare ea desit.* l. 11. *&* pro *e.* l. 12. *Neque.* L. l. 13. om. *paulatim.* l. 18. *senserunt.* l. 19. *cancres.* l. 22. *si* pro *sed.* l. 25. *id agendum.* L. l. 26. *& per mediam plagam musculus.* l. 28. omnes om. *in decimum diem.* l. 31. *in is.* al. *in iis.*

quemadmodum minime lædunt. Omnibus autem his vulneribus imponendum primo linamentum eſt ex vino madens, cui roſæ paulum admodum adiectum ſit: cætera eadem. Deliganda faſciis ſunt, aliquanto, quam vulnus, latioribus; laxius ſcilicet, quam ſi ea plaga non eſſet; quantoque facilius & alienari & occupari cancro vulnus poteſt, numero potius faſciarum id agendum eſt, ut laxæ quoque æque contineant.

Quod in femore humeroque ſic fiet, ſi oſſa forte recte concurrerint: ſin aliter ſe habebunt, eatenus circumdari faſcia debebit, ut impoſitum medicamentum contineat. Cætera eadem, quæ ſupra ſcripſi, facienda ſunt, præterquam quod neque ferulis, neque canalibus, inter quæ vulnus ſaneſcere non poteſt; ſed pluribus tantummodo & latioribus faſciis opus eſt: ingerendumque ſubinde in eas eſt calidum oleum, & vinum, magiſque in principio fame utendum; vulnus calida aqua fovendum; friguſque omni ratione vitandum, & transeundum ad medicamenta, quæ puri movendo ſunt. Maiorque vulneri, quam oſſi cura agenda. ergo quotidie ſolvendum nutriendumque eſt.

Inter quæ ſi quod parvulum fragmentum oſſis eminet, id, ſi retuſum eſt, in ſuam ſedem dandum; ſi acutum, ante acumen eius, ſi longius eſt, præcidendum; ſi brevius, limandum, & utrumque ſcalpro lævandum: tum ipſum recondendum eſt. ac ſi id manus facere non poteſt, vulſella, quali

l. 1. *minimum læduntur.* L. l. 3. om. *eſt.* L. l. 6. *laxioribus.* L. l. 7. om. *que.* l. 9. *numeris.* l. 11. *humerove.* L. l. 21. *magisque hoc. In princ.* L. Sed ad unum omnes omittunt *hoc*, & legunt ut deſcripſi, ſic tamen ut priores editores habeant *primo.* l. 22. *utendo.* al. *utendo & alieno.* l. 22. *eſt, &.* L. l. 31. om. *ſi.* l. 31. *utrinque.* ibid. *limandum.*

qnali fabri utuntur, iniicienda recte ſe habenti capiti, ab ea parte, qua ſima eſt; ut ea parte, qua gibba eſt, eminens os in ſuam ſedem compellat. Si id maius eſt, membranuliſque cingitur, ſinere oportet eas ſub medicamentis reſolvi, idque os, ubi iam nudatum eſt, abſcidere; quod maturius ſcilicet faciendum eſt. poteſtque ea ratione & os coire, & vulnus ſaneſcere: illud ſuo tempore; hoc, prout ſe habet.

Nonnunquam etiam in magno vulnere evenit, ut fragmenta quædam velut emoriantur, neque cum cæteris coeant, quod hic quoque ex modo fluentis humoris colligitur. Quo magis neceſſarium eſt, ſæpius ulcus reſolvere atque nutrire. Sequitur vero, ut id os per ſe poſt aliquot dies excidat. Cum tam miſera antea conditio vulneris ſit, tamen id interdum maius diutiusque facies.

Sæpe etiam integra cute os abrumpitur, protinuſque prurigo & dolor oritur. Quæ ſolvere, ſi accidit, maturius oportet, & fovere aqua, per æſtatem, frigida; per hiemem, egelida: deinde ceratum myrteum imponere. Interdum fractura quibuſdam velut aculeis carnem vexat. Quo a prurigine & punctionibus cognito, aperire id medicus, eoſque aculeos præcidere neceſſe habet. Reliqua vero curatio in utroque hoc caſu eadem eſt, quæ, ubi plagam ictus protinus intulit. Puro iam ulcere, cibis hic quoque utendum eſt carnem producentibus.

l. 1. *eſt acutæ oſſis prominentis cuſpidi, ab.* L. l. 2. *capite.* l. 3. *cibra.* l. 5. *cinguntur.* l. 6. *ea.* l. *abſcindere.* L. l. 17. *quam* pro *atque.* L. ibid. *ſequiturque fere ut.* L. l. 18. 19. *excidat: aut, cum iam ante miſera.* L. l. 21. *diuturniusque faciat.* L. ib. *manus* pro *maius.* ib. pro *diutius* Conſtantinus & Ronſſeus in ora habent *latiusque.* ibid. *enim* pro *etiam.* ib. *cute os.* L. l. 23. *Quare* pro *quæ.* L. l. 29. *melius* pro *medicus.* l. om. *plagam.*

bus. Si brevius adhuc membrum eſt, & oſſa loca ſuo non ſunt, paxillus tenuis & quam læviſſimi generis inter ea demitti debet, ſic, ut capite paulum ſupra ulcus emineat; iſque quotidie plenior adigendus eſt, donec par id membrum alteri fiat. Tum paxillus removendus, vulnus ſanandum eſt. Cicatrix inducta fovenda frigida aqua eſt, in qua myrtus, hedera, aliæve ſimiles verbenæ decoctæ ſint: illinendumque medicamentum, quod ſiccet. & magis etiam hic quieſcendum, donec id membrum confirmetur.

Si quando vero oſſa non conferbuerunt, quia ſæpe ſoluta, ſæpe mota ſunt, in aperto deinde curatio eſt; poſſunt enim coire. Si vetuſtas occupavit, membrum extendendum eſt, ut aliquid lædatur: oſſa inter ſe manu dividenda, ut concurrendo exaſperentur, &, ſi quid pingue eſt, eradatur, totumque id quaſi recens fiat. magna tamen cura habita, ne nervi muſculive lædantur. Tum vino fovendum eſt, in quo malicorium decoctum ſit; imponendumque idipſum ovi albo mixtum: tertio die reſolvendum, fovendumque aqua, in qua verbenæ, de quibus ſupra dixi, decoctæ ſint: quinto die idem faciendum, ferulæque circumdandæ: cætera, & ante, & poſt, eadem facienda, quæ ſupra ſcripſi. Solent tamen interdum diverſa inter ſe oſſa confervere: eoque & brevius membrum, & indecorum fit; &, ſi capita acutiora ſunt, aſſiduæ punctiones ſentiuntur. Ob quam cauſam frangi

rurſus

l. 3. om. *quam.* L. ibid. *leviſſimi.* ibid. *dimitti.* l. 4. *paululum.* L. ibid. om. *ſupra ulcus.* L. l. 7. *vulnusque.* L. l. 8. *vero inducta.* L. l. 10. om. *decoctæ.* ibid. *illinendumque.* l. 11. *medicamentum eſt.* l. 14. *quæ* pro *quia.* l. 24. *deiectum.* l. 25. *id ipſum corium ovi.* l. 31. *adverſa.* L. al. *tranſverſa.* ibid. al. *cohærere coaleſcere.* l. 34. *aſſidue punctura.* L. al. *iunctiones.*

rurſus oſſa & dirigi debent. Id hoc modo fit. Calida aqua multa membrum id fovetur, & ex cerato liquido perfricatur, intenditurque: inter hæc, medicus pertractans oſſa, ut adhuc tenero callo, manibus ea diducit, compellitque id, quod eminet, in ſuam ſedem: &, ſi parum valuit, ab ea parte, in quam os ſe inclinat, involutam lana regulam obiicit; atque ita deligando, aſſueſcere iterum vetuſtæ ſedi cogit.

Nonnunquam autem recte quidem oſſa coeperunt, ſuperincrevit vero nimius callus; ideoque locus intumuit. Quod ubi incidit, diu leniterque id membrum perfricandum eſt ex oleo, & ſale, & nitro; multumque aqua calida ſalſa fovendum; & imponendum malagma, quod digerat; adſtrictiusque alligandum: oleribusque, & præterea vomitu utendum, per quæ cum carne callus quoque extenuatur: confertque aliquid de ſinapi cum ficu in alterum par membrum impoſitum, donec id paulum erodat, eoque evocet materiam. Ubi his tumor extenuatus eſt, rurſus ad ordinem vitæ revertendum eſt.

CAP. XI.

De Oſſibus luxatis.

AC de fractis quidem oſſibus hactenus dictum ſit. Moventur autem ea ſedibus ſuis duobus modis. Nam modo, quæ iuncta ſunt, inter ſe dehiſcunt: ut cum latum os ſcapularum ab humero recedit; & in brachio, radius a cubito; & in crure, tibia a ſura;

l. 4. *& inter.* l. 5. *deducit.* l. 8. *in qua.* l. 9. *lanam.* l. 12. *conferbuerunt.* L. l. 13. *ideque*; pro quo forte ſcriptum fuit *indeque.* ibid. *locus ſi.* al. *locus ſic int.* l. 14. *leviterque.* l. 21. *ſinapi quod cum.* ibid. *pariter* pro *par.* l. 23. *iis* pro *his.* l. 32. *hiſcunt.*

a ſura; interdum ſaltu, calcis os a talo; quod raro tamen fit: modo articuli ſuis ſedibus excidunt. Ante de prioribus dicam.

Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus cavus eſt, depreſſusque digitus ſinum invenit. deinde gravis inflammatio oritur; atque in talis præcipue: ſiquidem febres quoque, & cancros, & nervorum vel diſtentiones, vel rigores, qui caput ſcapulis annectunt, movere conſuevit. Quorum vitandorum cauſa, facienda eadem ſunt, quæ in oſſibus mobilibus læſis. Ubi aliquid incidit, protinus his locis propoſita ſunt, ut dolor tumorque per ea 544,31.
tollantur. Nam diducta oſſa nunquam rurſus inter ſe iunguntur: &, ut aliquid decoris eo loco, ſic nihil uſus admittitur.

Maxilla vero & vertebræ, omneſque articuli, cum validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulſi, aut aliquo caſu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris & adoleſcentulis, quam in robuſtioribus. Hique elabuntur in priorem & in poſteriorem, in interiorem & in exteriorem partem: quidam omnibus modis, quidam certis. Suntque quædam communia omnium ſigna, quædam propria cuiuſque. Siquidem ſemper ea parte tumor eſt, in qua os prorumpit; ea ſinus, a qua receſſit. Et hæc quidem in omnibus deprehenduntur, alia vero in ſingulis. quæ, ſimulatque de quoque dicam, proponenda erunt.

Sed

l. 1. *arſura.* ibid. *& interd.* L. *a ſaltu.* l. 3. *excedunt.* l. 4. *ubi - - - locus.* om. Mſt. Medic. alii omnes habent. l. 5. *cauſa* pro *cavus.* l. 7. *præcipua.* l. 11. *ea.* l. 12. *mollibus.* ibid. *atque ob id incidit.* al. *Aliquid ubi inc.* al. om. *aliquid.* l. 13. 14. *locis imponenda, quæ ſupra prop.* L. l. 15. *eam.* ibid. *deducto.* l. 17. *ſit* pro *ſic.* ibid. *amittitur.* l. 19. *vertebræ.* l. 21. *comprehenduntur.* L. l. 25. omnes om. *in poſteriorem in interiorem.* l. 30. *quam.* L. l. 32. *alia vero ſi in.*

Sed ut excidere omnes articuli poſſunt, ſic non omnes reponuntur Caput enim nunquam compellitur, neque in ſpina vertebra, neque ea maxilla, quæ, utraque parte prolapſa, antequam reponeretur, inflammationem movit. Rurſum, qui nervorum vitio prolapſi ſunt, compulſi quoque in ſuas ſedes iterum excidunt. Ac, quibus in pueritia exciderunt, neque repoſiti ſunt, minus quam cæteri creſcunt: omniumque, quæ loco ſuo non ſunt, caro emacreſcit, magiſque in proximo membro, quam in ulteriore. utputa, ſi humerus loco ſuo non eſt, maior in eo ipſo fit macies, quam in brachio; maior in hoc, quam in manu. Tum pro ſedibus, & pro caſibus, qui inciderunt, aut maior aut minor uſus eius membri relinquitur: quoque in eo plus uſus ſupereſt, eo minus id extenuatur.

Quicquid autem loco ſuo motum eſt, ante inflammationem reponendum eſt. Si illa occupavit, dum conquieſcat, laceſſendum non eſt: ubi finita eſt, tentandum eſt in his membris, quæ id patiuntur. Multum autem eo confert & corporis & nervorum habitus. Nam, ſi corpus tenue, ſi humidum eſt, ſi nervi infirmi, expeditius os reponitur; ſed & primo facilius excidit, & poſtea minus fideliter continetur. Quæ contraria his ſunt, melius continent: ſed id, quod expulſum eſt, difficulter admittunt. Oportet autem ipſam inflammationem levare, ſuper ſuccida lana ex aceto impoſita: a cibo, ſi valentioris articuli caſus eſt, triduo; interdum

dum

l. 1. *non poſſunt.* l. 2. *nonnunquam.* l. 5. *reponerentur.* l. 8. *At.* l. 11. *ea increſcit.* l. 12. om. *in.* l. 14. om. *macies.* l. 15. *manu acie. manus acies.* l. 17. om. *eius.* l. 19. *inde* pro *id.* l. 22. *Tunc laceſſendum eſt.* l. 26. *tenue humidum.* l. 28. *multo* pro *prono.* L. l. 32. *ſucida.*

dum etiam quinque diebus abſtinere: bibere aquam calidam, dum ſitim ſiniat: curioſiusque hæc facere, his oſſibus motis, quæ validis pleniſque muſculis continentur: ſi vero etiam febris acceſſit, multo magis: deinde ex die quinto fovere aqua calida; remotaque lana, ceratum imponere ex cyprino factum; nitro quoque adiecto, donec omnis inflammatio finiatur. Tunc infrictionem ei membro adhibere: cibis uti bonis; uti vino modice: iamque ad uſus quoque ſuos id membrum promovere; quia motus, ut in dolore peſtifer, ſic alias ſaluberrimus corpori eſt. Hæc communia ſunt: nunc de ſingulis dicam.

CAP. XII.

De Maxilla luxata. a

MAXILLA in priorem partem propellitur, ſed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipſa mentumque inclinatur: dentes paribus non reſpondent; ſed ſub his, qui ſecant, canini ſunt. At, ſi utraque, totum mentum in exteriorem partem promovetur; inferioreſque dentes longius, quam ſuperiores excedunt; intentique ſuper muſculi apparent. Primo quoque tempore homo in ſedili collocandus eſt, ſic, ut miniſter a poſteriore parte caput eius contineat, vel ſic, ut iuxta parietem is ſedeat, ſubiecto inter parietem & caput eius ſcorteo pulvino duro, eoque caput per miniſtrum urgeatur, quo ſit immobilius. tum medici

l. 1. *abſtinere debere.* al. *debet.* l. 2. *ſitis finiatur.* L. l. 3. *iis.* l. 6. *deinde die.* L. ibid. *ex aqua.* L. l. 21. *alteram.* l. 22. *partem modo utraque ipſa.* l. 25. *mentum inclinatur, & in.* L. l. 28 *temporum* pro *ſuper.* L. l. 29. *autem homo.* al. *item homo.* l. 30. *ſuperiore parte.*

a *Æginet. VI.* 112.

ci digiti pollices, linteolis vel fasciis, ne dilabantur, involuti in os eius coniiciendi, cæteri extrinsecus admovendi sunt. ubi vehementer maxilla apprehensa est, si una parte procidit, concutiendum mentum, & ad guttur adducendum est: tunc simul & caput apprehendendum, &, excitato mento, maxilla in suam sedem compellenda, & os eius comprimendum est, sic, ut omnia pene uno momento fiant. Sin utraque parte prolapsa est, eadem omnia facienda; sed æqualiter retro maxilla agenda est. Reposito osse, si cum dolore oculorum & cervicis iste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Cum omnibus vero, quorum ossa mota sunt, primo liquidior cibus conveniat, tum his præcipue: adeo ut sermo quoque, frequenti motu oris, nervos lædat.

CAP. XIII.

De Capite luxato.

CAPUT duobus processibus in duos sinus summæ vertebræ demissis super cervicem contineri, in prima parte proposui. Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit, ut nervus sub occipitio extendatur: mentum pectori adglutinetur, neque bibere is, neque loqui possit, interdum sine voluntate semen emittat. quibus celerrime mors supervenit. Ponendum autem hoc esse credidi, non quo curatio eius rei ulla sit; sed ut res indiciis cognosceretur, & non putarent sibi me-

l. 2. *fasces.* ibid. *delabantur.* l. 5. *ima* pro *una.* l. 6. om. *&.* l. 10. om. *uno.* ibid. *mento.* ibid. *Sin in. Si ab.* l. 16. *quibus ossa.* l. 18. *frequens.* L. al. *quique*, pro *quoque.* l. 19. *temporum* pro *per.* L. l. 24. *dimissis.* l. 27. *nervi.* L. al. *nervis.* l. 28. *extendantur.* L. ibid. al. *ne extendatur.* ibid. *& mentum.* L.

medicum defuiſſe, ſi qui ſic aliquem perdidiſſent.

CAP. XIV.

De Spina luxata. a

IDEM caſus manet eos, quorum in ſpina vertebræ exciderunt. Id enim non poteſt fieri, niſi & medulla, quæ per medium; & duabus membranulis, quæ per duos a lateribus proceſſus feruntur; & nervis, qui continent, ruptis. Excidunt autem & in poſteriorem partem, & in priorem: & ſupra ſeptum tranſverſum, & infra. In utramvis partem exciderit, a poſteriore parte vel tumor, vel ſinus oritur. Si ſuper ſeptum id incidit, manus reſolvuntur, vomitus, aut diſtentio nervorum inſequitur, ſpiritus difficulter movetur; dolor urget, & aures obtuſæ ſunt. Si ſub ſepto, femina reſolvuntur, urina ſupprimitur, interdum etiam ſine voluntate prorumpit. Ex eiuſmodi caſibus, ut tardius, quam ex capitis, ſic tamen intra triduum homo moritur. Nam, quod Hippocrates dixit, vetrebra in exteriorem partem prolapſa, pronum hominem collocandum eſſe, & extendendum, tum calce aliquem ſuper ipſum debere conſiſtere, & intus impellere: in his accipiendum eſt, quæ paulum exceſſerunt; non in his, quæ toto loco motæ ſunt. Nonnunquam enim nervorum imbecillitas efficit, ut, quamvis non exciderit vertebra, paulum tamen in priorem partem promineat. id non iugulat. Sed ab interiore parte non contingit qui-

l. 7. *excident.* l. 8. *ei item ex* pro *&.* l. 13. *Si in.* L. l. 14. *utramque.* ibid. *exciderit.* ibid. *erit* pro *oritur.* L. l. 16. *reſolventur.* l. 17. *ſequitur.* L. l. 27. *id* pro *&.* al. om. ibid. *iis* pro *his.* l. 30. *totæ.* ibid. *mutatæ.* l. 32. *paululum.* L. al. *tantum parvum.* l. 33. *promineant.* l. 34. *ne* pro *non.*

a *Æginet. VII.* 117.

quidem poſſe; ab exteriore ſi propulſum eſt, plerumque iterum redit: niſi, quod admodum rarum eſt, vis nervis reſtituta eſt.

CAP. XV.

De Humero luxato. a

HUMERUS autem modo in alam excidit, modo in partem priorem. Si in alam delapſus eſt, ei iunctus cubitus recedit ab latere, rurſum iuxta eiuſdem partis aurem cum humero porrigi non poteſt, longiuſque altero id brachium eſt. Si in priorem partem, ſummum quidem brachium extenditur, minus tamen, quam naturaliter; difficiliuſque in priorem partem, quam in poſteriorem cubitus porrigitur.

Igitur, ſi in alam humerus excidit, vel puerile adhuc eſt corpus, vel molle certe & imbecillibus nervis intentum eſt, ſatis eſt collocare id in ſedili; & ex duobus miniſtris alteri imperare, ut caput lati ſcapularum oſſis leniter reducat; alteri, ut brachium extendat: ipſum poſteriore parte reſidentem humerum genu ſub ala eius cogere, ſimulque & latum os, & altera manu brachium eius ad latus impellere.

At, ſi vaſtius corpus, nervive robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, quæ & craſſitudinem duorum digitorum habet, & longitudine ab ala ad digitos pervenit. in qua ſumma capitulum eſt rotundum, & leniter cavum; ut recipere particulam aliquam ex capite humeri poſſit. In

ea

l. 1. *propelli* pro *poſſe*. L. fortaſſe legendum: *propelli poſſe*. ibid. *ſi quid*. L. l. 3 *deſtituta* pro *reſtituta eſt*. l. 10. *& victus*. & ei victus pro *iunctus*. ibid. om. *cubitus*. l. 11. pro *rurſum iuxta* Lind. *ſurſumque ad*. l. 16. *quam poſter*. l. 19. om. *eſt*. L. al. *eſt & imbecillibus*. l. 21. *ſedile*. l. 25. om. *humerum*. it. *genu*. *renum* pro *genu*. ib. *coire*. l. 26. *& ille*. ibid. poſt *brachium* in Florentina eſt hiatus, dein ſequuntur verba: *eius ad latus* impellere. l. 20. *ſpatha*. L. al. *ſpatula longa*. ibid. *& quæ*. l. 31. om. *&*. l. 31. *uſque ad*. L. a *Æginet. VI.* 114.

ea bina foramina tribus locis ſunt, inter ſe ſpatio diſtantibns; in quæ lora mollia coniiciuntur. Eaque ſpatha, faſcia involuta, quo minus tactu lædat, ad alam a brachio dirigitur, ſic, ut caput eiùs ſummæ alæ ſubiiciatur: deinde, loris ſuis ad brachium deligatur; uno loco, paulum infra humeri caput; altero, paulum ſupra cubitum; tertio, ſupra manum. cui rei protinus intervalla tunc quoque foraminum aptata ſunt. Sic brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum traiicitur, ita altæ, ut conſiſtere homo ipſe non poſſit; ſimulque in alteram partem corpus demittitur, in alteram brachium intenditur: eoque fit, ut capite ligni caput humeri impulſum in ſuam ſedem, modo cum ſono, modo ſine hoc compellatur. Multas eſſe alias rationes, ſcire facile eſt uno Hippocrate lecto; ſed non alia magis uſu comprobata eſt.

At, ſi in partem priorem humerus excidit, ſupinus homo collocandus; faſciaque, aut habena, media ala circumdanda eſt, capitaque eius poſt caput hominis miniſtro tradenda; brachium alteri; præcipiendumque, ut ille habenam, hic brachium extendat: deinde medicus, caput quidem hominis ſiniſtra debet repellere; dextra vero cubitum cum humero attollere, & os in ſuam ſedem compellere. faciliuſque id in hoc caſu, quam in priore revertitur. Repoſito humero, lana alæ ſubiicienda eſt; ſi in interiore parte os fuit, ut ei opponatur; ſi in priore, ut tamen commodius deligetur.

l. 1. *que.* L. l. 2. *inque ea.* l. 4. om. *a.* l. 9. *citra manu.* l. 12. *alte.* l. 14. *dimittitur.* l. 19. *ſatis* pro *facile.* l. 21. *incedit.* L. l. 22. *collocandus eſt.* l. 27. *humeri.* l. 33. om. *in.* l. 34. *priore parte.*

tur. Tum faſcia, primum ſub ala obvoluta, caput eius debet comprehendere, deinde per pectus ad alteram alam, ab eaque ad ſcapulas, rurſusque ad eiuſdem humeri caput tendere, ſæpiuſque ad eandem rationem circumagi, donec bene id teneat. Vinctus hac ratione humerus commodius continetur, ſi adductus ad latus ſit, & ad id quoque faſcia deligetur.

CAP. XVI.

De Cubito luxato. a

IN cubito autem tria coire oſſa, humeri, & radii, & cubiti ipſius, ex his, quæ prima parte huius voluminis poſita ſunt, intelligi potuit. Si cubitus, qui annexus humero eſt, ab hoc excidit, radius, qui adiunctus eſt, interdum diſtrahitur, interdum ſubſiſtit. In omnes vero quatuor partes excidere cubitus poteſt: ſed, ſi in priorem prolapſus eſt, extentum brachium eſt, neque recurvatur: ſi in poſteriorem, brachium curvum eſt, neque extenditur, breviuſque altero eſt; interdum *b* febrem, vomitumque bilis movet: ſi in exteriorem, interioremve, brachium porrectum eſt, ſed paulum in eam partem, a qua os receſſit, recurvatum.

Quicquid incidit, reponendi ratio una eſt (neque in cubito tantum, ſed in omnibus quoque membris longis, quæ per articulum longa teſta iunguntur) utrumque membrum in diverſas partes extendere, donec ſpatium inter oſſa liberum ſit; tum

id

l. 3. *perfectus. profectus.* l. 5. *eadem ratione.* l. 8. om. *&.* l. 9. *deligatur.* l. 12. *De cubiti luxati curatione.* l. 16. *ſed* pro *ſi.* ibid. *innexus.* l. 18. *trahitur.* l. 28. *recurvatur.* l. 30. *tantum eſt, ſed.* l. 33. *extendi debet.*

a *Hippocr. de Articulis. T. XXI. & Vectar. T. IX.*
b *Hippocr. de Artic. T. XXII.* 1.

id os, quod excidit, ab ea parte, in quam prolapſum eſt, in contrariam impellere. Extendendi tamen alia atque alia genera ſunt, prout nervi valent, aut oſſa huc illucve ſe dederunt. Ac modo manibus ſolis utendum eſt, modo quædam alia adhibenda.

Ergo, ſi in priorem partem cubitus prolapſus eſt, extendi per duos manibus, interdum etiam habenis iniectis, ſatis eſt: deinde rotundum aliquid, a lacerti parte ponendum eſt, & ſuper id repente cubitus ad humerum impellendus eſt. At in aliis caſibus commodiſſimum eſt eadem ratione brachium extendere, quæ, fracto cubito ſupra poſita eſt, & tum oſſa reponere.

Reliqua curatio eadem eſt, quæ in omnibus. Celerius tantum ſæpiusque id reſolvendum eſt; multoque magis aqua calida fovendum, diutius ex oleo & nitro ac ſale perfricandum. In cubito enim celerius, quam in ullo alio articulo, ſive extra remanſit, ſive intus revertit, callus circumdatur, isque, ſi per quietem increvit, flexus illius poſtea prohibet.

CAP. XVII.

De Manu luxata. a

MANUS quoque in omnes quatuor partes prolabitur. Si in poſteriorem partem excidit, porrigi digiti non poſſunt: ſi in priorem, non inclinantur: ſi in alterutrum latus, manus in contrarium, id eſt, aut ad pollicem, aut ad mini-

Mm 4 mum

l. 2. *contrarium*. L. l. 5. *ſederunt*. l. 9. *duas manus*. L. l. *adiectis*. L. l. 15. *humero*. L. l. 16. *ſuper*. l. 17. *eadem curatio*. l. 20. *& diutius*. L.

a *Hippocr. de Artic. T. XXIII. Vectar. X.*

mum digitum convertitur. Repon non difficillime poteſt Super durum locum & renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachium debet, ſic, ut prona ſit, ſi in poſteriorem partem os excidit; ſupina, ſi in priorem; ſi in interiorem exterioremve, in latus. Ubi ſatis nervi diducti ſunt, ſi in alterutrum latus procidit, manibus in contrarium repellendum eſt. At his, quæ in priorem poſterioremve partem prolapſa ſunt, ſuperimponendum durum aliquid, idque ſupra prominens os manu urgendum eſt, per quod os vis adiecta facilius in ſuam ſedem compellit.

CAP. XVIII.

De Palma luxata.

IN palma quoque oſſa interdum ſuis ſedibus promoventur, modo in priorem partem, modo in poſteriorem. In latus enim moveri, paribus oſſibus oppoſitis, non poſſunt. Signum id ſolum eſt, quod omnium commune eſt. tumor ab ea parte, in quam os venit: ſinus ab ea, a qua receſſit. Sed ſine intentione, digito tantummodo bene preſſum os in ſuam ſedem revertitur.

CAP. XIX.

De Digitis luxatis.

AT in digitis totidem fere caſus, ea- 557,4. demque ſigna ſunt, quæ in manibus. Sed in his extendendis non æque vi opus eſt; cum & articuli breviores, & nervi minus

l. 1. *& reponi.* L. l. *locum autem durum.* L. l. 6. om. *ſi in interiorem.* l. 8. *uſque in* L. l. 9. *procedit.* ibid. *manus brachium.* l. 11. *lapſa.* l. 13. om. *os.* l. 17. om. *luxata.* l. 18. om. *oſſa.* l. 28. om. *luxatis.* l. 34. *quod* pro *cum &.* L.

minus validi ſunt. Super menſam tantummodo intendi debent, qui vel in priorem vel in poſteriorem partem exciderunt; tum iam palma compelli: at id, quod in latus elapſum eſt, digitis reſtitui.

CAP. XX.

De Femore luxato. a

CUM de his dixerim; de iis quoque, quæ in cruribus ſunt, videri poſſum dixiſſe: ſiquidem etiam in hoc caſu quædam ſimilitudo eſt femori & humero, tibiæ & cubito, pedi & manui. quædam tamen ſeparatim quoque de his dicenda ſunt.

Femur in omnes quatuor partes promovetur: ſæpiſſime in *b* interiorem; deinde in exteriorem; raro admodum in priorem, aut poſteriorem. Si in interiorem partem prolapſum eſt, crus longius altero & valgius eſt: extra enim pes ultimus ſpectat. Si in exteriorem, brevius, varumque fit, & pes intus inclinatur; calx ingreſſu terram non contingit, ſed planta ima, meliuſque id crus ſuperius corpus, quam in priore caſu, fert, minuſque baculo eget. Si in priorem, crus extenſum eſt, implicarique non poteſt; alteri cruri ad calcem par eſt; ſed ima planta minus in priorem partem inclinatur: dolorque in hoc caſu præcipuus eſt; & maxime urina ſupprimitur. Ubi cum dolore inflammatio quievit, commode ingrediuntur, rectuſque eorum pes eſt. Si in poſteriorem, extendi non poteſt crus, breviuſque eſt; ubi conſiſtit, calx quoque terram non contingit.

l. 3. 4. *tumque.* L. l. 4. *compelli, ut ita in locum, unde lapſus eſt digitus, reſtituatur.* L. l. 8. om. *luxato.* l. 9. *de humeris - - his.* L. l. om. *etiam.* L. l. 12. *& tibiæ,* l. 19. *vaſtius.* al. *varum.* l. 21. *rarumque.* ibid. om. *pes.* l. 25. *crus plicari non poteſt. extenſumque alteri.* l. 31. *totusque.* l. 32. *Sed etſi in priorem.* al. *ſed etſi in poſt.* l. 34. *conſtitit.*

a *Æginet. VI.* 118. b *Hippocr. de Articul. T. LV. Vectar. T. XI.*

Magnum autem femori periculum eſt, ne vel difficulter reponatur, vel repoſitum rurſus excidat. Quidam ſemper iterum excidere contendunt: ſed Hippocrates, & Diocles, & Philotimus, & Nileus, & Heraclides Tarentinus, clari admodum auctores, ex toto ſe reſtituiſſe memoriæ prodiderunt. Neque tot genera machinamentorum quoque, ad extendendum in hoc caſu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, faber quoque quidam reperiſſent, ſi id fruſtra eſſet. Sed ut hæc falſa opinio eſt; ſic illud verum eſt: cum ibi valentiſſimi nervi muſculique ſint, ſi ſuum robur habent, vix admittere: ſi non habent, poſtea non continere.

Tentandum igitur eſt, &, ſi tenerius membrum eſt, ſatis eſt habenam alteram ab inguine, alteram a genu intendi: ſi validius, melius adducent, qui eaſdem habenas ad valida bacula deligarint; tumque eorum fuſtium imas partes oppoſitæ moræ obiecerint, ſuperioresque ad ſe utraque manu traxerint. Etiamnum valentius intenditur membrum ſuper ſcamnum, cui ab utraque parte axes ſunt, ad quos habenæ illæ deligantur: qui, ut in torcularibus, converſi, rumpere quoque, ſi quis perſeveraverit, non ſolum extendere nervos & muſculos poſſunt. Collocandus autem homo ſuper id ſcamnum eſt, aut pronus, aut ſupinus, aut in latus, ſic, ut ſemper ea pars ſuperior ſit, in quam os prolapſum eſt; ea etiam inferior,

l. 2. om. *vel.* l. 3. *rurſum.* ibid. *iterum ſemper.* l. 11. 12. om. *faber quoque quidam.* vid. notas. l. 14. om. *eſt.* L. l. 16. *admittere, ut reponatur. ſi.* L. l. 17. *repoſitum* pro *poſtea.* L. ibid. *contineri.* l. 18. *tenerum.*

ferior, a qua recessit. Nervis extentis, si in priorem partem os venit, rotundum aliquid super inguen ponendum; subitoque super id genu adducendum est eodem modo, eademque de causa, qua idem in brachio fit; protinusque, si complicari femur potest, intus est.

In cæteris vero casibus, ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt, medicus debet id, quod eminet, retro cogere; minister contra inde coxam propellere. Reposito osse, nihil novi aliud curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur; ne, si motum femur fuerit adhuc laxioribus nervis, rursus erumpat.

CAP. XXI.

De Genu luxato. a

GENU vero & in exteriorem, & in interiorem, & in posteriorem partem excidere, notissimum est. In priorem non prolabi, plerique scripserunt. poteStque id vero proximum esse; cum inde opposita patella, ipsa quoque caput tibiæ contineat. Meges tamen eum, cui in priorem partem excidisset, a se curatum esse, memoriæ prodidit.

In his casibus intendi nervi rationibus iisdem, quas in femore retuli, possunt. Et id quidem, quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure, recondi-

l. 1. *extensis*. L. l. 2. om. *partem*. l. 8. om. *per vim*. L. l. 11. om. *inde*. L. ibid. *Posito*. l. 15. Lindenius hic habet verba illa p. 557. l. 6. 7. l. 19. om. *luxato*. l. 21. *uno*. al. *quoque* pro *vero*. l. 25. *inde imposita*. al. *idem opposita*. Lindenius *ibidem* pro *inde*. l. 27. *Megis*.

a *Æginet*. *VI*. 119.

conditur; cætera vero manibus ſimul, dum oſſa in diverſas partes compelluntur.

CAP. XXII.

De Talo luxato.

TALUS in omnes partes prolabitur. Ubi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem convertitur. Ubi huic contrarius caſus, contrarium etiam ſignum eſt. At, ſi in priorem partem erumpit, a poſteriore latus nervus durus & intentus eſt; ſimuſque is pes eſt. Si in poſteriorem, calx pene conditur, planta maior fit. Reponitur autem is quoque per manus; prius in diverſa pede & crure diductis. Et in hoc quoque caſu diutius in lectulo perſeverandum eſt; ne is talus, qui totum corpus ſuſtinet, parum confirmatis nervis, ferendo oneri cedat, rurſuſque prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus primo tempore utendum; ne vinctura talum ipſum lædat.

CAP. XXIII.

De Planta luxata.

PLANTÆ vero oſſa iiſdem modis, quibus in manu, prodeunt; iiſdemque conduntur. Faſcia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne, cum mediam plantam, imumque eius vinciri neceſſe eſt, liber talus in medio relictus, materiam pleniorem recipiat, ideoque ſuppuret.

CAP.

l. 1. *tum*. L. l. 3. om. *luxato*. l. 6. *quidem in*. L. l. 7. om. *partem*. l. 9. *talus* pro *caſus*. ibid. *extat*. pro *eſt*. *At*. l. 11. *prorumpit*. L. l. 12. *inſanus*. pro *intentus*. ibid. *minusque his* (al. *is*) *opus eſt* pro *ſimusque is pes eſt*. ibid. *iis* pro *is* L. l. 16. *deductis*. l. 21. *iunctura*. l. 23. om. *luxata*. l. 26. *Plantarum*. L. l. 27. *manibus*. L. ibid. *his iiſdemque*. al. *is*. al. *iis*.

CAP. XXIV.
De Digitis luxatis. a

IN digitis nihil ultra fieri debet, quam 552,30.
quod in his, qui ſunt in manu, poſitum eſt. Poteſt tamen conditus articulus medius aut ſummus canaliculo aliquo contineri.

CAP. XXV.
De his, quæ cum vulnere loco moventur. a

HÆC facienda ſunt in his caſibus, ubi ſine vulnere oſſa exciderunt: ſæpe tamen cum vulnere loco moventur. Hic vero & ingens periculum eſt, & eo gravius, quo maius membrum eſt, quove validioribus nervis aut muſculis continetur. Ideoque ab humeris, femoribuſque, metus mortis eſt; ac, ſi repoſita oſſa ſunt, ſpes nulla eſt: non repoſitis tamen, nonnullum periculum eſt. Eoque maior in utroque timor eſt, quo propius vulnus articulo eſt. Hippocrates *b* nihil tuto reponi poſſe, præter digitos, & plantas, & manus, dixit: atque in his quoque diligenter eſſe agendum, ne præcipitentur ægri. Quidam brachia quoque & crura repoſuerunt: &, ne cancri, diſtentioneſque nervorum orirentur (ſub quibus in eiuſmodi caſu fieret mors matura) ſanguinem ex brachio miſerunt. Verum ne digitus quidem (in quo minimum, ut malum, ſic etiam periculum eſt) reponi debet aut niſi ante inflammationem aut poſtea, cum iam vetus res eſt. Si quoque, repoſito oſſe, nervi diſtenduntur, rurſus id protinus expellendum eſt.

Omne

l. 1. om. *luxatis.* l. 5. om. *Poteſt - - contineri.* L. l. 8. *ſeq.* om. CAP. XXV. & inſcriptio. l. 11. om. *Sæpe - - moventur.* l. 12. *quoque* pro *vero.* l. 16. om. *ab.* l. 21. *Nam Hipp.* L. l. 22. *fieri ſol. et* L. al. *fuere.* l. 24. *præcipitarent.* ib. om. *ægri.* L. l. 31. *aut in inflammatione* pro *niſi ante inflammationem.*

a *Æginet. VI.* 116. a *Idem V.* 121. b *Hippocr. Vectar. XIX.* 5.

Omne autem membrum, quod cum vulnere loco motum, neque repositum est, sic iacere convenit, ut maxime cubantem iuvat: tantum ne moveatur, neve dependeat. In omnique tali morbo magnum ex longa fame præsidium est: deinde ex curatione eadem, quæ proposita est, ubi ossibus fractis vulnus accessit. Si nudum os eminet, impedimento semper futurum est, ideo, quod excedit, abscindendum est; imponendaque super arida linamenta sunt, & medicamenta non pinguia; donec, quæ sola esse in eiusmodi re sanitas potest, veniat. nam & debilitas sequitur, & tenuis cicatrix inducitur: quæ necesse est facile noxæ postea pateat.

l. 5. om. *que.* ibid. *modo* pro *morbo.* l. 9. *id* pro *ideo.* l. 10. *abscidendum.* l. 12. *saltem* pro *sola.* l. 16. In Cod. Mediceo post *pateat,* quo contextus minoribus literis perscriptus finitur, additum est grandibus seu quadratis: CELSI LIBER VIII. EXPLICIT FELICITER. vid. Cochius.



APPENDIX

CONTINENS

VARIORVM AVCTORVM NOTAS

IN CELSI LIBROS

INDICESQVE LOCVPLETISSIMOS.

NOTAE
VARIORUM AUCTORUM
IN
CELSI LIBROS
DE
RE MEDICA.

Pag. 1. lin. 1. *A. Corn. Celsi Medicinæ liber primus.*) *Auli Corneli Celsi Artium liber sextus, idemque Medicinæ primus.* Ad marginem adscriptum: *Grammatica: Rhetorica: De re militari: De agricultura.* Scal.

Florent. *Cornelii Celsi de Medicina liber primus incipit.* om. *Præfatio.* Paris. *Artium Aurelii Cornelii Celsi Liber primus incipit* om. Præfatio. Mediol. etiam addit *Incipit.*

p. 1. l. 3. *Ut alimenta*) Transitio ab agricultura ad Medicinam. *Scal.*

p. 1. l. 8. *Apud Græcos*) Vide Plinium lib. XXIX. in prooemio. *Constant.*

p. 1. l. 8. *Prompta*) Græci ἕτοιμα. *Scal.*

p. 1. l. 13. *Aesculapius*) Cicero de Natura Deorum, & Lactantius Instit. lib. 1. cap. 15. *Const.*

p. 1. l. 17. *Podalirius*) Homerus Iliad. II.

ʼΑσκληπίυ δύο παῖδε

ʼΙητῆρʼ ἀγαθῶ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων. *Const.*

p. 2. l. 1. *Quos tamen Homerus non in pestilentia,*) Ob iram Apollinis immissa. Iliad. I. *Const.*

p. 2. l. 1. *Quos tamen Homerus*) Columella lib. IX. cap. 177. *Scal.*

p. 2. l. 7. *Tentatas,*) *probatas.* Vet. *Const.*

p. 2. l. 7. *Esse tentatas,*) *Probatas,* id est, *expertas, quarumque facta sit experientia.* Scal.

p. 2. l. 8. *Eodemque auctore*) *Ab eodem quoque auctore,* nempe Homero, ut Iliad. I. de pestilentia. *Const.*

p. 2. l. 8. *Eodemque auctore*) Dictys Cretens. lib. II. c. 37.

p. 2. l. 14. *Vitiarant*) *Tentarant* melius est. *Scal.*

p. 2. l. 14. *Luxuria vitiarant.*) Vide Casaubonum ad Persium pag. 206. Scaligerana prima V. *Bonos mores.* Iamblichus

blichus Protrept. cap. 2. Exemplo Iacobi Mazonii confirmatum apud Ian. Nic. Erythr. Pinacoth. pag. 68.

p. 2. l. 19. *Ex bonis ad senectutis*) *Ex nobis ad sen.* Const.

p. 2. l. 23. *Agitari coepit*,) *Et mutas agitare inglorius artes.* Virgilius Aen. lib. XII. *Scal.*

p. 2. l. 25. *Primoque medendi*) *Cum primo quæ medendi.* Const.

p. 2. l. 25. *Sic corpori inimica est.*) Transpositio hic est. *Sic corpori inimica est, scilicet his hanc maxime requirentibus, qui corporum suorum robora inquieta cogitatione, nocturnaque vigilia minuerant. Primoque medendi scientia sapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit. Ideoque multos* &c. *Scal.*

p. 2. l. 30. *Suorum.*) *Sanorum.* Const.

p. 2. l. 34. *Pythagoram,*) Sic certe Aelian. Var. Hist. lib. IV. c. 17. fama exibat, eum non docendi, sed medendi causa ad urbes accessisse.

p. 3. l. 1. *Democritum.*) Plin. H. Nat. L. XVIII. c. 28.

p. 3. l. 2. *Ut quidam crediderunt*) Hippocratis Epistolæ contrarium docent. *Const.*

p. 3. l. 3. *Hippocrates*) Vide Plinium L. XXVI. c. 2. *Const.*

p. 3. l. 8. *Tum Herophilus*) *Post Herophilus.* Cod. *Const.*

p. 3. l. 17. *Clarissimi auctores*) Logici sive Dogmatici. *Const.*

p. 3. l. 18. *Agitare*) *Cogitare*, Vet. *Const.*

p. 3. l. 20. *Vendicaverunt*) *Vindicaverunt* melius est, licet idem. *Scal.*

p. 3. l. 21. *Serapion*) Primus Empiricorum, de quo & Cicero in Epist. *Const.*

p. 3. l. 21. *Serapion*) Non putem me huius mentionem factam apud Ciceronem legisse, verum quidem Asclepiadis.

p. 3. l. 26. *Et aliqui*) *Et alii quoque*, Vet. *Const.*

p. 3. l. 26. *Aliqui non mediocres viri*) V. C. *Alii quoque non mediocres viri.* Utrumque bonum. *Scal.*

p. 3. l. 33. *Agitante,*) V. C. *Cogitante*, Scal.

p. 4. l. 1. *Mutavit.*) Hoc fusissime docet Plinius lib. XXVI. cap. 3. *Const.*

p. 4. l. 2. *Themison*) Themison τῶν κοινοτήτων inventor, ut vocatur a Galeno. Laodiceus Syrus fuit, qui ab Asclepiade Rationali institutus ad Methodicae sectae inventionem se contulit. *Const.*

p. 4. l. 3. *Quædam*) *Ab iis in quibusdam.* Const.

p. 4.

p. 4. l. 3. *Quædam in ſenectute deflexit*) Recte. Non, ut Conſtantinus, *ab iis in quibusdam deflexit.* Nam *deflexit aliquod ſpatium* latine dicimus, quod ille ignorabat. *Scal.*

p. 4. l. 5. *Increvit*) *increbuit.* Scal.

p. 4. l. 8. *Quæ morbis medetur,*) *medicamentis.* Conſt.

p. 4. l. 12. *Rerumque*) Naturalium. *Conſt.*

p. 4. l. 20. *Morbos continentium cauſarum*) τῶν συνεχῶν ſive προσεχῶν ἢ συνεκτικῶν. *Conſt.*

p. 4. l. 27. *Neque enim credunt, poſſe eum ſcire*) V. C. *Neque eum credunt poſſe ſcire.* Indifferens. *Scal.*

p. 4. l. 29. *Neque eſſe dubium,*) *Neque eſt dubium.* Conſt.

p. 4. Fin. poſt *Pallad. ad Hippocr. Epid.* VI. *p.* 224.) Adde Marcell. de Medicam. cap. XX. pag. 336. Soram. Epheſ. Iſagog. in rem medic. cap. XV.

p. 5. l. 2. *Venas,*) *arterias.* Conſt.

p. 5. l. 8. *Manantia corpuſcula per inviſibilia foramina*) ἄτομοι, *inſecabilia corpora,* Quintil. *Conſt.*

p. 5. l. 12. *Experimenta*) Quintilianus II. 5. *in omnibus fere minus valent præcepta, quam experimenta.*

p. 5. l. 13. *Sed ne ad hæc quidem aditum*) *ſed ne aditum quidem ad hæc.* Conſt.

p. 5. l. 15. *Non enim quidlibet*) V. C. *Nec enim quilibet:* Utrumque bonum. *Scal.*

p. 5. l. 18. *Coniectura aliqua duxiſſent.*) *coniectura aliqua didiciſſent.* Conſt.

p. 5. l. 18. *Quod ante coniectura aliqua duxiſſent*) R. V. C. *quo ante coniectura aliqua duxiſſet.* Scal.

p. 5. l. 29. *Evidentes vero has*) *Evidens cauſa* i. externa, & quæ ſenſibus patet, ἡ προκαταρκτικὴ Galeno, προκατάρχουσα αἰτία etiam πρόφασις dicta, quæ & neceſſaria, & non neceſſaria eſſe poteſt. Interna vero, ſive abdita & continens cauſa, ἡ προηγουμένη. *Conſt.*

p. 5. l. 32. *Initio,*) Malim cum antiquisſimis, nullis exceptis, editionibus *vitio.*

p. 6. l. 5. *Digeruntur*) Hoc verbo nunquam pro concoctione utitur Celſus: at bene Seneca. Vide infra p. 10. l. 25. *Scal.*

p. 6. l. 6. *Venæ noſtræ*) *Venæ* hic, i. arteriæ. Sic φλέβες in Platonis Timæo a corde. Galen. VI. Meth. *Conſt.*

p. 6. l. 6. *Venæ*) Male Conſtantinus pro *venæ* reponit *arteriæ*, cum φλέβας etiam Ariſt. vocet ipſas arterias Lib. de Reſpiratione. Vide Gellium, qui ex profeſſo caput ea de re

 ſcripſit

ſcripſit ex Eraſiſtrato Lib. XVIII. c. 10. Vide infra p. 10. l. 28. *Scal.*

p. 6. l. 9. *Inter hæc*) *intra hæc.* Conſt.

p. 6. l. 10. *Inter hæc naſcentibus*) Satius eſſet legere *internaſcentibus*, ſed non auſim mutare, quia conſtare poteſt, ac ſi *inter ea* dixiſſet. *Scal.*

p. 6. l. 10. *Ex quibus quam maxime*) *Ex quibus quia quam maxime.* Conſt.

p. 6. l. 10. *Ex quibus quam maxime*) V. C. *quia maxime.* Scal.

p. 6. l. 15. *Putreſcere*:) Hæc fuit & Empedoclis opinio. *Conſt.*

p. 6. l. 20. *Diduci*) *deduci.* Conſt.

p. 6. l. 20. *In corpus omne diduci*) Græci διαφορεῖσθαι, διοικονομεῖσθαι. *Scal.*

p. 6. l. 23. *Aliud, ſi*) *alium, ſi.* Conſt.

p. 6. l. 24. *Teritur*) Auctor Græcus, a quo hoc deſumpſit, ſcripſerat τρίβεται, i. e. *teritur*, vel *adteritur.* Nec potuit aliter vertère. *Scal.*

p. 6. l. 27. *Calorem moveat.*) *Calorem foveat.* Conſt.

p. 6. l. 29. *Ea vero ſumenda,*) Ut cenſuit Aſclepiades. *Conſt.*

p. 6. l. 34. *Perceperit*) *præceperit.* Unde *præcipere animo*, præſumere. *Scal.*

p. 7. l. 4. *Neceſſarium ergo eſſe, incidere corpora mortuorum, eorumque viſcera atque inteſtina ſcrutari*) Meminit huiusce rei Galenus circa finem libri de arte medica, ac inibi dicit ſe duos ſcripſiſſe libros, alterum de ſectione mortuorum, alterum de Sectione vivorum. *Cæſar.*

p. 7. l. 7. *Herophilum*) Herophilus ille medicus aut lanius, qui ſexcentos exſecuit, ut naturam ſcrutaretur, qui hominem odit, ut noſſet. Vide Tertulian. de Anima cap. 10. *Caſaub.*

p. 7. l. 11. *Poſituram*) *poſitum.* Gr. θέσιν. *Scal.*

p. 7. l. 13. *Contractum*:) *Contractum* exponunt aſperitatem vel ſcabritiem. Sed quis unquam ita uſurpavit? in MS. legitur *contractum.* Itaque *confractum* pro aſpero & confragoſo (quod lævigato opponitur) repono. *Conſt.*

p. 7. l. 13. *Contactum*) Ruell. *contractum.* Συμπτωσιν vocat Hippocr. Aph. 3. lib. 1. compreſſum, contracturam: *contractum* ergo legendum. *Scal.*

p. 7. l. 11. *Eorum poſituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, lævorem, confractum.*) Loquitur hic Celſus de partibus corporis humani; nec video, quem locum habeat *confractus*, quæ vox, ſi Latina eſt, fracturam ſignificat. Quinque editiones longe optimæ, quæ apud

apud me ſunt, Florentina princeps 1478. utraque Aldina 1528. & 1547. Gryphiana 1542. & Henrici Stephani 1567. habent *contactum*, quæ vox certisſimæ Latinitatis eſt, & ſenſum reddit idoneum. Non dubito, quin Almeloveenius, præſtanti iudicio vir, probatis codicibus uſus ſit: ſed hic aliquis diligentiam ſaltem illam deſiderabit, quæ variantes lectiones complectitur, & ceteroquin Tranſalpinis ingeniis familiarisſima eſt. Hanc ſi quis ex noſtris damnavit unquam, in quo accuſari ſolemus, ideo damnavit, quod ſæpe vertitur circa levia. Ceterum cum aliquid huiusmodi contra vulgatas editiones in libros inducitur; tum vero non utilis modo, ſed prorſus neceſſaria eſt; præſertim ſi quid inducatur ita novum, ut nullo præterea locupletis Auctoris teſtimonio confirmari posſit. Talia enim non ad unum aliquem Scriptorem pertinent, ſed ad communem totius linguæ rationem, qua de agitur. Exemplo eſſe poſſunt cum aliæ voces, quas deinceps recenſebo, tum hæc ipſa *confractus*, quæ Celſi auctoritate in egregium Baſilii Fabri Theſaurum allata eſt, & reliquis Latinis fidei non dubiæ adnumerata. Editiones aliæ quinque, id eſt, Iuntæ, Cæſarii, Pantini, Conſtantini, Ronſſei, habent *contactum*; manifeſtum enim Operarum errorem puto, quod in Iuntina legatur *cortactum* & *contactum*. Illud mirum eſt, Ronſſeum in libri margine addidiſſe: *per lævorem, & contactum, aſperitatem intelligit, & quod illi eſt contrarium*; quando Conſtantinus hæc adnotaverat: *Contractum* (lege *Contactum*) *exponunt aſperitatem vel ſcabritiem. Sed quis unquam ita uſurpavit? In manuſcripto legitur* contractum. *Itaque* Confractum *pro aſpero & confragoſo* (*quod lævigato opponitur*) *repono.* Hieronymus autem Rubeus in ſuis ad Celſum Annotationibus cum hæc ferme ipſa Conſtantini verba, Auctoris nomine disſimulato, retuliſſet, iſtiusmodi emendationem atque interpretationem *ſatis* ſibi *probabilem videri* negavit, hæcque ſubiunxit: *Forte autem, quia, quod contractum eſt, explicato & ob id lævi opponitur, per* contractum *poterit aſperum intelligi.* Videtur igitur maluiſſe *contractum*, quam quidem vocem in Veneto etiam codice invenimus. Hæc tamen eo dumtaxat protulimus, ut intelligeres, Conſtantinum non veterum exemplarium auctoritate, ſed coniectura ductum, ex *contractum* illam, qua de agitur, vocem elicuiſſe, & huc primum induxiſſe *confractum*. Morg.

Præter ea Morgagnus in *epiſt.* V. p. 113. refellit I. H. Schulzium, qui *Confrutum* pro *Contractum* legi vult. Ego poſui *Contractum*; quæ ex variis lectionibus commodisſime

 opponi-

opponitur *Lævori.* Nonne enim frons *contracta* pro *rugosa* dicitur? K.

p. 7. l. 22. *Qui sane*) *qui sanæ.* Const.

p. 7. l. 22. *Cuiusquam*) Ald. *cuiusque.* Utrumque bonum. *Scal.*

p. 7. l. 24. *Ita ne succurrere*) *item ne succurrere.* Const.

p. 7. l. 29. *Quæ posita*) *quæ intus posita.* Const.

p. 7. l. 34. *Qui se* ἐμπειρικοὺς *ab experientia*) ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας. *Cæsar.*

p. 8. l. 5. *Quoniam incomprehensibilis*) C. Vet. *non ut comprehensibilis.* Scal.

p. 8. l. 26. *Esse debuissent*) *esse debuisse.* Const.

p. 10. l. 2. *Requirere*) *requiritur.* Const.

p. 10. l. 12. *Sed eum protinus visurum,*) Empiricorum μετάβασιν τοῦ ὁμοίου significat. *Const.*

p. 10. l. 15. *Et post eius*) *et per eius.* Const.

p. 10. l. 21. *Neque ad rem pertineat, quomodo, sed quid optime digeratur:*) Legi potest, *sed quam id optime digeratur.* Cæsar.

p. 10. l. 21. *Neque ad rem pertineat,*) *neque ad rem pertinere.* Const.

p. 10. l. 24. *Intercidat,*) *intercedat,* vel *incedat.* Const.

p. 10. l. 28. *Neque, quid venas*) Vide pag. 6. *Const.*

p. 10. l. 34. *Non eloquentia, sed remediis curari.*) Hinc Virgilius *mutas artes* vocat. XII. Æneid. *Casaub.* Vide Reies Camp. Elys. iucund. Quæst. VII. p. 61. & seqq.

p. 10. l. 1. *Discretus,*) Prior lectio habebat *discreta.* Tu iam vide, utrum tibi magis arrideat. *Cæs.*

p. 11. l. 1. *Discreta*) *discretus* legit Cæsarius.

p. 11. l. 18. *Mille*) *milleque.* Const.

p. 11. l. 19. *Verisimile est, interiora,*) *verisimile esse, vel interiora.* Const.

p. 11. l. 25. *Nam uterum quidem,*) *Nam ne uterum quidem.* Const.

p. 11. l. 25. *Nam ne uterum quidem*) Auctor noster uterum sumit pro ventre seu abdomine. Ita enim lib. IV. c. 1. *At sub corde atque pulmone, transversum ex valida membrana septum est, quod a præcordiis uterum diducit.* Martial. l. 3. Epigr. 71. Isidorus Orig. XI. cap. 1. *Uterum solæ mulieres habent in quo concipiunt, ad similitudinem cauliculi.* (Martinius *Canaliculi*, forte *cuniculi.*) *Tamen auctores uterum pro utriusque sexus ventre plerumque ponunt, nec poëtæ tantummodo, sed & cæteri.* Doctissimus Caspar. Bartholinus *Exercitatione* IX. obser-

obſervat, Tacitum, *uterum* navis ob cavitatem dixiſſe; Lactantius de Opificio Dei c. 11. *uterum* pro veſica aut ſimili cavo corpore poſuit. Columell. XII. 4. *quod in utero dolii eſt.*

Lindenius veram lectionem omnium exemplarium inſcite admodum depravavit. Quod eo magis miror, quo luculentior locus eſt, dum modo vim phraſeos: *qui minus ad rem pertineat*, ſatis perſpicias, eamque generalem eſſe & ad reſpirationem, tanquam rem, de qua in hoc ipſo loco ſermo eſt, commodisſime trahi intelligas. Id ne Morgagnium quidem, acutum virum, vidiſſe *Epiſt.* VII. p. 186. miror. K.

p. 12. l. 10. *Aliqua pars aperiatur, & in alio alia ſita; ita ſedem,*) *al. p. aperiatur, & in alio alia; ita ut ſedem.* Conſt.

p. 12. l. 16. *Ob hæc,*) *Ob hoc.* Vet. *Conſt.*

p. 13. l. 1. *Vel detrahatur,*) *vel deferatur.* Codex Ald. *diſtrahatur.* Conſt.

p. 13. l. 9. *Adiuvat,*) *adiuvant.* Conſt.

p. 13. l. 12. *Perfectum*) gloſſema eſt. *Quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinæ reddit. Verique ſimile &c.* Scal.

Florentina, Pinziana & Pariſina, editiones habent, ſic, ut ego deſcribendum curavi. Neque explicatus difficilis eſt, ſi modo *Profectum* non ad medicum ſed ad medicinam referas. K.

p. 13. l. 20 *Etſi non inter obſcuras cauſas, neque inter*) *etſi non ſemper inter obſcuras cauſas, atque inter.* Conſt.

p. 13. l. 28. *Quem non*) *quod non.* Conſt.

p. 13. l. 29. *Noſtra quidam*) *noſtra quædam.* Conſt.

p. 13. l. 30. *Arente*) *hærente.* Conſt.

Morgagnus *Epiſt.* IV. p. 86. *ſeqq.* morbum novum hunc putat eſſe vitium id, ubi uterus inverſus extra naturalia prolabitur. Sed nunquam ante Celſi tempora, cum ars obſtetricia parum exculta eſſet, rudiori contrectatione vulvam ſeu uterum inverſum & extra oras naturalium protractum eſſe mihi non videtur veri ſimile. K.

p. 14. l. 1. *Periclitari coniecturam ſuam*) Semper *periclitari* accuſativo iungit Cicero in Lælio, & omnes veteres. *Vires ingenii periclitari.* Scal.

p. 14. l. 6. *Ad quod medicinæ genus,*) Μετάβασις τȣ̃ ὁμοίȣ, Vide ſupra pag. 10. *Conſt.*

p. 14. l. 8. *Rationabile*) *rationale.* Aliud tamen melius, ut videre eſt pasſim apud Lucretium. *Scal.*

p. 15. l. 3. *Et quidem medici*) *Et quidem Methodici.* Vide pag. 3. *Conſt.*

p. 15. l. 7. *Communia morborum*) Methodicis vocantur κοινότητες. *Conſt*

p. 15. l. 9. *Unum adſtrictum, alterum fluens, tertium mixtum*) ϛεγανὸν, ῥοῶδες καὶ μικτόν. *Scal.*

p. 15. l. 14. *Minui conſueverunt.*) *Minui conſueviſſe.* Conſt.

p. 15. l. 16. *Digerendum*) id eſt, *fluidum reddendum,* quod familiare Celſo. *Scal.*

p. 15. l. 27. *Contendunt.*) *contendant.* Conſt.

p. 16. l. 9. *Tanta vi concitant*) *tanta, ut concitent.* Cod. *Conſt.*

p. 16 l. 11. *Efficiunt.*) *efficiant.* Conſt.

p. 16. l. 16. *Videtur.*) *videatur.* Conſt.

p. 16. l. 26. *Transfuſio,*) παρέμπτωσις. *Conſt.*

p. 16. l. 32. *Tenet,*) *ſequitur.* Conſt.

p. 17. l. 1. *Memoriæ.*) Ut empirici, qui obſervationum ſuarum congeriem ἄθροισμα vocabant, earundem vero memoriam αὐτοψίαν, ſcientiamque talem ἱϛορίαν. *Conſt.*

p. 17. l. 2. *Si vero quid propius eſt, vix*) Legito *ſi* (*quod vero propius eſt*) *vix &c.* Conſt.

p. 17. l. 6. *An fuderit.*) *aut fuderit.* Conſt.

p. 17. l. 23. *Et quia ample*) Hippocrates ἁδροτέρως dicit & πιότερως, cui λεπτῶς opponit. *Conſt.*

p. 18 l. 5. *Digeri,*) διαφορεῖσθαι. *Conſt.*

p. 18. l. 18. *Idem eveniat.*) *id eveniat* Cod. *Conſt.*

p. 19. l. 11. *Quod coelum, quod tempus anni ſit.*) *Quod* potius, quam *quid.* Utrumque autem eodem modo ſcriptum eſt in veteribus codicibus. *Scal.*

p. 19. l. 21. *Nam famem facilius fert adoleſcens, quam puer; facilius in denſo coelo, quam in tenui; facilius hieme, quam æſtate;*) Quibusdam videtur hic legendum potius, *in tenui coelo, quam in denſo, & æſtate, quam hieme,* propterea quod Hippocrat. dicat lib. 1. Aphor. *Ventres hieme & vere ſunt calidiſſimi. Quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda.* Et Paulus Ægineta lib. itidem I. cap. 53. *Hieme quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo utendum eſt.* Niſi eo referas, quod in denſo coelo & per hiemen corpora ſunt robuſtiora, atque ideo etiam facilius quamlibet moleſtiam ferunt. *Cæſar.*

p. 19. l. 24. *Quoque aſſuetus*) Gloſſema eſt ineptum. *Scal.*

p. 19. l. 25. *Homo ſuſtinet*) Gloſſema eſt. *Scal.*

p. 19. l 27. *Ob quæ competit,*) *ob quæ convenit.* Vetus *coniicio.* Conſt.

p. 19.

p. 19. l. 28. *Communia tantum*) *communia non tantum*, Conſt.

p. 20 l. 19. *Qualiter ſanus ſe agere debeat.*) Ὑγιεινὴ prima pars Medicinæ. *Conſt.*

p. 20. l. 21. *Suæ ſpontis*) *Liber*, qui vivit, ut libet, neque conditione ſervus, neque vitæ inſtituto adſtrictus, ὁ μὲν καὶ τῇ τύχῃ καὶ προαιρέσει ἐλεύθερος. *Conſt.*

p. 20. l. 21. *Suæ ſpontis eſt*) Græci αὐτοπροαιρετὲς: Gallice, un homme, qui eſt libre, un homme, qui eſt a ſoi. *Scal.*

p. 20. l. 22. *Iatralipta*) Ἰατραλείπτης vocatur *reunctor*. Prodicus inſtituens jatralepticen, reunctoribus quoque medicorum ac mediaſtinis vectigal invenit. Plin. lib. XXIX. cap. I. *Conſt.*

p. 21. l. 13. *Concubitus vero neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt. Rarus, corpus excitat; frequens, ſolvit*) Paulus Ægineta lib. 1. cap. 37. *frequens concubitus corpus rarius, frigidius & imbecillius reddit.* Cæſ.

p. 21. l. 15. *Solvit.*) *reſolvit.* Conſt.

p 21 l. 23. *Cavendumque, ne in ſecunda*) Notabilis ſententia. *Conſt.*

p. 22 l. 10. *Per flatum æſtivum, hybernum*) *perflato, æſtivum hybernumque.* Conſt

p. 22. l. 13. *Auras fluminum atque ſtagnorum*) *Auræ* ſunt nebulæ, brouillards, apud Macrobium & Plinium. *Scal.*

p. 22. l. 14. *Aperienti*) Recte pro *apparenti*. Alii *operienti*. Conſt.

p. 22. l. 15. *Calor*) Sed *calorem* legi minus probatim. *Conſt.*

p. 22. l. 17. *Gravibus*) Hic gravis opponitur ſalubri. *Conſt.* Sic ipſe explicat pag. 24. l. 28. ſeq. *neque ex ſalubri loco in gravem, neque ex gravi in ſalubrem tranſitus tutus eſt.*

p. 22. l. 21 *Urina alba,*) *albeſcit* i. pallet. ὠχρὸς color urinæ, deinde flavus, ξανθὸς, poſtremo ruffus i. πυῤῥὸς. *Conſt.*

p. 22. l. 25. *Longis diebus meridiari*) eſt, quod Varro lib. I. cap 2. de Re Ruſtica dicit, *diem diffindere inſititio ſomno.* Scal.

p. 23. l. 1-3. Lindenius ſcripſit: *in eo, qui minus laboravit, & bene concoxit, remiſſior; in eo qui aſſuevit, & minus concoxit amplior.* Utra lectio probanda ſit, productis rationibus diſputare nihil attinet, quando Celſus paulo ante docuit, qui parum concoxit, quieſcere debere. Morgagnus *Epiſt.* VI. p. 148. K.

p. 23. l. 8. *Moveat;*) movet. Conſt.

p. 23. l. 9. *Sub divo,*) Vel *ſub dio*, ἐν ὑπαίθρῳ. *Conſt.*

p. 23. l. 12. *Viridia* pro *viridaria* in codice invenit, et illam vocem huic proferendam esse, productis aliorum Auctorum locis verisimile reddit Morgagnus *Epist.* VII. p. 190. K.

p. 23. l. 15. *Lassitudo,*) Lassitudo est gravitas corporis. *Virgil.*

Lassove papavera collo.

Quæ etiam citra laborem accidit. Fatigationem vero nimietatem laboris intelligimus. Idem:

Veloces iaculo cervos, cursuque fatigat.

Quod mox immodicum laborem appellavit. Verum de generibus lassitudinis legendus est liber III. Galeni de sanit. tuend. *Const.*

p. 23. l. 24. *Neutrum sæpe*) *neutrum semper.* Const.

p. 23. l. 29. *Durior est in potione, quam in esca.*) Contra hanc Celsi sententiam videtur plane esse ea Hippocrat. in Aphorismis lib. 1. qua dicit; *facilius esse impleri cibo, quam potu.* Atque *durior* fortasse a Celso dictum est pro *intolerabilior.* Accedit, quod intemperantia ex potione caput infestare plurimum solet. Unde & crapula dicta est græce κραιπάλη, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας, auctore Suida. *Cæsar.*

p. 23. l. 29. *Durior est*) *tutior est.* Const.

p. 24. l. 1. *Quod modo par est,*) *quod modo parvum est.* Const.

p. 24. l. 6. *Primo cibo*) A l'entrée de table. Ita l. 32. seq. *prima æstate.* Casaub.

p. 24. l. 12. *Si quis interdiu*) Hipp. II. de Vict. acut. *Const.*

p. 24. l. 17. *Si quibus de causis*) Hippocrat. II. Aphor. 16. *Const.*

p. 24. l. 21. *Sexus,*) De sexu prætermissum vel auctoris oblivione, vel temporum iniuria. *Const.*

p. 24. l. 27. *Ex salubri loco*) Hippocr. I. Aphor. 1. & 17. lib. II. Aphor. 51. *Const.*

p. 24. l. 31. *Neque vero ex*) Lib. II. de Vict. acut. *Const.*

p. 25. l. 7. *Omnem etiam laborem*) II. Aphorism. 49. *Const.*

p. 25. l. 11. *Si quando tamen insuetus*) Insueti laborantis & assueti nimis laborantis par analogia. Ergo utrique quies somnusque convenit. Ubi enim quis laborare coeperit, quies statim lassitudinis remedium. 2 Aph. 48. *Const.*

p. 25. l. 15. *Os amarum*) Modo biliosus non sit. Nam πικροχόλοιο adversatur inedia. Hipp. II. de Vict. acut. Galen. VIII. Meth. Medend. Ergo hic Celsus indistincte. *Const.*

p. 25. l. 22. *Ingredi aliquid*) *ingredi aliquantum.* Const.

p. 25.

p. 25. l. 23. *Eodem modo*) *aliquodammodo*, i. e. *aliquantum.* Apud Cæsarem inveni in meo Codice manuscripto: in excusis corruptum erat. *Scal.*

p. 25. l. 33. *Balneum bis fervens*) Huius ratio apud Galenum X. Meth. & libro de sympt. caus. *Const.*

p. 25. l. 34. *Ergo si nimium*) Vide Gal. VII. Meth. *Const.*

p. 26. l. 10. *Vel certe diluta*) *saltem diluta.* Const.

p. 26. l. 24. *Frigidum bibendum esse.*) *Frigidam bibendam esse.* Const.

p. 26. l. 24. *Frigidum bibendum esse*) *frigidam.* Est autem fatui cuiusdam error, putantis, esse incongruum, si diceret, *frigidam bibendum esse.* Scal.

p, 26. l. 28. *Nemo* ante Lindenium legit *oscitatio*, sed omnes *fatigatio.* Quam vocem ut ea, quæ præcedunt, ac sequuntur, requirunt, sic Thriverius, et Pantinus (iungatur Ronsseus & Lommius) nonnisi ea posita sententia sententiam Celsi explicarunt. Morgagnus *Epist.* V. p. 133. K.

p. 26. l. 30. *Levatque*) *que* superfl. *Const.*

p. 26. l. 32. *Eiusdem laboris pressit (id quod in consuetudine est) reficit.*) *cuiusdam laboris pressit, id, quod in consuetudine est, reficit.* Const.

p. 26. l. 33. *Fatigato*) Hippocr. II. acut. vict. *Const.*

p. 27. l. 1. *Quod enim*) *Etenim quod.* Const.

p. 27. l. 7. *Tum calida aqua in balneo magis superiores partes, quam inferiores foveat.*) Locus corruptus est, & ita restituendus: *tum calida aqua: tum balneo magis inferiores partes, quam superiores foveat.* Const.

p. 27. l. 9. *Exustus in sole est*) i. e. *si quis exussit cutem sole asso*, ut solebant ii, qui in campo Martio exercebantur. Plato σαθερὸν vocat. Persius --- *Exusta cuticula sole. Assus* proprie apud veteres, qui succo caret. Unde *assus sol* dicitur, quia ibi non ungebantur. Cæterum laxata cutis a sole facilius combibebat oleum ipsum. Corrigendus igitur Plinii locus lib. XVII. cap. 22. & pro *assiduo sole*, *asso* reponendum. Hinc apud Epictetum *assa ferentaria.* Hoc porro Græci χροΐζεσθαι vel χρώννυσθαι ἐν ἡλίῳ, *colorari ad solem*, dicebant. *Scal.*

p. 27. l. 13. *Per caput*) *super caput.* Const.

p. 27. l. 15. *At ei, qui perfrixit, opus est balneo primum involuto sedere*) *At eum, qui perfrixit, opus est in balneo primum involutum.* Const.

p. 27. l. 24. *Naufea fuit*) *naufeavit.* Ita puto fcripfiffe Celfum, & male tranfcriptum. *Scal.*

p. 28. l. 4. *Tenuis verò homo*) Quia contraria contrariis curantur. Hippocr. II. Aph. 22. & lib. de Locis. *Conft.*

p. 28. l. 15. *Somnus plenus*) Integer, nec abruptus ante iuftum dormiendi tempus. *Conft.*

p. 28. l. 15. *Somnus plenus*) *fomnus plenus, & non multum nimis longus:* Celfi ipfius αὐτόγραφον producat oportet, qui velit nobis perfuadere, hoc genus conftructionis latinum effe. Quinque Editiones modò allatæ ita habent; *Somnus & plenus, & non nimis longus.* Idemque omnino habent aliæ præterea quinque Editiones, quas fupra memoravimus. *Morg.*

p. 28. l. 19. *Quantus pleniffimus*) *quantum pleniffimus.* Conft.

p. 28. l. 19. *Quantus pleniffimus*) Modus loquendi novus, fed Celfo familiaris, pro *quam pleniffimus.* Scal.

p. 28. l. 26. *Lectus per æftatem terra,*) χαμευνία. Al. *terræ. Conft.*

p. 28. l. 30. *Semel die affumptæ epulæ.*) μονοσιτία. *Conft.*

p. 29. l. 1. *Eiectum*) *reiectum.* Vide Plin. lib. XXVI. cap. 3. *Conft.*

p. 29. l. 6. *Facultatem*) *facilitatem*, Cod. *Conft.*

p. 29. l. 17. *Etiam plures caufæ*) *etiam feparatè*, Cod. *Conft.*

p. 29. l. 21. *Vomitus utilior*) Ex Polybo de Diæta falubri. *Conft.*

p. 29. l. 23. *Inutilis eft gracilibus,*) Hæc & ex Polybo, quæ non contraria 8. Aph. lib. IV. quia Hippocrati graciles, macilenti quidem, fed lato pectore, facilè vomentes, ut biliofi: Celfo verò graciles, ut φθινώδεες, ficci ac debiles, melancholici, thoracifque anguftioris, ineptique ad vomendnm. *Conft.*

p. 29. l. 31. *Amari ructus*) i. e. *acidi*, ἐξυρεγμένων Græci vocant. Lucil. *exhalans acidos e pectore ructus.* Scal.

Hanc fententiam reprobat Morgagnus *Epift.* VIII. p. 233. Ac profecto, qua ratione quos *amaros* Celfus dixit ructus, nos acidos intelligamus, nemo facile repererit. K.

p. 29. l. 34. *Item prodeft*) *Idem prodeft.* Cod. *Conft.*

p. 30. l. 3. *Similiterque ei, qui vel coelum*) Hippocr. II. de Diæta. *Conft.*

p. 30. l. 10. *Luxuriæ*) Intemperantiæ, voracitatis atque gulæ. *Conft.*

p. 30.

p. 30. l. 14. *Qui vomere post cibum volet,*) Galen. VII. Methodi 4. Val. & Polyb. *Const.*

p. 30. l. 15. *Aquam tanquam tepidam*) Non *tantum*, ut alii, reponendum. Nam hic græcissat, proque ὡς *tanquam* ponit. *Scal.*

Et hanc coniecturam improbat Morgagnus *Epist.* VIII. p. 221. Et quis est, si consequentia legerit, qui non improbet. K.

p. 30. l. 21. *Cætera, quæ antiqui*) ἐμετικά. Ut de elleborismo, cæterisque id genus. *Const.*

p. 30. l. 24. *Sed huius idonei,*) *sed huic*, nempe affectui. Ali ἀντὶ τούτου, *Const.*

p. 30. l. 34. *Qui vomere bis in mense*) Hippocr. de Insomniis, & Polybus. Galeno non probatur. *Const.*

p. 31. l. 7. *Inflammationes,*) *inflationes.* Const.

p. 31. l. 9. *Inter hæc*) *interdum hæc*, nempè mala, quæ eveniunt suppressa alvo. *Const.*

p. 31. l. 11. *Qui deiicere volet,*) Motus & saturitas citant alvum: quies sistit, maximèque inedia, per quam suppressa alvo illa mala superveniunt. *Const.*

p. 31. l. 11. *Eiicere*) *deiicere*, nempè alvum. *Const.*

p. 31. l. 22. p. 32. Locus hic iam ante Lindenium vexatus, ab eo magis depravatus est. Veterem lectionem restitui. Videatur tamen Lommius *in Commentariis de Sanitate tuenda.* p. 212. seqq. K.

ibid. l. 28. Lindenius addidit: et *lotus;* quæ quidem vox in nulla meorum exemplarium legitur. Si ea Celsi vox est, duplicem habere explicatum potest. Interpres Britannus plantam *loti*, de cuius variis speciebus Dioscorides et Plinius videri possunt, hoc loco intelligendam esse putat. Alii loturam hoc loco præcipi opinantur, quibus, ob verba proxima, facile concederem, nisi valde suspectus totus locus esset. K.

p. 31. l. 23. *Austerum.*) *nigrum* Cod. *Repositum austerum* ex II. de Diæta Hipp. unde haec sumpsit. *Const.*

p. 31. l. 26. *Nisi nimis*) *si nimis.* Const.

p. 31. l. 30. *Humidant autem corpus labor &c.*) Hic quoque in quinque Editionibus meis aliter legitur: *Humidum autem corpus efficit labor &c.* Miror autem, ex quo codice verbum hoc *humido* exierit, & non modo in Celsum, sed & in Basil. Fabri Thesaurum irrepserit ad augendum latinum sermonem. Ego vel inter barbara, vel inter dubia referendum crediderim. *Morg.*

Verbo

Verbo *humidare* ante Lindenium ufus eft Lommius. K.

p. 31. l. 32. *Pofthac,*) *poft hæc.* Conft.

p. 31. l. 33. *Et vigilia.*) *nec vigilia*, non fimpliciter, fed poft potionem. *Conft.*

p. 32. l. 11. *Figuralis*) *Figularis.* Vide adnotat. ad cap. 1. lib. V. *Conft.*

p. 32. l. 11. *Creta figuralis*) Capell. *figularis:* imo *figuralis* legendum. Erat autem terra, qua perducebant pedes mancipiorum. Unde dicuntur *gypfati pedes* Tibull. Ovidio; *Cælati* autem, id eft, *figurati* Propertio. *Scal.*

p. 32. l. 18. *Illud quoque fcire*) Ex Hippocratis II. de Diæta. *Conft.*

p. 32. l. 24. *Quod ad ætates vero pertinet, inediam facilimè fuftinent mediæ ætates, minus iuvenes, minime pueri & fenectute confecti.*) Ex I. Aphor. 13. *Senes facillime ieiunium ferunt,* &c. &, *qui crefcunt, plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento.* Caefar.

p. 32. l. 26. *Pueri*) *μειράκια, παιδία. Conft.*

p. 32. l. 30. *Vinum dilutius*) Ex Hippocrate lib. de Aëre &c. & Polybo. *Conft.*

p. 32. l. 34. *Quibus iuvenibus*) II. Aphor. 20. *Conft.*

p. 33. l. 3. *Melior eft*) Vide II. Aphor. 53. *Conft.*

p. 33. l. 7. *Hieme plus*) Vide I. Aphor. 15. & 18. *Conft.*

p. 33. l. 7. *Elixa*) *affa.* Conft.

p. 33. l. 12. *Sine carne,*) *cum carne.* Conft.

p. 33. l. 15. *Moventibus.*) *foventibus.* Utrumque recte. *Conft.*

p. 33. l. 18. *Magis*) *minus.* Conft.

p. 33. l. 20. *Affa ab elixis.*) *elixa ab affis.* Conft.

p. 33. l. 23. *Et potione & cibo*) Potione multa & pauco frequentique cibo corpus tunc eget. *Conft.*

p. 33. l. 28. *Caro affa,*) *caro elixa.* Conft.

p. 33. l. 32. *Per autumnum*) Aegineta lib. X. Hippocr. de diæta lib. III. *Conft.*

p. 34. l. 7. *Ne quid*) *ut ne quid.* Conft.

p. 34. l. 7. *Denfiore cibo.*) Voluit reddere *ἁδρὸς. Ccal.*

p. 34. l. 8. *Confummatio omnium*) Una omnium effecta fumma, ufusque immodicus. *Conft.*

p. 34. l. 12. *Cum id accedit,*) *cum hic accedit*, Vet. *Conft.*

p. 34. l. 15. *In totum,*) *ex toto*, Vet. Utrumque recte. *Conft.*

p. 34. l. 19. *De his, qui aliqua parte corporis laborant, & primum*) Quidam hoc obelifco notant, ut fupppofititium. *Scal.*

p. 35.

p. 35. l. 3. *Ubi ſudabit,*) *ubi ſudavit.* Conſt.

p. 35. l. 15. *Perfundere*) De capite frigida ſæpe aſpergendo repetit variis locis. Huc refer τὰς ψυχροποσίας Antonii Muſæ, de quibus Xiphilinus pag. 75. *Caſaub.*

p. 35. l. 19. *Ad os*) *ad hoc*, Cod. nempe caput. *Conſt.*

p. 35. l. 24. *Leve*) *bene.* Conſt.

p. 35. l. 24. *Vinum dilutum leve*) *lene.* Aliud tamen tolerari poteſt. *Scal.*

p. 36. l. 16. In codice legi *agitatio* monet & probat Morgagnus *Epiſt.* V. p. 109. K.

p. 36. l. 21. *Qui his opportunus eſt*) *Opportunus* pro *obnoxius.* Sic p. 42. l. 1. *Corpora periculis opportuna.* 81, 10. *Opportuniores iniuriæ partes.* 194. 17. *Opportuniores nervos frigori reddit.* 199. 32. *Partes opportuniores vitio iam ſævienti.* Caſaub.

p. 36. l. 24. In membraneo codice omnibusque, quæ apud eum erant, editionibus *id moveat* invenit Morgagnus *Epiſt.* V. p. 109. ſicut ego quoque. K.

p. 36. l. 30. *Superiores partes exercere,*) ἀντισπάσεως cauſa. *Conſt.*

p. 36. l. 30. *Citata*) *cita.* Utrumque bonum. *Scal.*

p. 37. l. 4. *Sumere,*) Alii *ingerere.* Conſt.

p. 37. l. 4. *Fugere*) *eligere.* In vetuſtis Edd. pro *ſumere* legitur *fugere.* Scal.

p. 37. l. 7. *Vinum ſalſum bibere*) Vinum ſalſum, οἶνος θαλασσίτης vel τεθαλασσώμενος eſt, cui pars marinæ aquæ infuſa eſt. Aliter vocabatur *Chium* & *vinum Græcum.* Itaque Horatius alluſit, *Chium maris expers.* Nam Chium, quod Romani Græcum vocant, fiebat in Italia ipſa, admiſſa portione marinæ aquæ. Ipſe vero voluit intelligere, non eſſe tranſmarinum. Quod autem in deliciis eſſet, ut hodie apud nos Malvaticum, præter alios indicio erit Propertius: *Et Methymnæi Græca ſaliva meri*, ubi male *grata* legebatur. Vide Catonem & Palladium, apud quos extat illius confectio. Vide Athenæum Lib. I. & Alexandrum Trallianum. *Scal.*

p. 37. l. 16. *Adiecta uva, vel olea, vel ex defruto*) Legi poteſt *ex oleo*, vel potius *oleo.* Cæſar.

p. 38. l. 5. *Quo genere,*) *quodam genere.* Conſt.

p. 38. l. 13. *In ieiuno*) *in ieiunio.* Conſt.

p. 38. l. 18. *In accuſationem*) *in accuſatione.* Conſt.

p. 38. l. 25. *Tenuem fiſtulam*) σιφῶνα vel *ſiphunculum*, infra *ſiphonem* vocat. *Conſt.*

p. 38.

p. 38. l. 30. *Siphonem*) idem quod *fiſtula*. Alias dicitur *ſimpulum*, *ſimpuvium*, *ſiphunculus*, quo utebantur in ſacrificiis ad bibendum. Factum erat, ut lampas, oblongo collo: σιφωνίζειν eſt *buveter*. Scal.

p. 39. l. 11. *Sub dio quies*) *ſub quo quies*. Conſt.

p. 39. l. 19. *Frigus inimicum eſt ſeni*,) V. Aphor. 18. & 20. & lib. V. Aphor. 17. & 25. *Conſt.*

p. 39. l. 19. *Inimicum*) Πολεμικὸν Gr. Scriptor. *Caſaub.*

p. 39. l. 25. *At prodeſt iuvenibus*,) V. Aphor. 21. & III. Valet. *Conſt.*

p. 39. l. 30. *Item articulis doloribusque, qui*) *Item articulorum doloribus, qui.* V. Aphor.. 25. 23. *Conſt.*

p. 39. l. 32. *Hominibus*,) *omnibus* Conſt.

p. 39. l. 32. *Calor autem*) De calida actione V. Aphor. 22. *Conſt.*

p. 40. l. 1. *Lacrymae ſunt*) Ξηροφθαλμίαν intelligit. *Conſt.*

p. 40. l. 5. *Si nimius eſt*,) Hippocr. V. Aphor. & lib. de uſu liquid. *Conſt.*

p. 40. l. 8. *Nam frigus*,) 3. Aphor. & 17. *Conſt.*

p. 40. l. 10. *Calor concoctionem prohibet.*) Calor immoderatus, nec naturalis: contrarium efficit calor inſitus. Hippocr. VI. Epid. Galen. X. Meth. *Conſt.*

p. 40. l. 11. *Sudorem digerit*,) *ſudore*, vel lege *egerit*. Conſt.

p. 40. l. 23. *Crudelitatem*,) *cruditatem*. Conſt.

p. 40. l. 29. *Neque movenda alvus*,) Neque medicamentis, quæ vires exſolvant. Maximè tum periculoſa Diarrhoea. Vide Hippocr. 1. Epidem. Ideo Celſus lib. III. in peſtilentiali febre miſſione ſanguinis potius utitur. *Conſt.*

p. 42. l. 3. *Non quo non*) *non quod non.* Conſt.

p. 42. l. 4. Verba *omni tempore* in Iuntæ, Cæſarii Editionibus, deinde in Lindeniana et Almeloveeniana deſiderari, in reliquis omnibus et in codice legi, atque ab Hippocratis *Aphor.* III. 19. ab Almeloveenio excitato, imo etiam a prægreſſis Celſi Verbis; *quæ tempora anni*, & ſubiuncta. *Cap. I.* expoſitione requiri docet Morgagnus. *Epiſt.* VI. p. 142. K.

p. 42. l. 5. *Habitus hominum*) *habitus*, *homines*. Hippocr. III. Aphor. 19. *Conſt.*

p. 42. l. 16. *Ver eſt*,) III. Aph. 9. *Conſt.*

p. 42. l. 17. *Hiems*,) 1. Alph. 15. *Conſt.*

p. 42. l. 17. Aeſtas,) 1. Aph. 18. *Conſt.*

p. 42. l. 18. *Autumnus*) III. Aph. 9. *Conſt.*

p. 42. l. 19. *Ex tempeſtatibus*) III. Aph. 8. *Conſt.*

p. 42. l. 20. *Ex tempestatibus*) *Tempestas* non est proprie nomen simplex τό τȢ ἔτȢς πεπαρτημένον, sed ὥρα, hoc est, ἡ ποιὰ κατάστασις. *Casaub.*

p. 42. l. 21. *Quæ variant*) III. Alph. 1. *Const.*

p. 42. l. 27. *Sed ut eo*) III. Alph. 4. *Const.*

p. 42. l. 31. *Optimique*) Hippocrates de aëre. *Const.*

p. 43. l. 3. *Sorte*) Pro sorte situs & positura regionum, pro climatis varietate. *Const.*

p. 43. l. 6. *Tempestatum habitu*) τῶν τȢ ὡρῶν καταστάσει, *Const.*

p. 43. l. 7. *Peiores*) Hippocrat. de Nat. hum. *Const.*

p. 43. l 9. *Pessimum ergo*) *ægro*, Cod. *Const.*

p. 43. l. 13. *Quia neque iuventæ*) Aph. 39. *Const.*

p. 43. l. 16. *Corpus autem habilissimum*) εὐεκτικότατον, optimi habitus. *Const.*

p. 43. l. 16. *Quadratum*) Pro σύμμετρον. *Const.*

p. 43. l. 16. *Corpus autem habilissimum quadratum est*) *Quadratum corpus* est, quod neque maius, neque minus est, quam esse debeat. Ita Græcis τετράγωνοι homines dicuntur, qui sunt concinnis membris, omnibusque invicem sibi respondentibus. Suetonius Vespas. c. 20. *Scal.*

p. 43. l. 16. *Corpus habilissimum*) Mediæ staturæ explicat Brodæus Miscel. l. IV. c. 19.

p. 43. l. 19. *Matura senectute conficitur*) δύσχρηστον voluit exprimere, ex Hipp. 2. Aph. ult. *Const.*

p. 43. l. 28. *Hi quoque morbi &c.*) τὰ ποδαγρικά, Hippocrat. 6. Alph. 55. *Const.*

p. 44 l. 1. *Obscoenis*) σηπεδόνας αἰδοίων. *Const.*

p. 44. l. 2. *Quicquid sudore hominem resolvit*) τὰ ὕδρωα. *Const.*

p. 44. l. 5. *Febres incertæ*) πλανῆτες. *Const.*

p. 44. l. 7. στραγγȢρίαν) Fallitur Celsus in στραγγȢρίας interpretatione, quæ propriæ Latinis *substillum*, non *stillicidium*. Cum incipit tempus rorare ante largum imbrem, dicitur *substillum tempus*, cum scilicet tegulæ guttatim manant. Ab illo dicta est *substilla urina*, ἡ στραγγȢρία, & *substillum* simpliciter Cato de Rt R. c. 156. omnium, qui nunc extant, antiquissimus linguæ Latinæ auctor. At δυσȢρία proprie *urinæ difficultas*. Scal.

Ad hanc reprehensionem respondet Morgagnus *Epist.* VIII. p. 226. Primo ipsum eum locum posse iniuria temporis esse corruptum sic, ut, cum syllaba δυς intercidisset, illa alia substitueretur, Deinde Celsum hic & alibi illud fortasse magis

ſpectaſſe, ſtranguriam quam ibi ex Hippocratis ſententia memoratet, ſine urinæ difficultate non fieri, quam ipſam vim & naturam vocis. Hanc ipſam tamen vim *Cap.* VII. expreſſam eſſe, cum Celſus *Aphor.* IV. 80. vertens ν, ϛραγγυρίη ſic redderet, *ſi urina paulatim deſtillat.* K.

p. 44. l. 8. Εἴλεον) Vide de eo Aretæum. *Scal.*

p. 44. l. 10. *Coxæ dolores*) ἰσχιαῖδες. *Conſt.*

p. 44. l. 10. Λειεντερία) Foria Latinis: quod generale nomen eſt omnium alvi fluxuum. *Scal.*

p. 44. l. 12. *Ab æſtate tantum proxima*) *ante.* Al. *tantum non.* Atque in Vet. Cod. legi obſervavit Vir Doctus, qui *tum iam proxima* legendum coniecerat. *Conſt.*

p. 44. l. 13. *Aliis*) *alios.* Conſt.

p. 44. l 16. *Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet, cuiuscunque ea generis eſt, quamuis variis rationibus nocet.*) *cuiuscunque ea* (tempeſtas) *generis eſt*; *quamuis* (i. e. *quantumvis*) *variis rationibus nocet.* Alii ea ad peſtilentiam referunt. *Conſt.*

p. 44. l. 32. *Denique omnis calor & iecur,*) *calor omnis & iecur & lienem inflammat* (Cod. *inflat*) *denique mentem.* Ubi *omnis* videlicet nimius. *Conſt.*

p. 45. l. 3. *Nigritiem*) Al. *nigrorem* Conſt.

p. 45. l. 14. *Exhibet*) *exhibet* poſſet auferri. Sed tamen non auſim mutare, licet diſpliceat. *Scal.*

p. 45 l. 15. *Fere ſubeunt*) *fere æſtate ſubeunt.* Hippocr. ἀνάγκη τοῦ θέρεος γίνεσθαι *Conſt.*

p. 45. l. 20. *Dum adeſt*) Lege *tum.* Nam & Hippocrates: τόκοι πρὸς τὸ ἦρ.

p. 45. l. 20. *Quibus dum*) i. e. *adhuc.* Optime dici poteſt. Uno verbo pronunciabant veteres. *Scal.*

p. 45. l. 27. *Et inſania febricitantium, quam* φρενῖτιν *appellant.*) φρενῖτιν tum hic, tum alibi apud Celſum, non *phreneſis*, ſed *phrenitis* (ut & Hermolaus Barbarus nos admonet) legendum eſt. Quamvis apud Martialem Iuvenalemque non *phrenitis*, ſed *phreneſis* quoque legant. Idque tamen (ut Barbarus ſuſpicatur) ex vulgari imperitorum conſuetudine. Doctiores ſecundum Deſpauterium legunt, *Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phrenitis.* Cæſar.

p. 45. l 28. *Quam celerrimè rapiunt.*) Ex Hippocr. III. Aph. 6. *Conſt.*

p. 45. l. 28. *Ubi primo calor*) Pro *ubi primo* legerem *ubi vero*, niſi vetuſtum exemplar reclamaret, tolerabilisque eſſet ſcriptura. *Conſt.*

p. 45.

p. 45. l. 31. *At si sicca estas*) III. Aph. 13. *Const.*
p. 45. l. 34. *Destillatio,*) κόρυζα. *Const.*
p. 45. l. 34. *Raucitas,*) βράγχος. *Const.*
p. 46. l. 8. *Atra bile*) μελαγχολία Hippocr. *Const.*
p. 46. l. 9. *Quod ad ætates*) III. Aph. 18. *Const.*
p. 46. l. 10. *Aestate prima*) ἄκρυ τῦ θέρεος. *Const.*
p. 46. l. 12. *Quique inter iuventam*) οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι. *Const.*
p. 46. l. 14. *Tum si qua*) XIII. Aph. 24. *Const.*
p. 46. l 19. *Circa umbilicum inflammationes*) καὶ φόβοι, καὶ βῆχες omisit. *Const.*
p. 46. l 20. *Proprie etiam*) III. Aph. 52. *Const.*
p. 46. l. 20. *Dentientium*) ὀδοντοφύειν. Hippocr. *Const.*
p. 46. l. 22. *Alvi deiectiones,*) διάῤῥοιαι. *Const.*
p. 46. l. 24. *Plenissimi*) παχύτατοι, nempe pueri, *Const.*
p. 46. l. 26. *Glandulæ*) Glandulæ nomen hic est partis pro eius morbo atque inflammatione. Hippocr. παρίσθμια i. tonsillæ, ἀντιάδες pro parte autem lib. IV. cap. 1. *Const.*
p. 46. l. 27. *In spina sunt, aliquæ inclinationes,*) Hippocr σπονδυλυ τῦ κατὰ τὸ ἰνίον ὤσιες. *Const.*
p. 46. l. 33. *Incipiente*) Aphor. 26. lib. III. *Const.*
p. 46. l. 31. *Multæ*) *multi* nempe morbi, τὰ πολλὰ τυτέων, hoc est, multa νυσήματα. Hippocr. *Const.*
p. 46. l. 33. *Maximeque*) III. Aphor. 28. *Const.*
p. 47. l. 8. *Adolescentia*) III. Aphor. 29. *Const.*
p. 47. l 11. *Post hanc ætatem*) III. Aphor. 30. *Const.*
p. 47. l. 12. *Pulmonis dolores,*) περιπνευμονίαι. *Const.*
p. 47. l. 15. *In senectute*) Aphor. 31. *Const.*
p. 47. l. 16. *Gravedo,*) πόνοι ἄρθρων. Hippocr. *Const.*
p. 47. l. 16. *Renum dolores,*) νεφρίτιδες. *Const.*
p. 47. l. 17. *Nervorum resolutionei,*) ἀποπληξίαν, legerat παραπληγίαι. *Const.*
p. 47. l. 25. *Obesi*) II. Aphor. 44. *Const.*
p. 48. l. 3. *Ergo si plenior*) Ex I. Aphor 3. *Const.*
p. 48. l. 9. *Emacruit*) *emacuit* habet vetus- *Const.*
p. 48. l. 13. *Præter hæc*) Ex Hippocr. partim III. de salubri Diæta, partim II. Prognost. *Const.*
p. 48. l. 14. *Si graviora*) II. Aphor. 5. *Const.*
p. 48. l. 14. *Si crebra*) Aphor. 15. *Const.*
p. 48. l. 15. *Si corpus*) IV. Aphor. 39. *Const.*
p. 48. l. 16. *Si gravior.*) II. Aphor. 3.
p. 48. l. 17. *Tumultuosa*) φαντασιώδη καὶ παραχώδη. *Const.*
p. 48. l. 19. *Si corpus*) IV. Aphor. 48, 41. *Const.*

p. 48. l. 21. *Infudat,*) *fudat.* Conft.

p. 49. l. 2. *Ac ideo neque corporis*) *neque ideo corporis.* Conft.

p. 49. l. 10. *Tuta habuit.*) *Tuto.* Cod. *Conft.*

Sed lectionem *tuta* præferendam effe docet l. 26. ubi *valetudo tuta* dicitur. K.

p. 49. l. 13. *Ubi vero febris*) Hippocr. in Prognoft. & Prorrhet. *Conft.*

p. 49. l. 19. *Non conflictatur;*) ὐκ ἀσσώδης ἐςὶν, ὐκ ἀλύει. Hoc enim ἄσσα καὶ ἀλυσμὸς, ἡ ἀλύη, καὶ ἀλύκη. Hippocr. *Conft.*

p. 49. l. 21. *Plana*) Prorfus legendum *plena.* Hoc enim ex Hippocr. II. Aph. 35. ubi πάχος ἔχειν &c. & in Prognoft. unde & fequentia defumpfit. *Conft.*

p. 49. l. 22. Hypochondria a Celfo dici *præcordia* monet Morgagnus *Epift.* IV. p. 101. K.

p. 49. l. 26. *Corpus quoque,*) In Prognoft. & Pror. *Conft.*

p. 49. l. 28. *Infudat*) Al. *fudat.* Conft.

p. 49. l. 29. *Quando*) *quoniam,* Codex. *Conft.*

p. 49. l. 31. *Cupiditas*) III. Aphor. 32. 33. *Conft.*

p. 49. l. 31. *Sternutamento.*) Vide Thomfon. Epilapfum Chymicor. n. XXI.

p. 49. l. 33. *Neque terrere*) IV. Aphor. 45.

p. 50. l. 1. *Ac ne ea quidem,*) Ex Prognoft. & Pror. *Conft.*

p. 50. l. 5. Εἰλικρινὲς) Metaphora eft a limpida aqua, quæ luto defæcata eft. Nam ἡ ἰλὺς *coenum* eft; Galli *fange* appellant, & verbum κρίνω, *difcerno.* Additum autem eft ε Ionice. *Scal.*

p. 50. l. 6. *Si quis autem incidit vomitus,*) Ex Prognoft. & Pror. & de Victus ratione. *Conft.*

p. 50. l. 10. *Reddit modo mollia, figurata,*) *reddit mollia, figura atque eodem fere tempore, quo fecunda valetudine affuevit, modoque &c.* ubi modo, τῷ μέτρῳ menfura ftercus cohærens compactumque probatur Hippocr. liquidius duriufque vituperatur. *Conft.*

p. 50. l. 11. *Figurata*) ἀναχωρήματα. *Cafaub.*

p. 50. l. 15. *Debet, fi matutinis temporibus coacta magis eft,*) *Debent, fi matut. coacta minus funt. Si autem procedente tempore paulatim contrahitur, ruffa funt, neque foeditate odoris, fed fimilia alvi fani hominis, excedunt,* fupple *excrementa.* Conft.

p. 50.

p. 50. l. 15. *Coacta*) Martialis: *Nec desiderio coacta ventris, Gutta pallia non fefellit ulla.* Scal.

p. 50. l. 15. Has de vocabulo *coacta* aliasque dubitationes solvit Morgagnus *Epist.* VIII. p. 229. seqq. Alvum autem *coactam* hic opponi *liquidæ* tum ex hoc ipso manifestum est, tum vero etiam ex *cap.* VIII. ubi legimus: *Alvus in hac valetudine* (tabe adhuc sanabili) *ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaque convenientia his, quæ assumuntur, reddit.* Nihilo minus tamen aliquis obiecerat locum Celsi, p. 75. l. 19 ubi alvus coacta intelligi non alia potest, quam quæ cogitur excernere. At Hippocratis loca ipsa a Celso expressa dirimunt omnes controversias. De tubescentibus *Prædict.* L. II. n. XII. dicta legimus: ἡ τε γαστὴρ ὑποχωρείτω πᾶσαν ἡμέραν, καὶ τὸ ὑποχωρέον ἔσω σκληρὸν, πλῆθος τὲ κατὰ τὰ ἐσίοντα: h. e. *Venter autem egerat quotidie, & id quod egerit, sit durum, copia pro ratione ciborum ingestorum.* Ischiadicorum vero alvus coacta his verbis *ibid.* n. XLV. exprimitur: Καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρέει, εἰ μὴ πρὸς ἀνάγκην, κοπρώδης μύξα πολλὰ διεξέρχεται: h. e. *Quibus alvus non egerit nisi coacta, & prodit ipsis multus stercoraceus mucus.* K.

p. 50. l. 20. *Fine*) *sub finem.* Sic κρίσιν i. iudicationem videtur appellare. *Const.*

p. 50. l. 20. *Si inflatio absque inflammatione in superioribus partibus dolorem tumoremque fecit, bonum signum est sonitus ventris inde ad interiores partes devolutus magisque etiam &c.* Sic legendum ex antiquo Codice, cuius veram lectionem confirmat Hippocrat. in Progn. & Pror. atque in IV. Aph. 73. unde hæc Celsus decerpsit. *Const.*

p. 50. l. 20. *Si inflammatio*) Ex Prognost. & Prorrhet. *Const.*

p. 50. l. 30. *Residere*) Ex Prognost. *sedere*, vel *erectus sedere.* Hippocr. *Const.*

p. 50. l. 31. *Impetu,*) ἐν τῷ παροξυσμῷ. *Const.*

p. 50. l. 32. *Pulmonibus laborantibus:*) ἐν τῇ περιπνευμονίᾳ. *Const.*

p. 50. l. 32. *Nocturna vigilia*) ἀγρυπνίᾳ. *Const.*

p. 51. l. 3. *Pessimum*) VII. Aphor. 18. *Const.*

p. 51. l. 6. *Dolore*) *Delirio.* Const.

p. 51. l. 6. *Aeque vero signum*) II. Aphor. III. & lib. I. Prædict. *Const.*

p. 51. l. 8. *Se sopor*) expunge *se.* Const.

p. 51. l. 9. *Mali etiam morbi*) Prognost. & IV. Aph. 68. *Const.*

p. 51. l. 11. *A ſexto die*) IV. Aphor. 47. *Conſt.*

p. 51. l. 13. *Iactare brachia*) in Prognoſt *Conſt.*

p. 51 l. 14. *Sine voluntate lacrymare,*) IV. Aph. 52. exemplum IV. Epidem *Conſt.*

p. 51. l. 15. *Humorem glutinoſum*) IV. Aphor. 53. *Conſt.*

p. 51 l. 15. *Glutinoſum.*) Vid. Auguſt. Totmer. Obſervat. pag. 13.

p. 51. l. 16. *Cutem circa umbilicum*) II. Aphor. 35. *Conſt.*

p. 51. l. 17. *Præcordia inflammata*) II. Aphor. 28. *Conſt.*

p 51. l. 20. *Si venæ*) *arteriæ.* Conſt.

p. 51. l. 21. *Mali etiam morbi ſignum*) in Progn. *Conſt.*

p. 51. l. 23. *Caput & pedes*) in Progn. *Conſt.*

p. 51. l. 25. *Aut frigidus*) VII. Aph. I. 27. *Conſt.*

p. 51. l. 26. *Aut poſt ſudorem*) VII. Aph. 4. *Conſt.*

p. 51 l. 27. *Aut poſt vomitum*) VII. Aph. 3. *Conſt.*

p. 51. l. 28. *Aut poſt cupiditatem*) VII. Aph. 6. & 11. *Conſt.*

p. 51. l. 30. *Aut multum ſudare*) IV. Aph. 41. *Conſt.*

p. 52. l. 1. *Neque tertio quoque die*) IV. Aph. 30. *Conſt.*

p. 52 l. 4. *Molliantur,*) IV. Aph. 43. *Conſt.*

p. 52. l. 7. *Poſt arquatum morbum febrem oriri;*) Ex IV. Aph. 6. & ex Coacis Prænot. legendum, *poſt febrem arquatum morbum oriri.* Conſt.

p. 52. l. 9. *Ac dolentibus*) *aut dolentibus.* Conſt.

p. 52 l. 11. *Neque unquam in acuta*) IV. Aph. 66. & 67. quos confudit. *Conſt.*

p. 52. l. 13. *Timere etiam*) Ratio in II. Aph. Timor, nota copiæ humoris melancholici, ut ſpaſmus pituitoſi. *Conſt.*

p. 52. l. 18. *Vomitus etiam*) II. lib. Præn. Hippocr. Lege & II. Aph. 32. *Conſt.*

p. 52. l. 20. *At mala urina &c.*) Ex Hippocratis imitatione in Coacis Prænot. ſic diſtinxit. In MS. legitur *quaſi folia:* πεταλώδη voluit exprimere. Rectius dixiſſet lamioſa. πέταλον utrumque ſignificat. Conatus eſt etiam πιτυρώδεα reddere, dicens ex furfuribus factas nubeculas: parum feliciter. Excuſo nubeculas καταχρηστικῶς dici de hypoſtaſi atque ſedimento. *Conſt.*

p. 52. l. 22. *Fila*) V. C. *folia.* Falſum eſſe Celſum ſatius eſt dicere, quam reponere ſubſidentia, ut Capella. *Scal.*

p. 52. l. 25. *Diluta quoque*) Quæ aquea ὑδατώδης Actuario Lib. I. cap. 2. & Chryſtallina Plin. 28. c. 6. οὖρα διαφανέα λευκὰ dixit Hippocrat. IV. Aph. 72. ex quo Celſus. *Conſt.*

p. 53. l. 3. *Malum eſt etiam*) Lege Hippocr. VII. Aph. 6. *Conſt.*

p. 53. l. 4. Ante *ſincerum eſt* ponatur ſignum †.

p. 53. l. 6. *Valetudinis*) *ægritudinis.* Conſt.

p. 53. l. 9. *Alia ſpes*) *alia vitæ ſpes.* Conſt.

p. 53. l. 10. *Neque ulla alia ſpes*) *Ulla vitæ alia.* Aldus ſic; *neque vitæ alia ſpes* Scal.

p. 53. l. 11. *Effugat*) Hoc trahendo effugium in imperfecta criſi: perfacta morbo nihil cunctata liberat. *Conſt.*

p. 53. l. 16. *Ubi frigidus ſudor*) IV. Aph. 40. *Conſt.*

p. 53. l. 23. *Ubi æger*) II. Aph. 28. *Conſt.*

p. 53. l. 24. *Item ſi urina*) VII. Aph. 32. *Conſt.*

p. 53. l. 27. *Maculas*) Lego ab acus eris aculas. Supra vertit ut potuit οὖρα πεταλώδεα & πιτυρώδεα: reſtabat κριμνώδεα, quod (cum vocabulum idoneum deeſſet) dixit *quaſi aculas* i. proprie ἀχυρώδεα, non idem ſane, ſed ad ſimile ſumpſit ex Hippocr. in Prænot. & VII. Aph. 32. & 35. ubi κριμνώδεες ὑποςάσεις, & πομφόλυγες. noſter *bullulas* expoſuit. *Conſt.*

p. 53. l. 28. *Miculas*) Recte *miculas*, κριμνώδεα, non *aculas*, ut inepte Conſtantinus. Nam ab *acus* fit *acuſculum* diminutivum. *Scal.*

d. 53. l. 32. *Ad ultima vero iam ventum eſſe teſtantur nares acutæ, collapſa tempora, oculi concavi, frigidæ languidæque aures, & imis partibus leniter verſæ, cutis,*) Habes de his indiciis Hippocratem ipſum in primo prognoſtic. Unde hæc auctor deſumpſit, ut alia multa in hoc ſecundo libro. *Cæſar.*

p. 53. l. 32. *Ad ultima vero*) Hæc omnia maxima ex parte ex Hippocratis Prænot. utriſque. Lege Trallianum & Plinium lib. VII. cap. 51. de ſignis mortis. *Conſt.*

p. 54. l. 14. *Illacrymant,*) IV. Aph. 52. *Conſt.*

p. 54. l. 16. *Pituitaque*) λήμην hic convertit *pituitam;* has oculi ſordes ex pituita craſſiore & ſemicocta (ut ſcribit Galenus comment. III. de Articulis) *gramias* vel *gramas* Latini vocant. *Conſt.*

p. 54. l. 20. *Palpebræ non committuntur,*) ſi ita ægrotus dormire non aſſueverit. ut λαγόφθαλμοι. *Conſt.*

p. 54. l. 22. *Neque id fluens alvus expreſſit*) Neque alvus fluens naturali profluvio aut purgatione. VI. Aph. 52. *Conſt.*

54. l. 24. *Eademque labra & nares,*) IV. Aph. 49. *Conſt.*

p. 54. l. 25. Pro loco parallelo 51, 28.

p. 54. l. 27. *Non audit*) V. sim. Paulli de Febr. malig. pag. 18, 19.

p. 54. l. 28. *Eadem mors*) IV. Aph. 34. VII. 62. & in Coacis Prænot. *Const.*

p. 55. l. 1. *Floccos legit*) κροκοδίζειν. *Casaub.*

p. 55. l. 6. *In febre & acuto* morbo,) i. in febre acuta, ut apud Hippocr. & φρενῖτιν, quam improprie *insaniam* transtulit, ut περιπνευμονίαν (quod supra observatum) *pulmonis dolorem.* Const.

p. 55. l. 8. *In veste floccos legit,*) studuit exprimere τὸ καρφολογεῖν, etiamque sequentibus τὸ κροκοδίζειν. *Const.*

p. 55. l. 11. *Ad viscera*) lumbos & ilia i. λαγόνας vel κενεῶνας, ut habet Hippocrates: & pro φρένας vel διάφραγμα i. *præcordia* vel *septum transversum* substituit *viscera*, non mendacio, sed innovatione. *Const.*

p. 55. l. 14. *Neque is servari potest,*) IV. Aph. 37. VII. 62. & in Coacis Prænot. *Const.*

p. 55. l. 17. *Cuive in eodem*) Ex IV. Aph. 35. & Coacis Prænot. *Const.*

p. 55. l. 19. *Aut cui simul*) Ex IV. Aph. 38. & VII. 1. & 2. lib. prædict. *Const.*

p. 55. l. 21. *Aut cui, febre*) Ex IV. Aph. 50. & VI. 54. *Const.*

p. 55. l. 23. *Aut qui febre*) Ex IV. Ap. 50. *Const.*

p. l. 25. *Qui epoto*) IV. Aph. 16. & V. 1. *Const.*

p. 55. l. 27. *Qui ebrius obmutuit.*) Ex V. Aph. 5. *Const.*

p. 55. l. 27. *Febre*) *fere* legendum. *Const.*

p. 55. l. 30. *Mulier quoque gravida*). Ex V. Aph. 30. *Const.*

p. 55. l. 32. *Cui protinus*) II. Aph. 1. *Const.*

p. 55. l. 34. *Cuive alterutrum*) IV. Aph. 23. legendumque *alterutro.* Const.

p. 56. l. 3. *Sive separatim*) In Prænot. utrisque. *Const.*

p. 56. l. 6. *Proximum*) *in proximo.* Const.

p. 56. l. 8. *Meliora*) *mitiora.* Const.

p. 56. l. 11. *Sudor quoque frigidus*) Aph. 37. & Prænot. utrisque. *Const.*

p. 56. l. 12. *Pestiferus*) *pestifer* latinius. Utrumque tamen bonum. *Scal.*

p. 56. l. 13. *In omni morbo*) I. Lib. Prædic. & in Prænot. utrisque. *Const.*

p. 56. l. 15. *Ac sanguinem quoque*) VII. Aph. 37. & IV, 25. & in Coacis Prædic. *Const.*

p. 56.

p. 56. l. 15. *Urina vero rubra & tenuis in magna cruditate esse consuevit,*) *In magna cruditate,* subaudiendum est *morbi.* Sic in Progn. Hippocr. l. 2. *Urina quoad russa tenuisque apparuerit, crudum morbum significat.* Caes.

p. 56. l. 16. *Urina vero rubra*) Ex Prænot. sed pro *fulva* substitutum *rubra* mendose. *Const.*

p. 56. l. 18. *Maturescat*) Pari audacia dixit de maturatione vel morbi vel humorum, πεπασμὸν, & Arist. πέπανσιν, immo & interdum πέψιν Galen. cui ὠμότης i. *cruditas* opponitur: cum πέψις proprie sit *coctio.* Const.

p. 56. l. 24. *Alvus quoque*) Ex prænot. *Const.*

p. 56. l. 26. *Bilem viridem aliquid*) Ex prænot. lege *bilem, viride aliquid.* Const.

p. 56. l. 30. *In præcipiti vero iam esse denunciat, quæ liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est, utique si magna*) Hæc ex ultimo citato loco. Sed ita legendum: *In præcipiti vero iam esse denunciat* (nempe alvus) *quæ liquida* (excrementa repræsentat) *idemque quæ vel nigra, vel pallida, vel pinguia, & utique si magna &c.* Const.

p. 56. l. 30. *Diutius trahere*) Sicut dicimus Galli de male sano affecto, *il traine toûjours*, si quis in eo morbo diutius traxit. mox; *autumno, qui cætera anni parte traxerint, resolvuntur.* p. 137. *ægri sub cautioribus medicis trahebantur,* & 138. *ægros Medici diutius tractos non expediverunt.* Casaub.

p. 57. l. 4. *Revixisse?*) De his, qui elati revixerint, lege Plinium lib. VII. cap. 52. & Valer. Max. lib. I. cap. 8. *Const.*

p. 57. l. 5. *Democritus*) Tempore Democriti puella diu conclamata revixit, deque ea re scripsit iustum volumen Democritus titulo περὶ ἄπνυ, i. e. *de ea, quæ non spirat.* Hoc Heraclitus maxime laudat. Quo noto plurimi alioqui difficiles loci Diogenis Laertii intelligi possunt. Porro domi patris Iul. Cæs. Scaligeri subulcus ter pro mortuo habitus frigidissimus & sine respiratione ter revixit. *Scal.*

p. 57. l. 5. *Democritus*) *Qui* περὶ ἄπνυ scripserat, ut quibusdam placet. vid. *ad Lært.* Casaub. Inde Kirchmann. de funerib. lib. I. cap. 13. pag. 91.

p. 57. l. 6. *Certas notas esse, proposuit*) Scaliger ad Manilium Lib. V. p. 308. putat Celsum Democriti librum, περὶ ἄπνυ, quem Plinius Heraclidæ adscribit, indigitasse: verum refutat illustrissimum virum clar. Menagius in Observationibus ad Diogen. Laert. Prooem. p. 5. Ed. Lond.

p. 57. l. 12. *Asclepiades*) Vide Plinium lib. xxvi. cap. 3. Nos vero totam hanc periodum antea corruptam restituimus. *Const.*

p. 57. l. 12. - 28. Locus hic mirum in modum a Lindenio mutatus. Vox *sciens* in nullo libro, *intellexerit* pro *inclamavit* in omnibus legitur, idem monente Morgagno, qui ex Apuleii verbis *Florid.* l. 4. *confestim exclamavit, vivere hominem,* huc aliquid trauslatum esse putat, ac simul ex Plinii *Hist. Nat.* lib. VII. c. 37. & l. XXVI. c. 3. illi *funeri* Asclepiadem *occurrisse ignoto*, respondet iis qui fraude subesse potuisse opinantur. Lindenii mutatio, vbi *fidem* pro notam posuit, clariorem sensum præstare videtur. Sed et phrasis, *notam habere* quæ in omnibus editionibus legitur, non difficillimum explicatum habet. K.

p. 57. l. 13. *Funeri obvius*) Vide Kirchmann. de mortuorum miraculis part. II. cap. 22. Kirchmann. de funer. lib. I. cap. 13.

p. 57. l. 14. *Nec protinus crimen artis*) Medicinæ pars illa, quæ σημειωτικὴ vocatur, præcipue couiecturalis est sive στοχαστικὴ, qua tamen peritus artifex artificialiter utitur. *Const.*

p. 57. l. 19. *Responderit*) *Respondere* Celso est στοχάζεσθαι, vel potius commode cedere, ἐνοδοῦσθαι. & sic passim. *Casaub.*

p. 57. l. 28. *In peius aliquid convertunt*) *Hoc vertit in malum:* cela se tourne en mal, Phrasis in libris Cæsaris, Ciceronis & Propertii ubique obvia. Imo non aliter Celsi tempore loquebantur. Propertius lib. I. eleg. 16.

Atque utinam traiecta cava mea vocula rima,
Percussas dominæ vertat in auriculas.

Est ergo illud *aliquid* glossema ineptissimum. *Scal.*

p. 57. l. 32. *Perque multo plures ægros*) Pluries ægro: quasi perpluries, Tmesis. *Scal.*

p. 57. l. 33. *Neque tamen ignorare*) Ex II. Aph. 19. *Const.*

p. 58. l. 6. *Ea*) *ad ea.* Const.

p. 58. l. 18. *Malum habitum*) καχεξίαν. *Const.*

p. 68. l. 20. *Inflammatio*) *inflatio* Cod. *Const.*

p. 58. l. 22. *Quibus diu color*) Hippocr. lib. II. Prædict. Sed pro *sine morbo regio* debuit dicere *non tamen ut in morbo regio.* Const.

p. 58. l. 22. *Inflammatio*) Vetus Codex *inflatio.* Scal.

p. 58. l. 26. *Aut alvo laborant*) II. Prædict. legendum alio (sic cetera, quæ Hippocrates habet, complexus est) non *alvo*. Const.

p. 58.

p. 58. l. 26. *Si in continua febre*) In Prænot. utriſque, & VII. Aph. 18. *Conſt.*

p. 58. l. 26. *Terram edunt*) Id eſt, malacia aut pica laborant.

p. 58. l. 30. *Frequens autem deſtillatio*) II. Prædic. *Conſt.*

p. 59. l. 1. *Subitam deiectionem,*) *profluvium.* Conſt.

p. 59. l. 2. *Ubi pedes turgent,*) Prænot. utrisque. Sed *coxas* pro *lumbis: ilia* pro *lumborum partibus* mollioribus poſuit. *Conſt.*

p. 59. l. 6. *Idem propoſitum*) Ex Prænot. repone *tuſſiendi* expuncto τῷ *deſidendi.* Vid. & VI. Aph. 35. & 47. *Conſt.*

p. 59. l. 7. *Deſidendi*) Imitatur Græcum ἀφεδρεύειν. Scal.

p. 59. l. 7. *Deſidendi*) Sic honeſte τὸ σχέζειν exprimit. 86, 24. 224, 33. *Caſaub.*

p. 59. l. 12. *Eiusdem morbi nota*) Ex Coacis Prænot. στρόφος tormina; ipſe δυσεντερίαν per *tormina* ſolet exponere. *Conſt.*

p. 59. l. 14. Στρόφον) Celſus στρόφυς non audet vocare *tormina*, quod ubique Plinius facit: & recte quidem. Nam στρόφοι *tormina* revera ſunt. Celſus autem vel diarrhoeam vel diſenteriam *tormina* appellat. *Scal.*

p. 59. l. 15. *Coxæque*) ὀσφύος, Hippocr. *Conſt.*

p. 59. l. 17. *Dolor*) *calor* legitur in MS. non *dolor.* Nihil dum certi habeo, adhucque anquiro, unde meſſem fecerit. Non enim puto alluſiſſe ad Aph. 25. lib. V. *Conſt.*

p. 59. l. 24. *Quibus in pueritia*) Ex Prædict. *Conſt.*

p. 59. l. 27. *Exulcerationes graves*) μελικηρίδα dicit Hippocrates de hoc genere ulceris lib. V. cap. 28. ubi μελικηρὸς ſcribitur in Celſi codice. *Conſt.*

p. 59. l. 29. *Quibus feminis*) Lib. V. Aph. 58. vide & VI. 29. & in Prædict. *Conſt.*

p. 59. l. 33. *Eademque his pericula ſunt, quibus articulorum vitia, dolores,*) Ex Prædict. ſed in MS. *vitia, ut dolores.* Conſt.

p. 60. l. 3. *Frons prurit*) Videtur error eſſe, & legendum, *Si frons.* Nam apud Hippocr. non invenitur coniunctum. *Scal.*

p. 60. l. 4. *Si mulier a partu vehementes*) Sic in MS. alioqui videri poſſit corruptum eſſe, legendumque, *ſimiliter caput ſi vehementes*, quia ita Hippocrates in Prædict. *Conſt.*

p. 60. l. 8. *Quicunque etiam dolorem ingentem*) Ex II. Prædict. lege *recentem*, non *ingentem.* Expungendumque τὸ *eum.* Conſt.

p. 60.

p. 60. l. 12. *Febris autem quæ subito*) Lib. IV. Aph. 61. & II. 27. item in Prænot. utrisque, & in Prænot. *Const.*

p. 60. l. 19. *Ulcus reperietur.*) Ex II. Prædict. legendum *ulcus aut hirudo, reperietur.* Præcordia pro dorso & pectore posuit. *Const.*

p. 60. l. 19. *Muliere ex inguine febricula*) Ex II. Prædict. mutato tamen auctoris sensu, *cui ex ulcere uteri febris & tumor inguinum.* Const.

p. 60. l. 21. *Urina autem crassa,*) Ex II. Prædict. & IV. Aph. 74. *Const.*

p. 60. l. 24. *Eadem viridis,*) Ex II. Prædict. & Coac. Prænot. *Const.*

p. 60. l. 27. *At si sanguis*) Ex IV. Aph. 75. *Const.*

p. 60. l. 29. *Si hæc crassa carunculas quasdam exiguas quasi capillos*) Ex IV. Aph. 76. lege *aut quasi.* Const.

p. 60. l. 31. *Aut si bulliat,*) Ex Aph. 34. ubi πομφόλυγες. lege *aut si bullas.* Const.

p. 60. l. 31. *Et male olet & interdum,*) IV. Aph. 18. grave olentia tamen proprie affectæ vesicæ index. Lego, *& si male olet, aut si interdum.* Sic Codex. *Const.*

p. 60. l. 31. *Et male olet, & interdum*) V. C. *& si male olet, aut si interdum.* Scal.

p. 60. l. 32. *Quasi arenam*) VI. Epid. Sect. I. Aph. 5. *Const.*

p. 60. l. 33. *Quasi sanguinem trahit,*) IV. Aph. 78. & in Epidem. cit. loco. *Const.*

p. 60. l. 33. *Coxæ*) Hippocr. vero ὀσφύες. *Const.*

p. 61. l. 2. *Biliosus*) hic pro æruginoso. Vid. lib. de internis affect. Hippocrat. *Const.*

p. 61. l. 6. *Levamenti*) Levamentum hic est ἐναιώρημα sive νεφέλη. *Const.*

p. 61. l. 8. *Aut si paulatim*) IV. Aph. 80. Leg. *At si paulatim.* & *interiores*, non *inferiores*. Cod. MS. *Const.*

p. 61. l. 14. Soranus Ephesius Isagog. cap. 9. addit, naturam subtumidam esse, & eos pruriginem iu ano pati.

p. 61. l. 19. *Eamque quidam*) In Coacis Prænot. *Const.*

p. 61. l. 23. *Gravitatis quoque*) VI. Epid. ubi motus & exercitium probantur. His discutitur calculus e renibus in præparatis corporibus victus ratione & medic. Qui in plenis impurisque vero transitu meatus lacerat. *Const.*

p. 61. l. 27. *Feminæ vero oras*) Vid. Hippocrat. de locis, aquis, &c. *Const.*

p. 61. l. 28. *Scabere*) Pro *scabere* legitur *scalpere* in antiquis. *Const.*

p. 61.

p. 61. l. 31. *At qui spumantem*) V. Aph. 13. *Const.*
p. 61. l. 33. *Mulieri gravidæ*) Ex V. Aph. 34. *Const.*
p. 61. l. 34. *Eidem si lac*) Ex V. Aph. 35. *Const.*
p. 62. l. 3. *Frequens singultus*) Ex VII. Aph. 17. *Const.*
p. 62. l. 5. *Si tumores*) Ex V. Aph. 65. *Const.*
p. 62. l. 6. *Super ulcera*) ἐφέλκεσι, Hippocr. *Const.*
p. 62. l. 8. *Rigor*) τέτανος Hippocr. *Const.*
p. 62. l. 12. *Si ora venarum*) Ex VI. Aph. 12. αἱμοῤῥοΐδες. *Const.*

p. 62. l. 15. *Eadem tabes*) V. Aph. 15. *Const.*
p. 62. l. 17. *At si longa tristitia*) VI. Aph. 23. & VII. 18. & in Prænot. *Const.*
p. 62. l. 18. *Atræ bilis morbus*) ἡ μελαγχολία morbus. *Const.*
p. 62. l. 19. *Quibus sæpe ex naribus*) II. Prædict. *Const.*
p. 62. l. 20. *Lienis tumet*) *Lienis* pro lien amat dicere Celsus. *Lienes male habent.* 74, 24. & 94, 6, 176, 22. Ita Cato de R. R. cap. 157. *Si lienes turgent.* Casaub.
p. 62. l. 21. *Quos sequitur, aut quædam*) Restituo, *quo sequitur, ut quædam.* Const.
p. 62. l. 23. *At quibus magni*) II. Prædict. *Const.*
p. 62. l. 23. *Magni lienes*) Adi Isaac. Vossii not. ad Catull. p. 98.
p. 62. l. 27. *Quibus causa doloris*) II. Aph. 6. *Const.*
p. 62. l. 29. *Si in ventrem*) II. Aph. 20. ubi κοιλίη, ut hic *venter* pro omni cavitate. *Const.*
p. 62. l. 30. *Si a coxis,*) In Prænot. utrisque. *Const.*
p. 62. l. 31. *In pectus*) Pectus pro septo transverso posuit. *Const.*
p. 62. l. 33. *Quibus sine febre*) Lib. de Morbis, & lib. de Locis lib. II. Aph. 47. & in Prænot. utrisque. *Const.*
p. 63. l. 2. *Urina quoque quæ in homine sano parum liquida est,*) Ex Prænot. sed ex MS. leg. *Urina quoque (quæ in homine sano parum) si liquida est.* Const.
p. 63. l. 5. *Hæc vero cum sine febre quoque*) Hanc totam periodum aperte corruptam restituere non dubitavi. *Const.*
p. 63. l. 9. *Ergo protinus insania*) Ex Coacis Prænot. & in Prænot. utrisque. *Const.*
p. 63. l. 13. *Venasque*) *venas* hic ἀρτηρίας. *Const.*
p. 63. l. 17. *Nullo dolore*) In Prænot. *Const.*
p. 63. l. 19. *Vel prostratam*) in Prænot. *Const.*
p. 63. l. 23. *Si quid etiam obcessit*) *abscessit.* Const.

p. 63.

p. 63. l. 24. *Antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore inſolita febre*) Ex Prænot. legend. & (*antequam ſputum prodiret*) *manente adhuc in corpore ſolita febre.* Conſt.

p. 63. l. 33. *Affectus intus verſatur.*) Ex Prænot. corrigendum, *affectus in pus vertatur.* Conſt.

p. 63. l. 34. *ſuffuſæ quoque*) V. Aph. 40. *Conſt.*

p. 63. l. 34. *Sanguine*) Bilioſo & fervido, qui in lac non convertitur. Hoc rariſſimum, Galeno teſte. *Conſt.*

p. 64. l. 2. *Quibus autem longæ*) IV. Aph. 44. & in Coac. Prænot. *Conſt.*

p. 64. l. 4. *Quorum faucibus*) IV. Aph. 68. *Conſt.*

p. 64. l. 4. *Illiditur ſpiritus*) Aph. IV. l. 68.

p. 64. l. 5. *Eliditur*) προσπόπτει. Vide & VI. Aph. 54. *Conſt.*

p. 64. l. 6. *Si angina ſubito finita eſt, in pulmonem id malum tranſit, idque ſæpe*) V. Aph. 10. legendum, *in pulmonemque id malum tranſit, id ſæpe.* Conſt.

p. 64. l. 9. *Suppuret.*) Pulmo videlicet. Vide in Prænot. utrisque. *Conſt.*

p. 64. l. 10 *Deinde poſt alvi*) VII. Aph. 23. & 75. In MS. *Denique*, non *deinde*. Conſt.

p. 64. l. 12. *Poſt nimias deſtillationes,*) Ex VII. Aph. 39. & 78. & lib. de Locis. *Conſt.*

p. 64. l. 13. *Poſt lateris*) Ex VII. Aph. II. & XII. *Conſt.*

p. 64. l. 13. *Lateris dolores,*) πτευρῖτις. *Conſt.*

p. 64. l. 13. *Vitia pulmonum;*) περιπνευμονία. *Conſt.*

p. 64. l. 14. *Inſania.*) φρενίτις. *Conſt.*

p. 64. l. 14. *Poſt magnos fervores*) VII. Aph. 13. *Conſt.*

p. 64. l. 16. *Ubi caput vulneratum*) Ex VII. Aph. 14. *Conſt.*

p. 64. l. 17. *Ubi vigilia torſit,*) Ex VII. Aph. 18. *Conſt.*

p. 64. l. 18. *Ubi vehementer venæ*) Ex VII. Aph. 21. *Conſt.*

p. 64. l. 20. *Suppuratio vero*) Ex Prænot. utrisque.; *Conſt.*

p. 64. l. 20. *Morbis*) Legitur *modis.* Conſt.

p. 64. l. 20. Verba: *pluribus morbis*) Satis cum proximo utrinque Celſi ſermone congruere monet Morgagnus *Epiſt.* V. p. 133. K.

p. 64. l. 25. *Eadem ſuppuratio*) In Prænot. *Conſt.*

p. 65. l. 3. *Si inter ipſa ulcera*) *ſi inter ipſa viſcera.* Codex *ipſa initia.* Conſt.

p. 65. l. 3. *Tum in ſuperioribus partibus fit abſceſſus; ac niſi inter ipſa initia ſanguis e naribus non fluit, circa aures erumpit.* Sunt Lindenii verba. De quibus Morgagnus *Epiſt.* VII. p. 171. hæc docet. Et quæ præcedunt hunc locum & quæ ſubſequuntur ex *Hippocr. Prænot. Lib.* n. 6. ipſo rerum conſervato

ſervato ordine eſſe ſumta, ipſum tamen locum ibi non legi, neque ſatis cum eo certum quendam locum *Coac. Prænot.* ubi de ſanguine e naribus quidem ſed poſt eruptionem parotidis fluente verba fiunt, convenire, ut eſt apud Hollerium Sect. l. 1. A. 21. Fortaſſe igitur locum hunc e ſede ſua huc temere translatum eſſe. Præterea verba: *ſanguis e naribus* apud ſolum Lindenium legi; item pro *fluit* omnes habere *fuit*; Conſtantinum & Ronſſeum in ora libri pro *ulcera* ſcripſiſſe *viſcera*, idque & in codice legi. Ergo forte legendum eſſe: *ac ſi inter viſcera non ſit, circa aures erumpit.* K.

p. 65. l 6. *Præcordiis, quam is, qui infra eſt*) In Prænot. utrisq. legitur, *in anterioribus præcordiis, quam is, qui in ventre eſt: is qui ſupra umbilicum, quam is, qui infra eſt* Conſt.

p. 65. l. 11. *Interdum quoque urina*) In Prænot. *Conſt.*

p. 65. l. 15. *Dolor autem*) *dolor etiam.* Cod. hoc & ex Prænot. *Conſt.*

p. 65. l 25. *Modo a contraria parte*) Lege *modo a coſtarum parte.* Cod. *Conſt.*

p. 65. l. 28. *Ipſum calidius eſt, & ſic in partem ſanam aliquis decubuit, onerare eam ex pondere*) Legitur, *ipſumque latus calidius eſt, & ſi in partem ſanam aliquis decubuit, onerare eam pondere.* Ex Prænot. *Conſt.*

p. 65. l. 31. *Omnis etiam ſuppuratio*) ibid. *Conſt.*

p. 66. l. 7. *Quod ſi protinus*) In Prænot. *Conſt.*

p. 66. l. 23. *Ex veſica dolente,*) In Prænot. utrisque hæc omnia. *Conſt.*

p. 66. l. 32. *Et ſanguine*) *Et* dele. *Conſt.*

p. 66. l. 33. *Statim edatur.*) Legitur in Cod. *ſedatur.* Al. *reddatur.* Conſt.

p. 66. l. 33. *Laterum dolores*) V. Aph. 15. *Conſt.*

p. 67. l. 3. *Si in iocinore*) VII. Aph. 45. *Conſt.*

p. 67. l. 5. *Ex ſuppurationibus*) In Prænot. utrisque. *Conſt.*

p. 67. l. 9. *Contra ſe cutem*) Legendum *contractæ cutem.* Conſt.

p. 67. l. 9. *Concluſæ*; pro quo veteres Edd. *contra ſe*) contruſæ. *Scal.*

p. 67. l. 12. *Pus quoque,*) Ex Prænot. utrisque. *Conſt.*

p. 67. l. 13. Lindenii ſcriptura *unius modi* præferenda videri poteſt, quia vox *album* præcedit. Sed infra l. 21. 22. eadem ratio ſcribendi reperitur. *K.*

p. 67. l. 19. *At in tabe*) II. Prædict. *Conſt.*

p. 67. l. 25. *Tantulam*) *Tantillam.* Conſt.

p. 67.

p. 67. l. 26. Lindenius scripsit: *tantulum cibum.* Hippocratis *Prædict.* L. 2. n. 12. unde hic locus sumtus est, nil legi, quod probet verbum *tantulum docet.* Morgagnus *Epist.* VI. p. 146. K.

p. 67. l. 28. *Quæ quotidie coacta, eaque convenientia*) *Coacta* ergo *alvus* erit hic, quæ *cogitur* excernere, ut infra. Lib. II. c. 8. quæ vix excernit. In Codice Capellæ ita legitur hic locus: *quæ coacta, quæ convenientia.* Scal.

p. 68. l. 11. *Macrum est*) molle & gracile, Hippocr. *Const.*

p. 68. l. 19. *Morbum*) *motum*, Hippocr. πόνον. *Const.*

p. 68. l. 21. *Articulorum*) II. Prædict. *Const.*

p. 68. l. 26. *Item morbus comitialis*) II. Prædict. & II. Aph. 45. & V. Aph. 7. *Const.*

p. 68. l. 32. *Deiectiones*) Abscessus, Hippocr. *Const.*

p. 68. l. 33. *Ipsa autem deiectio*) Ex II. Prædict.

p. 69. l. 1. *Contracto*) Corrige pro *contracto contrectato.* Const.

p. 69. l. 5. *Dum febris cæteræque accessiones huius morbi absint:*) Vide, num possit legi, *adsint.* Cæsar.

p. 69. l. 5. *Dum febris*) Aph. 6. 3.

p. 69. l. 7. *Reservari*) Malo *servari.* Const.

p. 69. l. 12. *Fieri*) *Ferri*, non *fieri.* Const.

p. 69. l. 15. *Ex quibus coxa,*) Ex II. Prædict. *Const.*

p. 69. l. 18. *Si nihilominus aliter fieri sanum potest.*) Legendum, *si nihilo minus alitur, fieri sanum potest.* Const.

p. 69. l. 19. *Oris*) *Os* pro facie. *Const.*

p. 69. l. 19. *Oris resolutio*) Ex VI. Aph. 17. *Const.*

p. 69. l. 21. *At varix*) VI. Aph. 21. lege *Ac varix.* Const.

p. 69. l. 22. *Per ora venarum subita profusio sanguinis* αἱμοῤῥοΐδες, Hippocr. vide & VII. Aph. 5. & VI. Aph. 11. *Const.*

p. 69. l. 23. *Humerorum dolores,*) Hippocr. III. Prædict. *Const.*

p. 69. l. 25. *Et quisquis dolor,*) In Prænot. *Const.*

p. 69. l. 27. *Singultus*) VI. Aph. 13. *Const.*

p. 69. l. 27. *Longas deiectiones*) Ex VI. Aph. 15. *Const.*

p. 69. l. 28. *Mulier sanguinem*) Ex V. Aph. 32. *Const.*

p. 69. l. 30. *Quæ menstruis*) VI. Aph. 33. *Const.*

p. 69. l. 32. *Quæ locis*) V. Aph. 15. *Const.*

p. 69. l. 33. *Levatur. Æstiva quartana fere brevis est. Cui calor*) II. Aphor. 25. *Æstiva quartana fere febris est.* Const.

p. 69. l. 34. *Calor*) *Calor* hic pro febri ponitur. *Const.*

p. 70. l. 3. *Nam & præcordiorum*) VI. Aph. 40. *Const.*

p. 70.

p. 70. l. 5. *Et nervorum distentionem*) IV. Aph. 57. & II. 26. in Coacisque Prænot.

p. 70. l. 7. *Difficultate urinæ*) εἰλεὸς dicitur vel χορδαψός. *Const.*

p. 70. l. 8. *Morbum tenuioris*) VI. Aph. 44. *Const.*

p. 70. l. 9. *At dolores capitis,*) Prædict. (36, 5.) *Const.*

p. 70. l. 13. *Petita*) Procurata arte. Hoc recte addidit. *Const.*

p. 70. l. 13. *Si capitis*) Ex II. Prædict. (36, 8.) *Const.*

p. 70. l. 16. *Febrem autem ardentem*) IV. Aph. 58. *Const.*

p. 70. l. 17. *Horror*) ῥῖγος Hippocrati, *rigor.* Const.

p. 70. l. 18. *Si in febre aures*) IV. Aph. 60. *Const.*

p. 70. l. 20. *Nihil plus adversus surditatem*) IV. Aph. 28. *Const.*

p. 70. l. 23. Θύματα) Ex IV. Aph. 82. restituo φύματα. Hoc & in Coacis. *Const.*

p. 70. l. 23. Φύματα) Omne tuberculum φῦμα est, nec unquam aliter Plinius ex Discoride vertit φύματα, quam tubercula. *Scal.*

p. 70. l. 29. *Neque quicquam reddit,*) Ex Hippocr. in Prænot. utrisque lege, *neque vesica quicquam reddit.* Const.

p. 70. l. 31. *Ad quartum decimum.*) *Ad quintum decimum.* Const.

p. 70. l. 32. *In pulmonis morbo,*) Ex Prænot. *Const.*

p. 71. l. 9. *Periculosissimumque est,*) Ex VI. Aph. 16.

p. 71. l. 13. *Ex iocinere si pus*) VII. Aph. 45. & in Coacis. *Const.*

p. 71. l. 14. *At ex supputationibus*) In Prænot. utrisque. *Const.*

p. 71. l. 42. *Pallidum,*) χλωρὸ Hippocr. *Const.*

p. 71. l. 29. *At in tabe*) Ex Prænot. & ex II. Prædict. *Const.*

p. 71. l. 32. *Si quis etiam in eo morbo*) V. Aph. 12. *Const.*

p. 71. l. 33. *Capilli fluunt*) Hoc Græci μαδᾷν dicunt. Μαδαροὶ sunt, quibus capilli defluunt, ut ἀλωπεκιῶντες. *Scal.*

p. 71. l. 34. *Araneis similia supersidentia*) Hic ἐφίστασις, sive ἐπίστασις Hippocratis locum habet, non ὑπόστασις. Ideo *insidentia,* non *subsidentia* legunt. *Const.*

p. 71. l. 34. *Subsidentia*) i. e. *supersidentia,* quia est ἐπίστασις ἀραχνώδης. *Subices* dicuntur nubes, & Virgilius Eclog. X. v. 75.

Quantum vere novo viridis se subiicit alnus.

i. e. *se attollit.* Item *subiectare* est sursum iactare. Virgilius Aen. Lib. XII.

--- --- *aut corpora saltu*
Subiectant.

Non mirum igitur, si *subsidentia* hic pro *supersidentiis* & ἀντὶ τῆς ἐπιςασιος sumit. *Scal.*

p. 72. l. 1. *Atque in his odor foedus est,*) *atque in sputis odor foedus est,* ex V. Aph. 11. *Const.*

p. 72. l. 2. *Ubi post hæc orta deiectio*) *alvi profluvium*, διάῤῥοια, ex V. Alph. 14. *Const.*

p. 72. l. 3. *Utique si tempus*) III. Aph. 10. *Const.*

p. 72. l. 5. *Resolvuntur*) *intereunt:* Ex Prædict. *Const.*

p. 72. l. 5. *Item pus*) VII. Aph. 16. *Const.*

p. 72. l. 7. *Solent etiam in adolescentibus ex eo morbo vomicæ fistulæque*) Ex II. Prædict. lege, *solet etiam in adolescentibus is morbus* (nempe tabes) *ex vomica fistulaque oriri.* Const.

p. 72. l. 11. *Ex reliquis vero*) Ex II. Prædict. (XIII. 5.) *Const.*

p. 72. l. 13. *Quibus super tabem menstrua suppressa sunt.*) Legend. *quibus supervenit tabes, quod menstrua suppressa sint.* Const.

p. 72. l. 14. *Cui vero sano subitus dolor*) Ex VI. Aph. 57. Cui sequentem adtexuit. *Const.*

p. 72. l. 17. *Magis si eum alvus cita non antecesserit. Si palpebræ*) Ex VI. Aphor. 52. quem cum præcedente coniunxit, legendum, *magis si cui alvus cita non antecesserit, palpebræ.* Const.

p. 72. l. 21. *At aqua inter cutem,*) Ex Prænot. (VIII. 1.) *Const.*

p. 72. l. 23. *Utique si contraria*) II. Prædict. *Const.*

p. 72. l. 25. *Aeque in ea quoque tussis*) VI. Aph. 25. *Const.*

p. 72. l. 26. *Item si sanguis*) Prædict. (XI. 30.) *Const.*

p. 72. l. 28. *Tumores*) viscerum. *Const.*

p. 72. l. 30. *Hi quidem*) Hydropici, *Const.*

p. 72. l. 31. *Si attenditur,*) *si attendunt.* Const.

p. 73. l. 2. *Nam sive aqua*) II. Aph. 27. *Const.*

p. 73. l. 6. *Articuli vero qui sic dolent,*) II. Prædict.

p. 73. l. 12. *Morbus quoque comitialis*) V. Aph. 7. *Const.*

p. 73. l. 14. *Multoque ægrius is*) II. Prædict. *Const.*

p. 73. l. 22. *Nervorum facta resolutio*) Ibid. ἀποπληξία Hippocrat. *Const.*

p. 73. l. 24. *Deiectionibus quoque si febris accessit*) Ex II. Prædict (30, 3. 4.) ubi δυσεντερία, quam *tormina* vertere consuevit. *Const.*

p. 74. l. 1. *Quin etiam tormina*) IV. Aph. 24. *Const.*

p. 74. l. 2. *Aut si sub his*) IV. Aph. 23. *Const.*

p. 74. l. 3. *Profluxit, aut intestinorum levitas. Periculosior est, si frequens deiectio est. Si venter omnibus horis & cum somno*) Ex II. Prædict. (31, 2. 3. 4.) leg. *profluxit. At intestinorum levitas periculosior est, si frequens deiectio est: si venter omnibus horis & cum sono, &* --- ---

p. 74. l. 3. *Nigra alvus*) i. e. nigra proluvies. Alvum vocat proluviem, quemadmodum Juris Consulti vocant partum *ventrem.* Virgilio proluvies est egestio ventris. Aen. III. 217. *Scal.*

p. 74. l. 10. *Quod evenit,*) Ex IV. Aph. ult. *Const.*

p. 74. l. 13. *Quasi maculis*) Hippocrates ἐφηλίδας habet II. Prædict. Vide Celsum Lib. V. c. 5. *Const.*

p. 74. l. 13. *Fermentatus*) *emollitus* Const.

p. 74. l. 15. *Pinguis*) Legit λιπαρή, ubi nunc apud Hippocr. ῥυπαρή, *Const.*

p. 74. l. 15. *Venter est quasi fermentatus*) Enflé. *Fermentatum* dicit, quod digito attactum cedit, & paulatim redit. *Scal.*

p. 74. l. 20. *Si vero in tenuiore intestino*) VII. Aph. 10. & in Coacis *Const.*

p. 74. l. 22. *At in morbo arquato*) Ex VI. Aph. 42. & IV. 64. *Const.*

p. 74. l. 24. *Quos lienis male habet*) Ex VI. Aph. 43. ubi tales σπληνώδεες vocantur. *Const.*

p. 74. l. 24. *Quos lienis male habet*) *Lienis* pro *lien* antiquo loquendi modo: quo *plebes* pro *plebs*, & similia efferebant. *Scal.*

p. 74. l. 25. *Inversa sunt*) Lege *conversa sunt.* Const.

p. 74. l. 28. *Morbus intestini tenuioris*) Ex Aph. 33. leg. *Morbus intestini tenuioris ex urinæ difficultate, nisi.* Const.

p. 74. l. 30. *Inter*) *intra.* Const.

p. 74. l. 30. *Mulier ex partu,*) Ex Prænot. Sed Hippocrates in genere de omnibus pronuntiat, quæ Celsus restringit. Ex Prænot. utrisque. *Const.*

p. 74. l. 34. *Partibus, quibus viscera continentur*) De pectoris regione & partibus supra septum transversum, Hippocrat. *Const.*

p. 75. l. 2. *Si ſine cauſa longus dolor*) II. Prædict. *Conſt.*

p. 75. l. 6. *Sic, ut pus extuſſiretur,*) Leg. *aut pus extuſſiatur.* Conſt.

p. 75. l. 7. *Extuſſiatur.*) Vox elegans. *Caſaub.* Vide Plin. H. N. lib. XXIII. cap. 3. & lib. 35. cap. 15.

p. 75. l. 8. *Multa prurigo*) *multa porrigo.* Conſt.

p. 75. l. 10. *Aeque magnum malum eſt,*) II. Prædict. *Conſt.*

p. 75. l. 14. *Cum in iisdem abſceſſibus*) Iisdem quibus & in longo dolore capitis. *Conſt.*

p. 75. l. 18. *Vehemens*) *admodum vehemens*, Hippocrat. *Conſt.*

p. 75. l. 23. *Minimeque annuus,*) *minimumque annuus.* Conſt.

p. 75. l. 24. *Aut vere, aut autumno*) *aut vere aut autumno.* Conſt.

p. 75. l. 25. *Converſa*) *Inverſa* primo legebatur, Caſaubonus emendat *ea verſa.*

p. 75. l. 28. *Neque bilis*) *neque bilis atræ*, Hippocrat. *Conſt.*

p. 75. l. 28. *Levatur.*) Pro levatur in MS. *levata eſt* nempe ætas. *Conſt.*

p. 75. l. 30. *Movetur,*) *moveri poteſt.* Conſt.

p. 75. l. 34. *Omnique reſolutione nervorum*) Ex II. Præd. & VI. Aph. 55. *Conſt.*

p. 76. l. 3. *Isque morbus mediocris vix ſanatur*) Ita Hippocrates Section. II. Aph. 42. in quem latius inquirit Reies *Campi Elyſii iucundar. Quæſtion.* Quæſtion. LXXIX. Vide doctiſſimum librum *Iuſti Cortummi* de *Morbo Attonito.*

p. 76. l. 4. *Isque morbus*) II. Aph. 42. de Apoplexia. *Conſt.*

p. 76. l. 5. *Patet,*) In MS. *paret.* Conſt.

p. 76. l. 6. *Mulieri gravidæ*) VI. Aph. 37. *Conſt.*

p. 76. l. 7. *Emacruerunt,*) In antiq. *emarcuerunt.* Hippocr. ἢν ἰσχνοὶ γένωνται, i. gracileſcant. *Conſt.*

p. 76. l. 11. *Quæ neque peperit*) V. Aph. 37. *Conſt.*

p. 67. l. 11. *Maximeque, quæ coepit hyeme*) II. Aph. 25. πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες, Hippocr. Celſus ergo dicere debuit *maximeque quæ hyemem attingit.* Conſt.

p. 76. l. 12. *Si ſanguis profluxit,*) VII. Aph. 9. *Conſt.*

p. 76. l. 13. *Cum diſtentione nervorum,*) Recte. Legendum enim apud Hippocrat. καὶ (non ἢ vel ἢ καὶ) σπασμός. Vide Comment. Gal. *Conſt.*

p. 76. l. 14. *Itemque ſi medicamentis*) V. Aph. 4. & VII. 25. *Conſt.*

p. 76.

p. 76. l. 16. *Aut si in magno dolore)* VII. Aph. 26. *Const.*

p. 76. l. 17. *Extremæ partes)* Partium circa ventrem extrema, Hippocr. II. Aph. 43. *Const.*

p. 76. l. 17. *Neque is ad vitam redit,)* Ex IV. Aph. 21. *Const.*

p. 76. l. 19. *Alvus nigra,)* Pro deiectionibus alvi nigris. *Const.*

p. 76. l. 20. *Repentina,)* ἀπὸ αὐτομάτȣ Hippocr. sponte. *Const.*

p. 76. l. 20. *Sive cum febre,)* Vide Hippocr. de natura hum. *Const.*

p. 77. l. 10. *De quibus)* Immo & balneo, & medicamentis diaphoreticis sive discutientibus. *Const.*

p. 77. l. 17. *Novum est)* Germanos vero id frequenter fecisse conqueritur Wierius observationum lib. 2. pag. 949.

p. 77. l. 23. *Persuaserantque sibi)* II. Aph. 31. Sed antiquorum sanguinis detractio maxima erat: nostra parva, ideoque minus periculosa. *Const.*

p. 76. l. 26. *Potiores)* *Potius* in Exempl. *Const.*

p. 77. l. 33. *Si quæ supererat,)* Scribitur *si quia supererat.* Const.

p. 78. l. 8. *Ad parum)* *Ad partum.* Const.

p. 78. l. 14. *Superesse)* Virgilius Georg. III. 127. *Dulcique queat superesse labori,* i. e. *possit resistere.* Scal.

p. 78. l. 15. *In una muliere)* Gravida. *Const.*

p. 78. l. 19. *Illi)* Tenues. *Const.*

p. 78. l. 24. *Enim)* *autem.* Const.

p. 78. l. 28. *Istud)* Venæsectio sanguinisque detractio. *Const.*

p. 78. l. 29. *At si vel copia)* Viscerum, thoracis, pulmonisque partium. Hocque præcipue fit in morbis calidis: interdumque in frigidis revulsionis causa. *Const.*

p. 78. l. 34. *Nervorumque resolutio,)* ἀποπληξία & τέτανος. Convenit, ubi sanguis in culpa. *Const.*

p. 79. l. 5. *Item malus corporis habitus)* καχεξία infra lib. III. Nam κακοχυμία potius medicamentis (nisi interdum propter nimiam humoris illius copiam), πληθώρα sanguinis missione curatur. *Const.*

p. 79. l. 21. *Ubi nervi resoluti sunt,)* In apoplexia sive paralysi universali. *Const.*

p. 79. l. 22. *Obmutuit,)* Ut concussio cerebro accidit VII. Aph. 58. vel percusso VII. Aph. 14. vel repleto VI. Aph. 51. *Const.*

p. 79. l. 31. *Ex aliquo ſubito caſu*) Externo, ut ictu: aut interno, ut vaſe intus eroſo, abrupto, & quoquo modo aperto. *Conſt.*

p. 80. l. 1. *Caſibus*) Id eſt, capitis dolore, Alph. V, 68. oculorum, Aph. VI, 31. VII, 46. dyſuria, Aph. V, 63. ſtranguria, Aph. VII, 48.

p. 80. l. 10. *Et exhauſta eſt,*) Alias *vel exhauſta eſt.* Conſt.

p. 80. l. 10. *Et corpus corrumpit,*) *vel corrupit.* Conſt.

p. 80. l. 13. *In ipſo impetu*) παροξυσμῷ. *Conſt.*

p. 80. l. 15. *Decreſcit, ſed creſcere deſiit, neque ſperatur remiſſio*) *Decreſcit: & cum creſcere deſiit, neque ſperatur intermiſſio.* Conſt.

p. 80. l. 15. *Morgagnus* Epiſt. V. p. 139. Lindenii mutationem damnat his verbis: Quaſi remisſio non ſatis opponeretur impetui, & quaſi in febre, quæ non decedat, non ante videndum eſſet, an decreſcat, quam an ſaltem creſcere deſinat.

p. 80. l. 23. *Quod ſi in cura*) VI. Aph. 27. & II. 51. *Conſt.*

p. 80. l. 32. *Quam longiſſime ſanguinem*) Id tutius in lentis diuturnisque fluxionibus, ut in podagra ſecatur κατ' ἴξιν vel εὐθωρίαν cubiti vena & præcautionis gratia, ubi metus apoplexiæ, comitialis morbi, aut vertiginis, imo in ipſo affectu inciditur vena poplitis vel malleoli. *Conſt.*

p. 81. l. 1. *In id ipſum,*) Membrum affectum. *Conſt.*

p. 81. l. 3. *Ex ulterioribus autem*) Poſt diem quartum. Quia occaſio præterita, in præcipiti morbo & malo, ut in apoplexia ceteriſque peracutis, vel acutis, I. Aph. 24. *Conſt.*

p. 81. l. 15. *Volumus, inde*) *volumus deinde.* Conſt.

p. 81. l. 18. *Uſum habenti, tum*) *uſum habenti, tamen.* Conſt.

p. 81. l. 21. *Ea quæ*) *eaque.* Conſt.


p. 81. l. 21. *Pultarius*) Pultarium vas. Conſt.

p. 81. l. 23. Ad verba: *arteria inciſa neque coit, neque ſaneſcit,* miratur Morgagnus *Ep.* IV. p. 102. neminem ex iis, qui ſuperſunt, ante Galenum ſcriptoribus de anevriſmate verba feciſſe.

p. 82. l. 30. *Cucurbitular. vero duo genera ſunt: æneum & corneum*) Quam frequens cucurbitarum, ut eas vocare amat Cælius Aurelianus, apud veteres fuerit uſus, norunt ii, qui in antiquis ſcriptoribus ſæpius ſeſe recreant; teſtis eſt Plutarchus in conviviis, qui dicit *propter uſum non parum*

laudis

laudis id remedii genus inveniſſe. Has vero in quovis corporis loco agglutinabant, defigebant, & accommodabant, uti loquitur Celſus, vel cum, vel ſine ferro, ſeu ſcarificatione; quas *leves* vocat Cælius Aurelianus Acut. Morb. I. cap. II. idque mediante aqua calida, uti refert Albucaſis, vel igne, quas idcirco *arentes* & *ſiccatas* nominavit idem Cælius Aurelianus Acut. Morb. I. cap. II. Materiam, qua conſtat, duplicem vocat Celſus. De corneo autem cucurbitularum genere vide ſis Thom. Bartholinum de unicornu c. XXXII. & pag. 322. & pag. & ſeqq. formam vero deſcribit clar. Smetius Antiquitatum Neomagens. pag. 80 hiſce verbis: *Cucurbitulæ ſunt æneæ aut figlinæ, æneæ tres, figlinæ ſeptem, forma omnes rotundæ, fundo plano, tumido ventre, & in ſuperioris orbis acclivis centro os habent rotundum & patens, quod pollicem craſſiuſculum admittit. Ligula parva anguſto foramine iisdem pro manubrio eſt.* Cuius e cimeliarchio, ut eo melius forma cucurbitularum appareat, effigiem hic apponi curavimus.



p. 82. l. 34. *Aeneam* & in decem ſuis editionibus, & in codice, in ſola vero Cæſarii æque ac Lindenii *æneum* legi, & fortaſſe utrinque operarum errorem eſſe putat Morgagnus *Ep.* VI. p. 142.

p. 83. l. 3. *Cornea*) *Cornea cucurbitula* vocatur σιὸν ἰατρικὸν apud Heronem Mechanicum, cuius multa fragmenta penes me sunt. Cæterum primus id ego deprehendi. *Scal.*

p. 83. l. 10. *Caliculus quoque aut pultarius*) *Aut* auferendum. Caliculus quoque pultarius dicitur, quod in eo comedi puls soleat. Vide Varronem. *Scal.*

p. 83. l. 10. *Pultarius*) Loco cucurbitulæ. *Casaub.*

p. 83. l 24. *Nisi cum profusionem sanguinis eo avertit*,) Vide pag. 79. *Const.*

p. 83. l. 28. *Quamvis & iis iam spatium aliquod accessit*,) *quamvis & in iis iam spatium aliquod intercesserit.* Const.

p. 84. l. 2. *Ubi sanguinem*) Scribitur *ubicunque.* Const.

p. 84. l. 4. *Aut si in parte*) *& si in nobili parte.* Const.

p. 84. l. 16. *Filiculam*,) Polypodium. *Const.*

p. 84. l. 17. *Aut lactucæ marinæ lac*,) Vide cap. 8. lib. V. *Const.*

p. 84. l. 29. *Nisi ubi is morbus sine febre est.*) Hippocrat. libello de Medicam. Purg. *Const.*

p. 85. l. 7. *Temperatum*) *vituperatum.* Vide Plinium lib. XXVI. cap. 3. *Const.*

p. 85. l. 6. 7. *Temperatum* fere omnes legere, & in codice etiam reperiri, & a verbis: *Est autem ea moderatio &c.* nec non loco illo p. 118. l. 10. confirmari docet Morgagnus *Ep.* V. p. 137. Ibidemque vocem, *potionibus*, quæ pro *potius*, ut est apud priores Editores, a posterioribus posita est, a Lindenio mutatam esse in *lotionibus*; hanc autem nusquam nisi in aliquo forte Lexico offendi, animadvertit.

p. 85. l. 11. *Medicina tentetur*,) Alias *eadem & semel sumpta*, *vel his*, *omittatur.* Const.

p. 85. l. 12. *Semel sumptum*) *semel ad summum.* Const.

p. 85. l. 30. *Ne ante diem tertium ducatur*,) Si materia cruda. Si turget, vel primo die vacuanda est. *Const.*

p 85. l. 32. *Diuque in adversa*) *diuque adversa.* Const.

p 86. l. 2. *Quia quod tum infusum est*, *alvo continetur*,) Sic sane in Mss. Alii, qui hæc omnia dicta de infusione per clysterem malunt interpretari, legendum contendunt: *Quia eo*, *quod tum infusum est*, *quod alvo continetur*, *regestum in caput* &c. Const.

p. 86. l. 6. *Eodem die*, *ante aliquot horas*) Hoc fit, ut meatibus patefactis sequacior effecta materia, facilius decurrat evocata clystere. Alii hoc cavent iecori & hypochondriis, ne potione iam æstuantia inflammentur. *Const.*

p. 86.

p. 86. l. 8. Ad Lindenii verba: *immittenda -- -- ex verbenis*, hæc Morgagnus *Epist.* VII. p. 192 monet: Supra illa verba, *Si leni, aqua* (quæ in eo codice, ut in meis omnibus editionibus, ita sunt, *Si leni ex aqua*) supra illa igitur scriptum est *leniendi causa*, in margine autem *molliendi causa*. Quæ an glossemata, an variantes, ut sæpenumero in eodem codice, ex aliis descriptæ lectiones sint, non facile dixerim; sed tamen dixerim, apte his respondere, quæ mox sequuntur, *si reprimendi causa, ex verbenis*.

p. 86. l. 13 *Ex Verbenis*) Tallos herbarum intelligit Celsus per *verbenas*: ut videbis postea variis locis. *Scal.*

Restitui locum hunc, quem nescio cur, Lindenius mutavit. Nam si modo ante *pura aqua* ponas *ex*, aptissima ea lectio est. K.

p. 86. l. 13. *Morgagnus* Almelovcenium, quod in nota *verbenas* poni pro *quavis herba*, reprehendit l. c. et Celsi pag. 109. l. 30. luculentum locum excitat. Sed ego operarum errorem in nota Almelovcenii subesse crediderim, & ab eo scriptum sic esse *pro quavis herba reprimente*. Alias locus Plinii frustra adductus esset. K.

p. 86. l. 20. *Cum infusum est,*) Hæc potius de clystere, quam de potione dici videantur. *Const.*

p. 86. l. 26. *Mollit*) *tollit*. Const.

p. 87. l. 12. *Inter horrores,*) *rigores*. Const.

p. 87. l. 19. *Id neque hyeme neque æstate*) Hippocr. IV. Aphor. 4, 5, 6. rursusque VI. Aph. 47. *Const.*

p. 87. l. 21. *Quisquis daturus erit,*) Ex IV. Aphor. 13. Vide & II. Aph. 9. *Const.*

p. 87. l. 22. *Humidus*) *humidius*. Const.

p. 87. l. 23. *Illud scire oportet,*) Ex II. Aph. 36. Item IV. Aph. 16. *Const.*

p. 87. l. 30. *Eius posuit, quod*) *ut*. Const.

p. 87. l. 32. *Trium tantum faceret mentionem, huius & equi & gestationis,*) Plinius lib. XXVI. cap. 3. plura enumerat, & ex eo legendum: *huius & vini & gestationis*. Const.

p. 87. l. 30 - p. 88. l. 2. Ex ampla Morgagni *Ep.* VII. pag. 396. Commentatione pauca afferam. Verba *& gestatione* irrepsisse docent verba *in hoc, huius, inventor eius*, item quia seq. cap. demum de gestatione verba fiunt. Alii, habent *huiusque & equi & gestationis*, hinc in ora Ronsseus *equitatione*; male Nam equitatio est species gestationis. Manutii & in ora Ronsseus habent: *Vini* sc. *& aquæ & gestationis*; sive ex codicibus, cum & Forolíviensis ita ha-

beat, ſive Plinium ſecuti, qui Aſclepiadem *quinque res maxime communium auxiliorum profeſſum ait*, *abſtinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, geſtationes.* Nova hæc difficultas, quod Celſus trium tantum communium auxiliorum meminit, ita ſolvitur, Celſum, eorum tantum mentionem feciſſe, quæ Aſclepiades in eo volumine commemorarit, Plinium vero & cætera attigiſſe ei uſitata. Ex iis ipſis autem apparere, ſcripturam *huius eſſe* optimam, *geſtaſtionis* bonam, *vini vel aquæ* dubiam, ſic tamen, ut vox aquæ prævaleat ſive editiones & codices qui eam habent, ſive vocem equi attendere velis, *vini* autem vocem ab iis qui a Plinio dicta, & a Celſo dicta vellent, in codices intruſam videri.

p. 88. l. 12. *Si vehemens ſit,*) Hippocr. VI. Epidem.

p. 88. l. 23. *Quæ demit.*) Demit quidem contrarium contrario: uon vero harum quælibet ſpecies demit tollitque de corpore aliquid. Nihil enim detrahit, quæ aſtringit aut implet. *Conſt.*

p. 88. l. 28. *Digeſtione quadam*) Conſumptione materiæ, quæ tranſpirat per cutim frictione relaxatam. Hoc ipſe cenſet. Verum in cauſa eſt partis alimentum frictione evocatum, indeque aſſimilatum. *Conſt.*

p. 88. l. 33. *Recentibus*) Alius adſcripſerat editioni Pariſinæ *creſcentibus.*

p. 89. l. 5. *Et iam a primo*) In MS. *etiam.* Intellige de totius morbi inclinatione. *Conſt.*

p. 89. l. 23. *Vacabit, minus*) *vacabit, ſin minus.* Conſt.

p. 89. l. 25. *Eadem autem modo in totis corporibus eſſe debet, ut cum infirmus aliquis implendus modo eſt in partibus, aut quia ipſa eius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius.*) *Eadem autem modo in totis corporibus eſſe debet, ut cum infirmus aliquis implendus eſt: modo in partibus, aut quia ipſius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius neceſſitas.* Sic legendum ex manuſcripto. *Conſt.*

p. 90. l. 8. *Faciendum.*) *fricandum.* Conſt.

p. 91. l. 12. *Et ex toto*) *At ex toto.* Conſt.

p. 91. l. 17. *Plura ſunt adhibenda, quæ ſunt & pro*) *plura ſunt, quæ ſunt adhibenda & pro.* Conſt.

p. 91. l. 20. *Humili*) Homini humilis tenuiſque fortunæ. *Conſt.*

p. 91. l. 21-24. De ordine per Lindenium turbato adiectisque vocibus *mari navi* diſſerit Morgagnus, *Epiſt.* VII. p. 199. Lindenius ordinem turbavit, quod geſtationem navi in alto putaret longe vehementiorem *vehiculo;* ſed vehementior

tior tantum eſt, ſi ſit in alto, cum mare ventorum vi valde agitatur. Voces illas duas eſſe gloſſemata, atque adeo reſecanda, probabiliter dicit, nec tamen forte et omitti inter *alto* et *lectica* aliquid potuiſſe negat. Vocem *mari* retinui, ne nimis ad vivum reſecare viderer. Neque omnino inſolenter vox *alti* iungitur mari. K.

p. 91. l. 27. *Funiculus ſubiiciendus*) Vetus Codex. *fulmentum ſubiiciendum*. Scal.

p. 91. l. 27. *Lecti fulcimentum*) Celſus accipit non pro fulcro lecti, ſed pro quovis fulcimento, quod pedi lecti, ſive clinopodiò ſubiicitur. Scaliger ad Manil. lib. 1. pag. 195.

p. 91. l. 27. Scripturam *Subiiciendus funiculus eſt*, quam & in omnibus & in codice *Morgagnus* legit, iis, qui verba proxima legerint, probari recta obſervat. Non tamen abſurdam eſſe Lindenii ſcripturam, cum et *fulcimento ſubiecto* commode lectus agitari poſſit, maxime ſi id ſit eiusmodi, quale cunis ſupponitur. K.

p. 91. l. 31. *Valentiora vero his, qui gravium morborum initia ſic ſentiunt, ut adhuc febre vacent.*) Nihil abludit ſi quis legat, *valentiora vero his, qui iam pluribus diebus febre liberati ſunt, aut his, qui graviorum morborum, &c.* Cæſar.

p. 92. l. 13. *Alterum ubi nihil aſſumit æger.* Alteram convenit in morbis acutis, intiiſque ægritudinis: alterum morbis longis. Niſi ſint ab ipſa inedia, laboribus atque vigiliis: niſi corpus bilioſum fuerit aut vehementer extenuatum. *Conſt.*

p. 92. l. 26. *Intemperantes homines apud nos ſibi cibi tempora, modum curantibus dant*) Inde *imperantes ægri* in L. 26. *Medicus libertus. ff. de operis libertor.* dicuntur, de quibus vide Senecam & Galenum initio Methodi medendi. *Scal.*

p. 92. l. 29. *Liberaliter agere*) Perſius Satyr. III. *Caſaub.*

p. 93. l. 8. *Sudatio, ubi*) *ſudationum, ubi.* Conſt.

p. 93. l. 8. *Arenæ calidæ*) De remedio calentium arenarum & arundinum Auguſtus apud Suetonium c. LXXX. & Gellius XIX. VIII. *Caſaub.*

p. 93. l. 10. *Baias in Myrtetis*) Vide Horat. Epiſt. (15) lib. 1. ad Vallam de Myrtetis. Nunc *Tritoli* vocantur. *Conſt.*

p. 93. l. 18. *Vel initio morbi, vel etiam gravibus*) *vel inter initia morbi, vel & iam cum non amplius gravibus.* Conſt.

p. 93.

p. 93. l. 24. *Firmioris*) *infirmioris* in veteri. Alii *firmiori.* Conſt.

p. 93. l. 29. *Aſclepiades audacius.*) Vide Plinium lib. XXVI. cap. 3. *Conſt.*

p. 93. l. 30. *Debet: & ante*) *debet, & ſi ante.* Conſt.

p. 94. l. 16. *Certe lenita eſt,*) *certe cum lenita eſt.* Conſt.

p. 94. l. 31. *In ſolio deſidendum eſt,*) Legitur etiam, *in ſolium deſcendendum eſt.* Conſt.

p. 94. l. 3. *Ante vero, au poſtea quam in aquam calidam ſe demittat,*) *ante vero, quam in aquam calidam ſe demittat, an poſtea.* Conſt.

p. 95. l. 7. *Leviter*) *leniter.* Conſt.

p. 95. l. 20. *Extincti titiones,*) Recte, non ut alii, *extincti lateres.* Fiunt fomenta adhibitis teſtis & titionibus. Vide cap. 12. lib. III. *Conſt.*

p. 95. l. 22. *Utriculi,*) Utriculi vocantur ἀσκοὶ ſive φασκοὶ πυριατοὶ. *Conſt.*

p. 95. l. 22. *Ad ſimilitudinem*) Legend. *a ſimilitudine.*

p. 95. l. 23. *Lenticulas*) *lenticulæ,* φακωτα πυριατήρια. *Conſt.*

p. 95. l. 27. *Iuxtaque ignem*) *intraque.* In antiquo Codice ſcribitur, *lixataque igne.* Conſt.

p. 95. l. 32. *Inter quæ deſcendit*) *intereaque deſcendit.* Alii *aſcendit fumus.* Conſt.

p. 96. l. 18. *Quæ aſſidue neceſſariæ erunt*) Scribitur, *quæ aſſumendæ neceſſario erunt.* Conſt.

p. 96. l. 20. *Eſt*) *ſit.* Conſt.

p. 96. l. 22. *Sunt,*) *ſiunt.* Conſt.

p. 96. l. 29. *Ex quibus* κῆτος *eſt,*) ſcribitur *cetus.* Conſt.

p. 97. l. 3. *Aves omnes a minimis*) Hoc nimis late & indiſtincte. *Conſt.*

p. 97. l. 10. *Cochleas, itemque conchylia.*) Qui hic Celſum reprehendunt immerito, non eius verba ponderant. *Conſt.*

p. 97. l. 15. *In carne*) Scribibtur *in pane.* Nihil muto. *Conſt.*

p. 97. l. 17. *Siligo*) Adſcriptum in margine Codic. Mediolan. *ſaligo.*

p. 97. l. 20. *Ex polline*) *exempta polline.* Al. *ex ſimila, deinde cum pol.* Conſt.

p. 97. l. 20. *Infirmiſſimus, cibarius panis*) Ioan. Caius Tilebomenius in coniecturis ad Petronii fragment. Traguriam. pag. 92. tollit diſtinctionem, & legendum putat, *infirmiſſimus cibarius panis.*

p. 97, l. 28. *Surculorum valentiores*) Ἀκρόδρυα intelligit. *Casaub.*

p. 97. l. 32. *Frigida*) *fracida.* Alii *friabilia.* Conft.

p. 97. l. 32. *Itemque ex his avibus,*) Hæc omnia pronunciata de avibus & feris nimis generaliter & confufe fcripta, cenfura nulla non egent. *Conft.*

p. 98. l. 12. *Salfamenta*) *Salfamenta* funt pifces fale durati, Græce τὸ τάριχος. *Scal.*

p. 98. l. 15. *Scarus,*) Alias *fparus.* Conft.

p. 98. l. 23. *Lactans*) *lactens.* Conft.

p. 98. l. 24. *Cohortalis*) *Cortalis & cohortalis*, recte & idem, ut *vehemens* & *vemens.* *Cohortales* autem aves funt, quas Gallice dicimus *la poulaille : raucæ cortis aves*, i. e. *la poulaille ;* non anferes, qui licet in *corte* nutriantur, tamen *cortales* aves dici non poffunt. *Scal.*

p. 98. l. 27. *Suæ*) *fue.* Conft.

p. 98. l. 32. *Infirmis*) Legitur *infirmiffimis.* Conft.

p. 99. l. 7. *Levius &*) Puto ponendum punctum ante &, ut hæc dicantur plus etiam habere. *Cafaub.*

p. 99. l. 13. *Frixa*) *elixa.* Conft.

p. 99. l. 16. *Elota quædam genera frumenti*) Eadem occurrunt infra 903, 16. 131. 2. & alibi paffim. an hic cibus commune quid habet cum eo, quem vocamus Galli, *orge monde ?* namque non ex oryza folum, fed ex quovis alio etiam frumenti genere paratur. *Cafaub.*

p. 99. l. 18. *Aqua madens panis*) Gall. *potage.* Cafaub. Hunc unum eundemque effe, quem Galenus (lib. I. c. 5. *de Alimentor. Facul.*) lotum, Plinius vero (XXII. c. 25.) panem aquaticum vocat, arbitratur Mercurialis *Variar. Lection. lib.* VI. *cap.* 17. qui videndus eft.

p. 99. l. 25. *Acetum*) *acidum.* Conft.

p. 99. l. 27. *Lene*) Legitur *pingue.* Conft.

p. 100. l. 2. *Quo magis incoctum,*) *excoctum.* Conft.

p. 100. l. 4. *Aqua leviffima pluviatilis*) Vide fis Brodæi Mifcell. l. IV. c. 38.

p. 100. l. 14. *Fere vero fequitur*) Prima optima, vltima peffima, aliqua κατὰ λόγον. *Cafaub.*

p. 100. l. 18. *Omnibus*) *omnium.* Conft.

p. 100. l. 30. Εὔχυλα vel κακόχυλα) *εὔχυλα & κακόχυλα. Conft.*

p. 101. l. 18. *Verna, lactuca,*) *verna lactuca.* Alias *herba.* Conft.

p. 101. l. 25. *Trunculique.*) Sufpicor verbum *Trunculi* corruptum effe hoc loco, & legendum effe *ventriculi.* Idque Pfelli

Pſelli auctoritate, apud quem legitur de ratione victus. *Inter ea, quæ crudos humores generant hoc modo: Cæterorum animalium partes, ventres, inteſtina, vulvae*, &c. & apud eundem non multo poſt, *inibi, inter ea quæ nutriunt multum, & omnium*, inquit, *volucrum ventres.* Non tamen me fugit eſſe doctiſſimum virum, qui priorem lectionem non improbet. Unde idem *trunculos* opinatur eſſe edulii genus fruſtulatim conciſis carnibus conſtans. *Cæſar.*

p. 101. l. 25. *Trunculique*) *Trunculi* ſunt extremitates animalium; ἀκρωκόλια Græci vocant. *Scal.*

p. 101. l. 25. *Trunculique*) De voce trunculi nota R. C. in voce τραχήλιον. *Caſaub.*

p. 101. l. 25. *Vulvæ*) *vulvæ* erant duum generum, *porcaria* & *virginaria*, vel *virginalis.* Utrumque enim Plinius notat. Martialis:

Te capiet fortaſſe magis de virgine porca,
Me materna magis de ſue vulva capit.

Virginalem porro, quam Græci μητρὰν ἐκβολάδα nominant, Celſus *eiectitiam* vocat. *Scal.*

p. 102. l. 3. *Cucumis*) Supra tamen cucumis in cenſu τῶν εὐχύλων. *Conſt.*

p. 102. l. 9. *Piſces quoque ſaxatiles,*) Hoc falſum eſt. *Conſt.*

p. 102. l. 22. *In petiolis*) Id eſt, *parvis pedibus:* a Catone *pedicini* in lib. de Re Ruſtica appellati. *Conſt.*

p. 102. l. 23. *Trunculiſque*) Manus ignota margini codicis mei editionis 1528. appoſuit Forte *interunculiſque.* Omne enim intermedium nucleum vocabant veteres. vide Seren. Sammon. p. 10.

p. 102. l. 29. *Cucumis beta*) Cucumis & lactuca & beta potius inter lenia. *Conſt.*

p. 102. l. 31. *Ocymum*) *thymum.* Scal.

p. 103. l. 5. *Ova ſorbilia,*) Hoc nego. *Conſt.*

p. 103. l. 5. *Amylum, ptiſana,*) Hoc non uſquequaque verum. *Conſt.*

p. 103. l. 28. *Cotoneum*) *Cotoneum* corruptum eſt meo iudicio barbaro more officinarum, ut *cotoneum malum* pro *Cydonio* dicatur. (Ut *liquiritia* pro *glycyrrhiza* corruptum fuiſſe apud Vitruvium ſentio.) Nam certe *cotoneum* vox latina non eſt: & ſi latina, a barbaris mutuata. Nam Syri, Arabes, Hebræi & Turcæ etiam *keton* dicunt. *Scal.*

p. 103. l. 29. Verba: *murices, purpuræ, cochleæ*, in hoc loco ſolam Ruellii editionem habere monet Morgagnus. *Epiſt.* VI. 145.

p. 103.

p. 103. l. 30. *Uvæ ex olla*) *Uvæ ollares* Martiali dicuntur. *Scal.*

p. 103. l. 31. *Dura muria*) i. e. *acerrima*, quemadmodum *durum acetum* eſt *acerrimum* apud Catonem. *Vinum durum* eſt *auſterum*, quod naſum corrugat. *Sal.*

p. 104. l. 30. *Vinum, cui nihil adhuc ætatis acceſſit*) i. e. *hornum* vel *hornotinum vinum.* Scal.

p. 104. l. 32. *Excepto ſiſere*) Hadrianus Iunius ſiſer duplex facit. *Caſaub.*

p. 105. l. 28. *Lactentia*) Leg. *lactaria*, & in hac & in ſequenti proxime pagina. In hiſtoriis ſæpe *lactarios* invenias & dulciarios. *Caſaub.*

p. 106. l. 4. *Aurati piſces: neque ſolum aurata pura,*) *duri piſcet: neque ſolium aurata puta.* Al. *tuta, aut.* Conſt.

p. 106. l. 22. Ita, ut diſtinxi, diſtinguendum eſſe docet Morgagnus *Epiſt.* VII. p. 204. et pugnam, quæ verbis huius loci cum verbis Celſi p. 107, l. 15. eſſe videtur, facile tollit, docens, *carnem pinguem* in iis, quæ alvum movent, p. 106. l. 27. a Celſo commemorari. K.

p. 106. l. 28. *Aqua tenera, omnia tepida,*) *aqua, tenera omnia.* Vel tenera opponitur duræ, ut infra. *Conſt.*

p. 106. l. 29. *Aqua, omnia tenera, tepida, dulcia, pinguia.*) Attamen in proximo capite 30. quod propter operarum incuriam apud Almelovenium inſcribitur 45. in quo contra, quæ alvum adſtringunt, proponuntur, nunquam ego poſt aſperum & vinum, & defrutum legi: mox, *aqua vel tepida vel præfrigida dura, id eſt, ea, quæ tarde puteſcit, ideoque pluviatilis potiſſimum, omnia dura, macra*; Hæc inquam, ſuperiori loco perſpicue oppoſita nunquam legi; quin vehementer dubitarem, an non magis in ipſo probanda eſſet altera ſcriptura, quam Cæſarius, Pantinus, Stephanus, Rubeus, atque alii ſequuntur: *aqua tenera, omnia tepida, dulcia, pinguia*; vt aqua videlicet *tenera* opponatur duræ, ſicut, a Rubeo (*Annot. in Celſ.*) explicatum eſt; aut certe utramque ſcripturam; quod factum video a Conſtantino & Ronſſeo; eſſe cenſerem proponendam. *Morg.*

p. 107. l. 5. *Si uſtus eſt,*) *ſi toſtus eſt.* Conſt.

p. 107. l. 9. *Lenticula,*) τευτλοφάκη Heraclidi. *Conſt.*

p. 107. l. 10. *Vel ex plantagine*) *vel plantago.* Conſt.

p. 107. l. 17. *Graves omnes aves,*) *graves omneſque aves.* Conſt.

p. 107. l. 31. *Præfrigida, dura,*) Al. *perfrigida, dura.* Conſt.

p. 108.

p. 108. l. 6. *Odoris sunt, ut apium, ruta,*) Lego, *odoris sunt: & apium ruta. Hæc virosa, non boni odoris, ut eruca.* Const.

p. 108. l. 12. *Siser,*) *cicer.* Const.

p. 108. l. 18. *Somno vero aptum*) Sequenti capite multa traduntur breviter, confuse, vane atque mendose. Const.

p. 109. l. 8. *Fici*) *visci.* Const.

p. 109. l. 12. *Cui quo*) V. M. P. male, scriptum in fine *quoi* pro *cui.*

p. 109. l. 16. Morgagnus *Epist.* V. p. 117. *seq.* monet, herbæ muralis nomina, quæ Almeloveenius inter uncos inclusit, Io. Ruellium, editionis Parisinæ 1529. editorem, non latinis sed græcis & litteris & terminatione excudenda curasse, idque fecisse, quod & a libris calamo exaratis & Celsi in hac ipsa pagina πολύγονον græcis litteris scribentis exemplo admonitus esset. Fatetur tamen, obiici posse Plinii locum, ubi is, *Parthenium, ait, alii leucanthen, alii tamnacum vocant, Celsus apud nos perdicium & muralium.* Plura l. c. vide.

p. 109. l. 18. *Herba sanguinalis, proserpinata* Apuleio, ἡλιοβοτάνη. Aetio, vulgoque *centinodia.* Const.

p. 109. l. 21. *Siser,*) *cicer.* Const.

p. 110. l. 15. *Ex felle*) *ex fele.* Const.

p. 110. l. 16. *Sal,*) *sal nitrum.* Const.

p. 110. l. 16. *Git*) Μελάνθιον. sic & 233. 24. *Casaub.* Ita etiam explicat Marcellus de Medicam. c. XXII. pag. 341.

p. 110. l. 19. *Fereque vehementer & reprimunt, & refrigerant. Durant quæ calefaciunt, & digerunt, & emolliunt.*) *Fereque, quæ vehementer refrigerant, & reprimunt, durant. Quæ calefaciunt, digerunt, emolliunt.* Const.

p. 111. l. 4. *Provisis*) *prævisis.* Const.

p. 111. l. 14. *Breves utique sunt,*) *breves acutique sunt.* Const.

p. 112. l. 19. *Vendicaverint,*) *vindicaverint.* Al. *indicaverint.* Const.

p. 112. l. 19. *Quasi sola vindicaverint*) Metaphora est ab occupatis agris. Sunt autem ii, qui cum sint pro derelicto, eius sunt, a quo primum occupantur. Vide Sicul. Flacc. & Festum in voce Occupati. *Slal.*

p. 113. l. 10 *Accessiones & dolores graves urgent,*) *accessionum dolore gravi urgentur,* sic Vetus *Const.*

p. 113. l. 19. *Decrescentibus*) *crescentibus.* Const.

p. 113.

p. 113. l. 28. *Foediores*) *foetidiores*. Conft.
p. 113. l. 31. *Ea vero quam*, *ea vero quæ*. Conft.
p. 214. l. 1. *Præter hæc in acutis*) Hippocr. lib. 1 Aph. & lib. de Vict. Rat. *Conft.*
p. 114. l. 3. *In longis* 1. Aph. 16. *Conft.*
p. 114. l. 5. *Ac fi*) *At fi*. Conft.
p. 114. l. 7. *Molliri, quam*) *moliri, per quam*. Conft.
p. 114. l. 28. *Caufa metus*) i. e. *metus ipfe*. *ut caufa bonorum bona ipfa*. Quæ *terrentia* vocant, Græci φοβερὰ dicunt, Latini, *ne moriare mori:* & Iuvenalis:
Et propter vitam vivendi pendere caufas, i. e. *vitam ipfam*. Scal.
p. 115. l. 1. *Aut non decipiat,*) *aut non deinceps fiat*. Conft.
115. l. 1. *Quo fæpius*) *quod fæpius*. Conft.
p. 116. l. 11. *Hemitriæon*) Ημιτριταῖος πυρετὸς, quem φρικώδη πυρετὸν vocat Hippocrates, eft febris continua ex quotidiana & tertiana: quarum una continua fit, altera intermittens. Cum horrore invadit. Male autem Celfus cum Agathino, quem Galenus refutat, in eodem genere cum tertiana pofuit. Vide cap. 8. h. L. *Conft.*
p. 117. l. 22. *Liberalia*) *libera*. Conft.
p. 117. l. 29. *Afclepiades*) Vide id explicatum a Galeno cap. 13. lib. IV. methodi. *Conft.*
p. 118. l. 2. *Prima femper habita falute*) *primum femper habita falutis ratione*. Conft.
p. 118. l. 7. *Cruditatem*) 1. Aph. 22. *Conft.*
p. 118. l. 12. *Febre vero ipfa præcipue fe ad eius remedium uti*) Legitur, *in febre fe eo remedio uti*. Conft.
p. 118. l. 14. *Convellendas enim vires*) Lege Hippocratem Aph. 30. Sect. III. lib. VI. Epid. *Conft.*
p. 118. l. 19. *His enim*) *Is enim*. Conft.
p. 118. l. 22. *Ego autem*) Notandum hic, ifthæc a Celfo dici non tanquam ῥαψῳδῷ, fed potius tanquam Medico artis fuæ bene gnaro ac fententiam fuper illis, quæ in controverfiam venere, ferenti. Eandem elocutionem etiam infra videas 143, 24. 176, 1. *Cafaub.*
p. 118. l. 25. *Quoniam ex*) *quoniam & ex*. Conft.
p. 118. l. 19. *Itaque abftinendus*) Lege Galenum III. methodi. *Conft.*
p. 119. l. 17 *Quarto die cibum*) *quartum diem cibo*. *Conft.*
p. 120. l. 2. *Quo magis*) *quod magis*. Conft.

p. 120. l. 4. *Maturius etiam puero,*) Hippocr. I. Aph. 14 & 15. *Const.*

p. 120. l. 6. *Unum illud*) 1. Aph. 9. *Const.*

p. 120. l. 13. *Imbecillitatem*) Alias *imbecillum.* Const.

p. 120. l. 13. *Fame perdat.*) *fami prodat.* Vet. *Const.*

p. 120. l. 18. *Deberetur:*) *demeretur.* Const.

p. 120. l. 23. *Si artifex est*) Glossema est. *Scal.*

p. 121. l. 5: *Hi erant dies tertius,*) Carpit Hippocratis experientia comprobatam sententiam, ut lib. II. Aph. 23. & IV. Aph. 36. Lege Galenum de diebus criticis. *Const.*

p. 121. l. 13. *Hippocrates,*) IV. Aph. 36. *Const.*

p. 121. l. 15. *Iure ut vanum*) Galenus id pernegat, & caussam non numeris, sed coelo astrisque assignat. *Const.*

p. 121. l. 19. Lindenius pro *eorum* posuit *febrium*, male. Celsi enim locus l. 9. & progressa verba l. 18. *interdum peiores dies pares fiunt*, *eorum* (scilicet dierum) *accessiones* scribendum esse docent, ita mecum consentiente Morgagno *Epist.* VI. p. 158. K.

p. 121. l. 25. *Qui cum octavum*) II. Aph. 24. *Const.*

p. 121. l. 29. *Sumendum*) *Sumendo.* Const.

p. 121. l. 34. *Est etiam apud Hippocratem,*) Lib. II. Aph. 24. & IV. 71. *Const.*

p. 123. l. 5. *Satius esse*) *satius est.* Const.

p. 123. l. 8. 9. *Secundum* pro *secularum*, atque *etiam antequam* cum priscis editoribus scribendum esse recte monet Morgagnus *Epist.* VI. p. 158. K.

p. 123. l. 11. *Quæ maxime*) *quanta maxima.* Const.

p. 123. l. 16. *Insidat,*) *accidat*, nempe alimentum & cibum sumere. *Const.*

p. 123. l. 21. *Minime*) minimum. *Const.*

p. 123. l. 31. *Si semel tantum*) ἐφήμερα, diaria. *Const.*

p. 123. l. 32. *Igitur si* (febris) *semel tantum accessit, deinde desiit, eaque vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex æstu aliave simili re fuit, sic, ut interior nulla causa metum fecerit*; Almeloveenius pro *inguine*, *malim*, *inquit*, sanguine, *vel* ingluvie, *quomodo enim ex inguine posset oriri febris? dein* (Celsus) *enumerat causas, quas inter inguen censeri non potest.* Verum enim vero, si has inter censeri inguen non potest; qua, quæso, ratione *sanguis* ipse censeretur? certe autem inter causas externas censetur ictus, vel alia eiusmodi ipsi etiam pedi vis illata; a qua & inguinis tumor, & huius socia diaria febris existit, sic enim ex inguine diariam oriri febrem, ita manifestum est, ut minime oportuisset Almeloveeni-

veenium quærere, *quomodo ex inguine posset oriri febris?* præsertim cum ipse Hippocrates in Epidem. (Lib. 2. Sect. 3.) scripserit: *Ex bubonibus febres omnes malæ, præter diarias:* eandemque prorsus in Aphorismis (Sect. 4. Aph. 53.) sententiam retulerit, cuius postremam partem a Galeno (Comment. 2. in Aph. Hipp. Oribasio (Comment in Aph. H.) Philoteo (Comment. in Aph. H. Liebautio (Shol. in Aph. H.) Heurnio (Enarrat. Aph. H.) ad eundem atque a me modum explicatam esse, scio, per externas scilicet, evidentesve causas, inguinis tumorem, ac diariam febrem excitantes. Recte igitur illud fecit Almeloveenius, quod in hoc loco nihil in Celsi verbis mutauit: quod utinam in pluribus aliis facere, quamvis ipso præeunte Lindenio, noluisset. *Morg.*

p. 123. l. 34. *Inguine*) Forte *ingluvie.* Non enim hic agitur de loco, sed de causa Febris.

p. 124. l. 23. *Sed his*) *sed is. Const.*

p. 124 l. 25. *Factum, est si*) *factum est: sin.* Const.

p. 124. l. 32. *Fere vero graviorem*) II. Aph. 13. *Const.*

p. 125. l. 1. *At si continuatur*) Ut Synochus. *Const.*

p. 125. l. 16. *Pessimi*) *pessime.* Const.

p. 125. l 18 - 24. Ex hoc loco fide priscorum librorum restituto videtur patere, & Celsum medicinam exercuisse, & exellentem Medicum fuisse, qui tempus quidem spectabat, quo cibum daret, sed illa simul, quæ datum essent insecutura. Animadverterat enim p. 123. l. 3. *non diduci tam celeriter* cibum *posse*, ut tempore proxime sequenti, in ægris præsertim, iam satis diductum esset. Secundum hæc tradit, quid secus ac alii, ipse facere consuevisset. vid. Morgagni *Epist.* VI. p. 157.

p. 125. l. 19. *Decurro,*) *decurso.* Const.

p. 126. l. 19. *Maxime semper*) I. Aph. 11. *Const.*

p. 126. l. 20. *Hoc salvo*) Superfluum est, & glossema. *Scal.*

p. 126. l. 20. Hanc Scaligeri observationem, ab Anonymo recoctam Morgagnus *Epist.* VIII. p. 222. recte repudiat. Longe enim aliud erit Celsi præceptum, si verba: *hoc salvo* omiseris. K.

p. 127. l. 7. *Tertium*) *tertio.* Const:

p. 127. l. 23. *Atque si*) *Itaque, si.* Const.

p. 127. l. 27. *Usque somni*) *ad usque somni.* Const.

p. 128. l. 20. *Ac ne illud quidem*) Hoc ἐπίκρασις vocatur. Vide lib. IV. cap. 11. *Const.*

p. 128. l. 21-28. Morgagnus *Epist.* VII. p. 197. minoris distinctionis uotulam inter *quoque* & *ubi* ponendum esse cum

 dixisset,

dixiffet, animadvertit, particulam *aut* non, ut Conftantinus & Ronffeus volunt, expungendam effe; fibique potius videri ordinem verborum turbatum, & fic legendum: *mifceri novam materiam corruptæ aut cum ægrum dormire cupiemus, quod fere fitis prohibet. Illud videndum* &c. Vel fi translationem improbes, *aut* in *ut* mutandum effe. K.

p. 128. l. 22. *Cruditas male habet*) Quando in cruditate ingeruntur potiones, vocant id veteres ἐπίκρασιν, ut & alia etiam, quando per intervalla corpus repurgatur & repletur. *Scal.*

p. 128. l. 27. *Deligantur, aut cum*) *deligantur, cum.* Conft.

p. 128. l. 28. *Satis autem convenit,*) I. Aph. 16. *Conft.*

p. 129. l. 2. *Quando melior fit*) Græci ῥαΐζειν, fe porter mieux. Cicero, *meliufcule mihi eft.* Celfus diceret, *fum meliufculus.* Vide c. xx. p. 159. l. 9. *Scal.*

p. 129. l. 2. Et hunc locum Anonymus recoxit; vid Morgagni *Epift.* VIII. -- p. 227. qui monet, hoc a Scaligero excitato loco legi, *fimelior eft;* alio h. e. p. 171. l. 33. *qui meliufculus effe coepit.* K.

p. 129. l. 5. *Leniores,*) *lentiores.* Conft.

p. 129. l. 9. *Et quiefcunt,*) Ut ἀσφυξία videatur. Conft.

p. 129. l. 10. *Cui facile laturo gravis inftat, acceffio.*) In alio quopiam exemplari legitur, *cui facile adhuc laturo.* Cæfar.

p. 129. l. 11. *Laturo*) Nempe inediam. *Conft.*

p. 129. l. 12. *Refolvit*) Improprie. *Conft.*

p. 139. l. 16. *Ille*) *illi.* Conft.

p. 129. l. 23. *Corpori*) *carpo*, aut *thoraci.* Conft.

p. 129. l. 23. *Corpori manum admovere*) Veterum medicorum mos erat, tangere primum arterias. Lucilius apud Nonium: *Cum venit ad me, arterias mihi tangit & præcordia.* Vide Nonium in voce arteria. Perfius Sat. 3. *Tange mifer venas.* Scal.

p. 129. l. 23. Verbum *carpo*, non latinum ex ora editionis Conftantini pro *corpori*, quod omnes editiones habent, male a Lindenio effe fubftitutum, *carpum* vero a Celfo p. 505. l. 20. dici *primam palmæ partem*, atque non *manum* duntaxat *explicatam*, *palmæ* vocabulo fignificari, docet Morgagnus. *Epift.* V. p. 115. K.

p. 129. l. 24. *Quas*) *quam.* Conft.

p. 130. l. 1. *Sefe*) *poffe.* Conft.

p. 130. l. 1. Notata textus Lindeniani discrepantia adductisque Pantini & Ronssei sententiis, quorum ille in *potuisse*, hic *posse* verbulum *sese* mutandum esse opinatur, Morgagnus *esse* pro *sese* legit, simili ratione loquendi permotus, tanquam p. 185, 17. *Urinam in vesicam destillare concipiunt;* & p. 406, 27. *Ego eundem quidem hominem* posse omnia ista præstare concipio. K.

p. 130. l. 3. *Et ex imis præcordiis oritur*, potest tamen legi *intimis. Cæsar.*

p. 130. l. 8. Verba: *Si venæ - - moventur.* Videntur Morgagno deturbata de loco suo, quia Celsus statim subiiciat: Ob quam causam &c. sed verba hæc necesse non est referre ad ea tantum, quæ proximo loco dicta sunt. Præterea si Morgagni ratio valeret, verba: *si sudor* &c. alieno etiam loco posita essent. quia ne sudoris quidem inæqualitas a Medico, adversus ægrum residente perspici potest. K.

p. 130. l. 13. *Perspiciat.*) *percipiat.* Const.

p. 130. l. 14. *Expectari*) *expectare.* Const.

p. 130. l. 25. *Male habent.*) *male* expunge. *Const.*

p. 130. l. 29. *Maxime potuit,*) *maxime tepuit.* Const.

p. 130. l. 33. *Cibus autem*) I. Aph. 16. *Const.*

p. 131. l. 8. *Intrita ex aqua calida*) *Ex vino*, infra 153. 13. Et est quidem elegans usus huius voculæ, *ex*, pro σὺν, vel ἐν, apud *Celsum* & *Plinium.* Noster 344, 19. *emplastrum tetrapharmacum ex aceto subactum*, h. e. *cum.* mox, *terra ex aceto subacta*, h. e. *in.* sic & 361, 3. *Ex aceto terunt,* Vid. *Victor. Var. Lect.* XXXII. IV. Casaub.

p. 131. l. 10. *Compressa alvus*) Συμπεπτωκυῖα κοιλία. Proprie *compressa alvus* est, quando diu aliquis ἄσιτος mansit. Vide Celsum lib. IV. cap. 22. *Scal.*

p. 131. l. 15. *Et dum febres*) *ac dum febres.* Const.

p. 131. l. 22. *Ponendi*) *apponendi.* Const.

p. 131. l. 30. *Educuntur*) Alias *educuntur.* Const.

p. 131. l. 32. *Neque inter magnos*) I. Aph. 7. & 8. *Const.*

p. 132. l. 5. *An astrictum corpus*) Methodicorum sententia. *Const.*

p. 132. l. 22. *Potio esse debet magis liberalis*) *Liberalis* pro *copiosus* & *multus*, vox Celso peculiaris. *Casaub.*

p. 132. l. 25. *Pinguius*) *ius pinguius.* Const.

p. 132. l. 25. *Aut dulcius* &c.) In quibusdam libris deest. *Const.*

p. 132. l. 31. *Levi*) *leni.* Const.

p. 133. l. 16. *Is valens*) *his valens.* Const.

p. 133. l. 18. *Vinum asperum,*) *vinum austerum.* Conſt.

p. 134. l. 11. *Ptiſanæ cremore*) Cremor eſt χύτος percolatus. vide Marſilium Cognatum de Cremore Ptiſanæ. Dicitur & ſecundum quoſdam cremor *alicæ* & orizæ 158. l. 2. *cremor furfurum*) p. 274, 21. 384, 33. *fici* 363, 16. *Caſaub.*

p. 34. l. 21. *Abſtineatur.*) *abſtineat.* Conſt.

p. 134. l. 21. *Abſtineatur*) *abſtineat.* Abſtinendus æger a cibo; recte: Abſtentus ab hæreditate, Iuriſconſultorum eſt phraſis. *Scal.*

p. 134. l. 26. *Extorret*) *exercet:* p. 133. l. 5. *Scal.*

p. 135. l. 11. *Adeps cocta ſit*) Adeps tamen ob oleoſam ſubſtantiam in nidorem vertitur, & febrem magis accendit. *Conſt.*

p. 135. l. 23. *Poſt multam ſatietatem,*) Aquæ epotæ. *Conſt.*

p. 135. l. 24. *Poſt infractum calorem*) i. e. *ut calor remiſit; ubi calores fregerunt ſe.* Cicero, Varro. *Scal.*

p. 135. l. 30. *Deiectio,*) *defectio,* animi nempe i. λειποθυμία: ſic Codex vetus. *Conſt.*

p. 135. l. 31. *Si quis autem*) IV. Aph. 14. *Conſt.*

p. 135. l. 31. Omnia, quæ poſt *fuit*, ſeguntur, a prioribus editionibus abeſſe ſupra dixi. Monet autem Morgagnus abeſſe etiam a codice. Ronſſeus a ſciolo aſſuta eſſe putat, ſuſpicione ipſi nata ex Aph. IV. 54. Nam ſi, ut Galenus confirmat, in eo Hippocrates vere docet, *fruſtra*, ait Ronsſeus, *moneret Celſus, hoſce non gravandos vehementi ſiti, nec propinandam frigidam, quod per ſe ipſi ſiticuloſi non ſint, & fauces affectæ frigidam non admittant.* Miror, Ronſſeum in textu poſuiſſe *conflictatur*, in commentario ſupponere Cæſarii lectionem *conflictari*, quæ Lindenio placuit, & a me, neſcio quo fato, non ſublata eſt. K.

p. 136. l. 11. *Porrigitque febris inter horas*) *porrigiturque febris in horas.* Vide cap. 3. h. lib init. *Conſt.*

p. 136. l. 27. *In hoc caſu medici cura*) Anceps & periculoſa curandi ratio: recteque *fortaſſe* ſubiunxit. *Conſt.*

p. 136. l. 32. *Corpus eius pertractandum eſt*) *Tractationes* ſunt frictiones, &, qui has faciebant, *tractatores* dicebantur. Martial. III. Ep. 82. *Percurrit agili corpus arte tractatrix.* Pollinctores autem proprie dicebantur ii, qui condiebant corpora, ταρχευτὰς Græci vocant. Lavabant autem, deinde ungebant. Pollingere quaſi poſt lingere dicimus. Itaque fricare manu dicimus ſine unctione: tractare vero ungendo. Utrumqne tamen *frictio* & *tractatio* dicitur. *Scal.*

p. 137.

p. 137. l. 27. Πέτρων) *Petro*. Al. Πετρώνιος. Petronius Diodotus *ἀντιλεγόμενα* ſcripſit. Plin. lib. xx. cap. 8. *Conſt.*

p. 137. l. 27. *Roſam*) i. e. roſaceum. *Conſt.*

p. 138. l. 22. *Ingerere, deinde habere duo pitacia,*) *ingerere duo petacia.* Conſt.

p. 138. l. 24. *Et id ingerere*) Gloſſema ineptiſſimi hominis. *Scal.*

p. 138. l. 25. *Duo pitacia*) Hic pitacium non pro pannicu-lo, ſed corio medicamento illito, capiti aut præcordiis applicando poſitum rectiſſime obſervat Bynæus de Calc. Hebræor. l. 1. c. 2. ubi de pitacio multa.

p. 138. l. 32. *Nuces amaræ*) i. e. amygdala. Per nucem ſæpiſſime amygdalam intelligit, quæ nux Græca eſt. Falſus eſt tamen uno loco, infra. *Scal.*

p. 139. l. 23. *Ungi roſa*) i. roſaceo. *Conſt.*

p. 140. l. 5. *Morbi*) Improprie. *Conſt.*

p. 140. l. 21. *Et leni*) *& levi.* Conſt.

p. 140. l. 31. Lindenii verba; *fervoremque corporis, quem ζέσιν Græci vocant*, non diſplicerent, ſi modo editiones veteres codicesve eandem haberent. Sed quotquot illarum apud me ſunt, & codex quoque hic mire inter ſe conveniunt, in omnibusque ſic legitur, *foetoremque quendam oris, quem ὄζην Græci* &c. quam græcam vocem ex hoc quidem ipſo loco in Theſaurum ſuum retulit Henr. Stephanus, in ſuumque Lexicon Io. Scapula, eandem que Rhodius, ut ex iis, quæ ad Scribonium annotavit, manifeſtum eſt, procul dubio erat editurus Morgagnus *Epiſt-* V. p. 139.

p. 140. l. 34. *Parvum cibum*) Græciſſat: ὀλίγη τροφὺν. *Scal.*

p. 141. l. 5. *Horror*) Nempe corporis, qui Hippocrat. ἀλύκη, ἄλη vel ἀλυσμὸς, & ἄσση Galeno, i. hic rigor. *Conſt.*

p. 141. l. 7. *Ideoque tutiſſimæ ſunt*) IV. Aph. 43. *Conſt.*

p. 143. l. 13. *Si res inveteraverit*) Abundat *res*. Sic tamen loquebantur Plauti tempore, ſed non Celſi. *Scal.*

p. 142. l. 3. *Deducendus in balneum*) Hoc non ſemper utile. Galen in methodo. *Conſt.*

p. 142. l. 8. *Id diſcutitur:*) *ita diſcutitur.* Conſt.

p. 142. l. 15. Vid. lib. II. cap. 17. *Conſt.*

p. 142. l. 24. *Pedibus,*) *cruribus.* Conſt.

p. 142. l. 32. *Exonerato corpore*) *exonerato corpore.* Conſt.

p. 142. l. 34. *Geſtatio & frictio.*) Frictionem iam poſuit. Ergo hic *vectatio.* Alii *itio* vel *ambulatio.* Conſt.

p. 143. l. 8. Ingenioſus quidam vocem *res* abundare, *ſic enim non Celſi ſed Plauti tempore locutos eſſe*, argutatur. Sed

Morgagnus *Epist.* V. p. 140. respondet, p. 557, l. 32. *cum iam vetus res est;* p 521, 8. p. 166, 27. p. 79, 29. similia legi. Item si ita ingeniosis esse liceret, antiquorum libros ad multo pauciora verba redituros esse, eorumque sententias ex dilucidis sæpe obscuras; ex absolutis imperfectas futuras esse. K.

p. 143. l 12. *Altero quoque die*) Idem est ac si *tertio quoque die* diceret. 124, 21. *cibus tertio quoque die commodissime datur, ut alter febrem minuat, alter viribus subveniat.* Casaub.

p. 143 l. 13. *Experiri balneum*) Cruditate sublata, & purgato corpore. *Const.*

p. 143. l. 21. *Quidam ex antiquioribas*) VII. Aphor. 42. *Const.*

p. 144. l. 2. *Detineri.*) *detinere.* Const.

p. 144. l. 4. *Ut ipso*) *ut hoc ipso.* Const.

p. 144. l. 14. *Quo cibo*) *quo a cibo.* Const.

p. 145. l. 3. *Si sitiet,*) *si sitis est.* Const.

p. 145. l. 6. *Et aqua*) *abstinere, & aqua uti.* Const.

p. 145. l. 7. *Septimo*) *octavo.* Const.

p. 145. l. 9. *In unctione*) *inunctione.* Const.

p. 145. l. 15. *Ac si proximum est, quies tot dierum, ut abstinentia*) *ac si proximum est, ut quies tot dierum, & abstinentia.* Const.

p. 146. l 7. *Non oportet*) Oblitera negationem. *Const.*

p. 146. l. 7. *Dareque operam non oportet*) *dareque operam, ut in ipsam &c.* Nam reliqua sunt glossema. *Scal.*

p. 146. l. 9. *Incurrat.*) *non incurrat.* Const.

p. 146. l. 15. *Si imbecillitas*) *sin imbecillitas.* Const.

p. 146. l. 21. *Ne qua cruditas in quotidianam id malum vertat*) *ne qua cruditas quotidiana in malum vertat. Hoc tibi vertet in malum:* non, *se vertet.* Scal.

p. 146. l. 21. Hæc argutatio Scaligeri ab ingenioso quodam ad verbum repetita vix digna est, ad quam respondeas. Respondet tamen Morgagnus *Epist.* VIII. p. 221. ,,Utrum ,,tandem ista adversus Codicis & editionum consensum pro- ,,posita mutatio est, quod Celsus ita loqui, ut Plautus, Vir- ,,gilius & Cicero ipse non posset? an quod ibi non deberet, ,,ubi de quartana in quotidianam facile mutanda l. 22. verba ,,facit? Imo *ne qua cruditas quotidiana* isto loco dicere non ,,debebat, tum ne quis crederet, nisi quotidiana cruditas sit, ,,ex quartana fieri quotidianam non posse, tum quia ægrum ,,supra iusserat *tertio die abstinere*, hic vero quomodo in cibo ,,assu-

,,assumendo se debeat gerere non quotidie, sed quo die fe-
,,bris expectatur, ostendit.,, K.

p. 146. l. 22. *Nam quartana*) Hippocr. I. Epidem. & VI. *Const.*

p. 146. l. 32. *Ambulare, considere*) *ambulare, hinc considere.* Const.

p. 147. l. 4. *Aut si duæ*) *at, si duæ.* Const.

p. 147. l. 6. *Moveri aliquid,*) *Moveri aliquantum.* Const.

p. 147. l. 7. *Cum vero vetus*) Hippocr. de Natura Humana. *Const.*

p. 147. l. 21. *Per hæc enim*) Μετασύγκρισις Medicorum. *Const.*

p. 147. l. 23. *Quo detinetur*) Glossema videtur, & ex margine in textum irrepsisse: ineptum enim, *statu detineri.* Scal.

p. 147. l. 33. *Cum vitio*) *cum id initio.* Const.

p. 148. l. 6. *Quanta maxime imperari corpori potest, fricatione*) *Quanta maxima imperari corpori potest, & fricatione.* Const.

p. 148. l. 11. *De tribus insaniæ generibus*) Optime Aurelianus hæc tria insaniæ genera describit. *Scal.*

p. 148. l. 13. *Ratio exposita*) *curatio exposita.* Const.

p. 148. l. 14. *Et Febrium quidem curatio exposita est: supersunt vero alii corporis affectus, qui huic superveniunt, ex quibus eos, qui certis partibus assignari possunt, protinus iungam. Incipiam ab insania*) Ego vero, qui in aliis omnibus, quæ adhuc videre licuit, Celsi Exemplaribus constanter legerim, *eos, qui certis partibus assignari non possunt:* Vixque meminerim, Constantinum, atque Ronsseum, nullo tamen antiquo codice citato, & in ipso tantum margine suorum librorum, istud *non* esse delendum indicavisse; qui Nostri & reapse deleverint, & delevisse se, reticuerint, plurimum miror. *Morg.*

p. 148. l. 15. *Huic*) *his.* Const.

p. 148. l. 16. *Non possunt,*) Dele *non.* Const.

p. 148. l. 17. *Assignari possunt;*) MS. *assignari non possunt* Morg.

p. 148. l. 17. Morgagnus *epist.* I. p. 25. iusto pluribus adversus Lindenium disputat, quod si Constantium & Ronsseum in ora librorum suorum particulam *non* expungentes secutus scripsit: *certis partibus assignari possint.* Quasi tot in hoc libro consequentes morbi certis partibus assignari possent, neque L. IV. initium omnem dubitationem eximeret. K.

p. 148. l. 22. *Accessione*) Παραφροσύνη. *Const.*

p. 148. l. 23. *Loqui aliena*) Expressio hæc est ab Hippocrate, qui ἀλλοφορίζειν ait τοὺς παραφρονοῦντας *Casaub.*

p. 150. l. 18. *In præcipiti periculo*) Aliquando Celsus dicit tantum *in præcipiti*, ut Virgil. *Omne in præcipiti vitium est.* Hoc etiam bonum. *Scal.*

p. 150. l. 28. *Condere,*) *radere.* Const.

p. 150. l. 28. *Ad cutem tondere*) *Tonsus ad cutem* strictim Plautus dixit. Græci ἐν χρῷ κείρειν. Ergo, *tondere* recte hic, non radere. ἐν χρῷ κουρίας Ionice pro κορίας. Sed omnes Ionico hoc utuntur. Descendit autem a κείρω pt. med. κέκορα, unde κορίας & Ion. κουρίας. *Scal.*

p. 150. l. 30. *Vel ex*) *Vel aliud ex.* Const.

p. 150. l. 34. *In id efficacibus.*) *ad id efficacibus.* Const.

p. 151. l. 7. *Impleatur.*) *Implere caput* hic pro fovere, rigare, ἐμβρέχειν. Sic etiam utitur lib. IV. cap. 2. *Const.*

p. 151. l. 23. *Symphoniæ*) *Symphoniæ* tibiarum sonus. *Symphoniaci* autem pueri dicti sunt ad discrimen ἀκροαμάτων. Nam illi canebant tibia. Ακροάματα autem canebant assa voce, id est, sola & nuda voce, nullis instrumentis admistis. Cæterum *assum* apud veteres Latinos purum, quodque sine condimento est. Unde apud eosdem assir, ris, sanguis dicebatur, quasi purus: & assiratam *les gogues*, quod sint ex puro sanguine. *Scal.*

p. 152. l. 6. Primum libri 3. caput 17. nunquam me perlegere potuisse, fateor, quin mirarer vehementer, in illud unum idemque caput, in quo de apoplexia, paralysi, aliisque nervorum affectionibus actum esset, ea quoque ad extremum coniici, quæ ad suppurationes pertinent, quæ in aliqua interiori parte oriuntur, atque adeo suspicarer, postrema hæc omnia aut alicunde avulsa, eodem esse reponenda, aut saltem in peculiare, ac penitus divisum caput secernenda. Libris autem Celsi, editisque in ipsum Commentariis, quæ adhuc licuit, consultis omnibus, non modo vestigium ullum antiquæ divisionis, sed ne unum quidem reperire scriptorem potui, qui in eadem dubitatione fuisset, præter Ronsseum (Enartra. Cels) qui *addubito*, inquit, *vehementer, num quæ hic subsequuntur, ante dictis cohæreant: mihi certe fini* 22. *capitis annectenda videntur, quod eodem capite de tabidis & pulmone suppuratis agit.* Neque minus propemodum dubito; quamvis nec Ronsseum, nec alium aliquem habeo præeuntem: quin pariter in libri 4. caput 20. quod est *de Vulvæ* hoc est de uteri *Morbo*, temere a Librariis contrusa fuerint, quæ in illius

lius calce leguntur de nimia urinæ profuſione; quaſi vero hoc mali viros nunquam, ſed mulieres tantum corriperet, ut propterea inter peculiares earum morbos ita præſertim, nulla ſcilicet de viris mentione facta, a Celſo referri potuiſſet. *Morg.*

p. 152. l. 11. *Hyoſcyamos decocta ſit:*) *hyoſcyamus decocta ſint.* Conſt.

p. 152. l. 13. *Sycamini*) Ficus, quæ nullis peticulis trunco adhæreſcunt, ſunt Sycamina. Cæterum error eſt in Codice Dioſcor. ſcribente μοροσύκον per ο, cum potius per ω, quaſi fatua ficus, ſcribendum ſit. Scribendus & in Evangelio συκομῶρος, non, ut nunc legitur, συκόμορος. Vide Saccor in Feſto. Cæterum multa erravit Plinius in huius ficus & mori deſcriptione. Nam omnia confudit. Ita lege apud Dioſcor. I. 181. καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπὸ αὐτῆς καρπὸς μωρόσυκον διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως. *Scal.*

p. 152. l. 19. *Ibi moroſycon*) *ibi ſycomoron.* Conſt.

p. 152. l. 23. *Converterent.*) *compellerent*, Vet. *Conſt.*

p. 152. l. 30. *Sorbitio ex aqua*) *ſorbitio ex aqua.* Conſt.

p. 153. l. 6. *Confert etiam aliquid ad ſomnum Silanus*) Erat, quando hic *Saliens rivus* legendum putarem, ac ſane ita loco *Silanus*, *ſaliens rivus* ſubſtituiſſem, niſi forte fortuna incidiſſem in Sextum Pompeium lib. 18. ubi ita legitur, *Tullios alii dixere Silanos.* Quem locum ex Sexto repetit & Georgius Valla, & Silanum pro rivo exponit. *Cæſar.*

p. 153. l. 6. *Silanus*) Legendum *ſaliens*, ut apud Feſtum Pompeium, *Tubulos alii dixerunt eſſe ſalientes*, &c. ubi tamen *Tullios* & *Silanos.* Conſt.

p. 153. l. 6. *Silanus*) Κρουνός. Vide in voce Tullii apud Feſtum, *Silanus*, vide Juriſconſultos & Tertullianum. *Scal.*

p. 153. l. 6. *Confert etiam aliquid ad ſomnum Silanus iuxta cadens;*) Quot tandem ex ſtudioſis adoleſcentibus putas intellecturos, quid ſit iſte *Silanus*; cum eruditus Vir, Io. Cæſarius (Comment. in Celſ.) vocis inſolentia permotus, ſe pro ipſa *ſaliens rivus* repoſiturum fuiſſe, fateatur, niſi in ea verba forte incidiſſet, unde incipit Sex. Pomp. Feſti (de verbor. Signific.) liber; ſecundum Aldi partitionem duodeviceſimus; *Tullios alii dixere eſſe Silanos, alii Rivos*: quæ & G. Valla viderat, ac Silanum pro Rivo expoſuerat. Huc adde ex iis Fabulis (Fab. 169.) quæ ſub C. Iulii Hygini nomine circumferuntur: *cum* (fuſcinam) *eduxiſſet, tres Silani ſecuti ſunt, qui ex Amymones nomine Amymonius fons appellatus eſt*; quin etiam

etiam ex divina illa Athenienſis peſtilentiæ deſcriptione Lucretiana: (De Rer. Nat. l. 6.)

Multi ſiti proſtrata viam per, proque voluta
Corpora Silanos ad aquarum ſtrata iacebant,
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai. Morg.

p. 153. l. 8. *Lecti ſuſpenſi*) ut noſtrorum liberorum. *Caſaub.*

p. 153. l. 22. *Alterum genus inſaniæ*) μελαγχολία. *Conſt.*

p. 153. l. 26. *Contrahere*) i. e. excitare. Iuſtin. II. 14. *inopiam contraxerat & peſtem.*

p. 153. l. 31. *In ieiuno*) *in ieiunio.* Conſt.

p. 154. l. 1. *Valentiſſima tantummodo eſſe removenda*) *valentiſſimam tantummodo eſſe removendam.* Conſt.

p. 154. l. 17. *Nam quidam imaginibus,*) παραφροσύνη. *Conſt*

p. 154. l. 20. *Quidam animo decipiunt.*) ἄνοια. Vide Galenum de Symptom. *Conſt.*

p. 154. l. 25. *Non accepit,*) *non accipit.* Conſt.

p. 154. l. 30. *Neque ignorare*) VI. Aphor. 53. *Conſt.*

p. 154. l. 33. *Illud quoque perpetuum*) VII. Aphor. 70. *Conſt.*

p. 155. l. 3. *Conſilium inſanientem fallit*) *inſanientem* gloſſema eſt. Nam elegantiſſime dicimus, *raro hoc fallit.* Scal.

p. 155. l. 3. Et hanc Scaligeri ſubtilitatem a quodam repetitam Morgagnus *Ep.* VIII. p. 223. facile refellit. K.

p. 155. l. 15. *Dimiſſusque*) *demiſſusque.* Conſt.

p. 155. l. 15. *Demiſſusque ſit,*) Voluit exprimere, quem Græci dicunt κατηφῆ. Κατήφεια, *deiectio animi,* quam hic expreſſit. *Scal.*

p. 155. l. 20. *Demiſſumque*) *demittique.* Conſt.

p. 155. l. 33. *Specie ſimilique*) *ſpecie ſimile, ſimilique.* Conſt.

p. 156. l. 19. *At ubi id morbi genus eſt,*) *ac ubi id morbi genus eſt.* Conſt.

p. 156. l. 24. *Roſa*) *Roſa* a Celſo ſumitur pro *roſaceo.* Roſæ flos ἀντὶ τοῦ ῥόδου. p. 225. l. 11. Vide tamen IV. c. 18. *Scal.*

p. 157. l. 16. *Polenta*) Κυκεὼν Hippocr. i. e. farina hordei vino aut cuilibet potioni inſperſa. *Scal.*

p. 157. l. 20. *Vel tres*) *duas vel tres.* Conſt.

p. 157. l. 21. *Plus etiam.*) *Vel plus etiam.* Conſt.

p. 158. l. 1. *Ultimum auxilium eſt, in alvum ptiſanæ vel alicæ cremorem ex inferioribus partibus indere, ſiquidem id quo-*

que

que vires tuetur.) Hæc memorabilia ac digna ſunt certe, quæ extenſo quaſi digito Lectoribus oſtendantur; iam tum Celſum primum fortaſſe ex omnibus, quos nunc de re medica habemus, Scriptoribus; (quæ enim hic Rubeus (Annot. in Celſum) profert ex Hippocrate, ne aliter accipienda ſint, vereor) primum, inquam, nutrientium, ut vocant, Clyſterum uſum, & oportunitatem literis mandaviſſe. *Morg.*

p. 158. l. 3. *Indere*) *iniicere.* Conſt.

p. 158. l. 5. *Id eſt, roſam*) *ut eſt roſa.* Conſt.

p. 158. l. 19. *Aliter*) Tout a contre poil. Mart.
Crinibus hic tortis flavi venere Sicambri,
---- *Atque aliter tortis crinibus Aethiopes,*
Aliter hic contrarium eſt.

p. 158. l. 26. *Hos ægros quidam ſubinde excitare*) *Hoc ægros quidam ſubinde excitare.* Conſt.

p. 158. l. 29. *Pix cruda, lana*) *pix uſta & lana.* Conſt.

p. 158. l. 33. *Odorem foedum movent*) *odore foedo movent,* nempe ſternutamenta. *Conſt.*

p. 159. l. 3. *Excitant*) *excitantur.* Conſt.

p. 159. l. 3. *Sine uſu male habere*) Græciſmus eſt ἀπείρως ἔχειν, imperitos eſſe. *Scal.*

p. 159. l. 3. Et hanc Scaligeri interpretationem falſam eſſe, & hoc in loco *ſine uſu* pro *ſine utilitate* poſitum, *male habere* autem idem hic valere ac moleſtia afficere, ex conſequentibus manifeſtum eſſe facile perſuadet Morgagnus *Ep.* VIII. p. 232. K.

p. 159. l. 4. *Habere.*) Alii legunt *agere*, non *habere.* Conſt.

p. 159. l. 34. *Quanta maxime*) *quanta maxima.* Conſt.

p. 160. l. 14. *Si præcordia*) *& ſi præcordia.* Conſt.

p. 160. l. 30. *Intus in unum*) *intus in uterum.* Vetus. *Conſt.*

p. 161. l. 3. *Ob quam ne ulcera*) VI. Aphor. 8. *Conſt.*

p. 161. l. 18. *Notæ intemper.*) Apuleius Metam. X. *medicus notæ perfidiæ.* L. 3. §. 4. ff. de liber. exhibend. *notæ nequitiæ homo.*

p. 161. l. 27. *Se præcipitavit.*) *ſeſe præcipitavit.* Conſt.

p. 162. l. 18. *In arena calida*) Ἀμμοχωσίαν intelligit. Vide Oribaſ. Lib. X. c. 8. *Conſt.*

p. 162. l. 18. *Arena calida*) Ἀμμοχωσία. Oribaſ. X. 8. Sueton. Aug. c. 80. *Scal.*

p. 162. l. 21. *Siccæ*) *Aſſas* vocat cap. ult. huius libri. *Conſt.*

p. 162. l. 22. *Myrtetis,*) Vide lib. II. cap. 17. *Conſt.*

p. 62. l. 30. *Sed id ipſum* pro *Alvum*, ut Lindenius ſcripſit, reſcribendum eſſe, intelligitur ex iis ipſis medicamentis proti-

protinus ſubiectis, monente ſic & Morgagno *Ep.* V. pag. 149. K.

p. 163. l. 5. Σταφίδα ἀγρίαν) Hoc refutat Plinius lib. XXIII. cap. 1. *Conſt.*

p. 163. l. 5. Σταφίδα ἀγρίαν) Nunc ϛαφιζαγρία eſt herba pulicaris. Vide Plinium, qui eam aliquos uvam taminiam vocare falſo ait XXXIII. 1. *Scal.*

p. 163. l. 7. *Coſtum,*) *coſtus.* Conſt.

p. 163. l. 7-9. Hic textum mutaſſe videtur Lindenius, an alia quam Conſtantini Auctoritate permotus, ignoro. Omnes autem, quæ apud me ſunt, editiones verba, quæ poſui, habent. Quapropter ea reponere non dubitavi, quamvis Celſum p. 374. l. 2. & forte alibi floris iunci rotundi mentionem faciat. Si vel cum Lindenio legas ſemen, non tamen neceſſe eſt priorum editorum *illud* & *hoc* mutare; columella enim L. XII. c. 20. & *cyperum* & *Schoenum* in neutro ſcripſit. K.

p. 163. l. 8. *Rotundi ſemen,*) Medicis in uſu eſt Cyperi radix, & iunci rotundi flos & paleæ: neutrius autem ſemen. *Conſt.*

p. 163. l. 9. *Hunc σχοῖνον Græci vocant*) Imo florem σχοίνανθον. *Scal.*

p. 163. l. 12. *Leviſſima*) *leniſſima.* Conſt.

p. 163. l. 14. *Et auſterum,*) *& lene & auſterum.* Conſt.

p. 163. l. 33. *Ergo ſi inflammatio*) *Ergo ſi inflatio.* Conſt.

p. 163. l. 34. *Aut alterno*) *aut altero.* Conſt.

p. 163. l. 34. *Utilis quotidianus aut altero quoque die poſt cibum vomitus eſt.*) Quinque Editiones meæ habent: *Alterno quoque die.* Itaque Petrus Danetius in ſuum Lexicon ad uſum Delphini novam hanc vocis *Alternus* conſtructionem inducit. Sed latino ingenio ſatis apparet legendum *altero*, undecumque tandem Almeloveenius acceperit. Ne hic quidem noſtræ diſcrepant Editiones. Conſtantinus tamen, atque Ronſſeus in libri ora adſcripſerant, altera. Idque receptum eſt a Lindenio. *Morg.*

p. 164. l. 13. *Imponendum vero in eum crebrius ſinapi,*) Hoc & Paulus lib. VI. cap. 50. *Conſt.*

p. 164. l. 18. *Poſt has inflammationes*) *poſt has inflationes.* Conſt.

p. 164. l. 34. *Talum*) i. *maleolum.* Ex Aſclepiade id tradit Aëtius. *Conſt.*

p. 165. l. 7. *Cibus valens eſſe debet*) Hoc obſtructionis periculum affert. *Conſt.*

p. 165. l. 15. *Sicut ſupra dixi,*) Lib. III. c. 21. *Conſt.*

p. 165.

p. 165. l. 16. *Auctoresque multi sunt*) Ex Herodoto & Archigene hoc Aëtius imperat. *Const.*

p. 165. l. 31. *Neque ignoro Erasistrato*) Hoc præcipit Hippocrates de Loc. Polybus de Morbis exter. Aëtius lib. X. Aegineta lib. III. cap. 48. Est de hac re ampla disceptatio apud Aurelianum Chron. lib. III. c. 8. *Const.*

p. 165. l. 33. *Ideoque ita illum*) *ideoque antea illud.* Alii *non ita* reposuerant. *Const.*

p. 166. l. 25. *Navigationes,*) *fatigationes*, Vet. *Const.*

p. 167. l. 30. *Tertia est,*) Galen IX. Methodi. *Const.*

p. 168. l. 4. *Quicquid excreatum est,*) V. Aphor. 21. *Const.*

p. 168. l. 25. *Prodestque ieiuno prætendere per multas partes cutem,*) Alias *prendere*. Cæsar.

p. 169. l. 24. *Anno duodecimo*) *anno duodevicesimo* legendum ex veteri Codice & ex Hippocrate lib. V. Aphor. 9. unde hoc sumpsit. *Const.*

p. 170. l. 7. *Lac quoque, quod in capitis*) Hæc ex Hippocr. V. Aphor. 66. *Const.*

p. 170. l. 21. *Dein lenis*) *deinde lenis.* Const.

p. 171. l. 2. *Exulcerandus est*) Has exulcerationes probat Paulus in suppuratis lib. VI. c. 44. Vide & Hippocr. VI. Aph. 27. *Const.*

p. 171. l. 30. *Alvus cita*) VII. Aphor. 16. *Const.*

p. 172. l. 7. *Qui comitialis*) *comitialis morbus*, ἡ ἐπιληψία, νόσος ἐπιληπτικὸς, *maior* Celso; μέγας & ἱερὸς i. *magnus & sacer* Hippocrati; *caducus, sonticus* Gellio; *Herculeus*, σεληνιακὸς, id est, *lunaticus* Tralliano; *infantilis* Lucretio; αἴσχρος, id est, *foedus* Galeno III. de Locis affect. *Const.*

p. 172. l. 16. *In pueris*) II. Aphor. 45. & V. 7. *Const.*

p. 172 l. 17. *Tollit, modo*) *tollit: ac modo.* Const.

p. 172. l. 19. *Sine illa quidem. Hos*) *sine illa. Quidam hos.* Const.

p. 173. l. 11. *Omnia. Ubi tertio*) *Omnia. Et ubi.* Const.

p. 173. l. 14. *Quos ubi morbus excessit,*) II. Aphor. 23. *Const.*

p. 173. l. 19. *Ei traditus*) *post ei traditus.* Const.

p. 173. l. 33. *Quæ scripta*) *quæ supra scripta.* Const.

p. 174. l. 19. *Quidam iugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo se liberarunt.*) Hic Plinium videre licebit, ut apud quem eadem fere, quæ Celsus hic dicit, leguntur in præfatione lib. 28. *Sanguinem*, inquit ille, *quidam gladiatorum bibunt, ut bibentibus populis, procul sint comitiales morbi.* Cæsar.

p. 174. l. 19. *Quidam iugulati*) Vide Plin. in præfat. lib. XXVIII *Conſt.*

p. 175. l. 7. *Quem*) *quemque.* Conſt.

p. 175. l. 7. *Hippocrates*) Hæc collegit ex IV. Aphor. 62. & VI. Aphor. 42. *Conſt.*

p. 175. l. 24. *Ictus genere*) *victus genere.* Conſt.

p. 176. l. 16. *Nationibus*) *natationibus.* Conſt.

p. 176. l. 17. *Loco, uti, ludis*) *loco, ut & ludis.* Conſt.

p. 176. l. 20. *Quod digerat*) Epexegeſis eſt, quia malagma eſt digerens. *Scal.*

p. 176. l. 23. Ἐλεφαντίασιν) De elephantiaſi vide Scaliger. obſervat ad Hippocrat. p. 693. *Caſaub.*

p. 177. l. 9. *Biduum,*) *triduum,* Codex. *Conſt.*

p. 177. l. 10. *Adhibenda tum*) *adhibenda tamen.* Conſt.

p. 177. l. 26 *De attonitis*) *Attoniti* Græce ἐμβρόντητοι. Ovid. Eleg. Triſt. I.

Non aliter ſtupui, quam qui Iovis ignibus uſtus
Torpet, & eſt mentis neſcius ipſe ſuæ.

Proprie autem ἐμβρόντητοι, qui tonitru obticuerunt. *Scal.*

p. 178. l. 4. *De reſolutione nervorum, quæ Apoplexia vel παράλυσις dicitur*) Verba *quæ apoplexia vel παράλυσις dicitur* ab ignaro ſuppoſita ſunt, nec in MS. *Conſt.*

p. 178. l. 12. *Correcti*) *correpti.* Conſt.

p. 178. l. 17. *Sanabilis*) *inſanabilis.* Conſt.

p. 178. l. 17. *Inſanabilis*) Ita enim pro *Sanabili* omnino legendum. Thom. Barthol. de paralytico novi Teſtamenti Hiſt. ſecund.

p. 178. l. 27. *Proderit malo corporis, vel ſanguis miſſus, vel alvus ducta.*) *Pro vi & malo corporis, vel ſanguis mittendus, vel alvus ducenda.* Conſt.

p. 179. l. 5. *Prodeſt etiam torpentis membri ſummam cutem exaſperaſſe,*) Vel *torpentibus membris.* Cæſar.

p. 179. l. 32. *In hoc caſu*) Hic caput ordiri velim. *Caſaub.*

p. 179. l. 33. *Non ſine excitatione*) *ſine* dele. *Conſt*

p. 180. l. 1. *In lectulo leniter ſatis diu corpus perfricandum eſt: deinde retento ſpiritu in ipſa exercitatione potius ſuperiores partes movendæ*) In omnibus libris duo hæc membra ita dividuntur, ſed vereor, ut ſatis recte: nam *ſpiritus retentio* non videtur locum habere in ea exercitatione, qua ſuperiores partes moventur, cuiusmodi eſt pilæ ludus, & ſimilia, ut colligitur ex hoc eodem Celſi capite Sect. 3. *Pila. ſimilibusque ſuperiores partes exercere.* Igitur aliter dividendum puto, & ita legendum. *In lectulo leniter ſatis diu corpus perfricandum*

dum est, deinde retento spiritu: in ipsa exercitatione potius superiores partes movendæ. Id est, lenis fricatio satis diu adhibenda est, deinde vehementior per spiritus retentionem, qua uti athletas consuevisse, cum fricantibus intercepto spiritu obtinebantur, scribit Plutarchus de tuend. Valet. Huius fricationis meminit etiam Cælius Aurelianus de tard. pass. l. 3. c. 1. *In lenimento vero si passio tardaverit, erit adhibenda resumptio gestatione, vocis exercitio, deambulatione, unctione; fricatione corporis retento spiritu.* Etiam verba *In ipsa* laborant mendi suspicione: nam in omnibus editionibus meis est *Ab ipsa*, quod genus constructionis aliquanto rarius est, sed tamen latinum. Sic Cicero in Bruto c 16. *Græcus ab omni laude felicior.* Idem ibid. c. 43. *A Philosophia, a Iure Civili, ab Historia instructior.* Avienus fab. 31. *Ausus ab exiguo fallere dente bovem.* Sensus igitur est: per exercitationem, seu in ipsa exercitatione curandum esse, ut superiores potius partes, quam inferiores agitentur. Porro autem superiores partes, quæ pila exercentur, sunt cervix & brachia. Hinc Athenæus Δειπν. *l.* 1. *c.* 12. in hoc ludo maxime commendat, τὸ κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον, id est, robur cervicis, quod acquiritur per multiplicem eius flexionem. *Morg.*

p. 180 l. 3. Morgagni auctoritate ductus priorum editorum interpunctionem mutavi, postea vero Aetii libros tractans, incidi in *Tetr.* II. *Serm.* III. c. 54. ubi is ad *maciem oculi*, inquit, *utendum est --- exercitiis item partium supernarum & spiritus detentione.* Restituenda igitur videtur priorum interpunctio sic: *deinde, retento spiritu, ab ipsa* &c. K.

p. 180. l. 3. *Ab ipsa exercitatione*) *ab* oblitera. *Const.*

p. 180. l. 27. *Assasque sudationes*) Vide Philandium p. 206. *Casaub.*

p. 180. l. 30. *Animadvertendum est verbum* Dimoveo *pro simplici* moveo, agito, exerceo: *neque enim similia exempla facile occurrent.* Ceterum quo rariora apud alios idoneos Scriptores exempla occurrunt verbi *dimoveo* pro simplici *moveo, agito, exerceo* usurpati, eo crebriora apud Celsum videor invenisse. Nunc tria, quæ succurrunt, adscribam, Lib 1. c. 6. (p. 37. l. 20.) *neque ambulatione quamvis leni dimoveri* Lib. 2. c. 14. (p. 90 l. 11) *manus dimouendendæ sint.* L. 4. c. 7. (p. 212. l. 8.) *ægrum intra domum tantum dimovere.* Morg.

p. 181. l. 1. *In eam*) *in eum.* Const.

p. 181. l. 2. *Leviter*) *leniter.* Const.

p. 181. l. 5. Tota hæc sectio Ronsseo ac Morgagno *epist.* I. p. 31. e sede sua videtur avulsa. Ronsseus fini cap. XXII. annectendam putat. K.

p. 181. l. 6. *Suffurationes*) Utique hic aliud capitis initium fieri debet. *Casaub.*

p. 181. l. 11. *Per ea*) *ut per ea.* Const.

p. 181. l. 17. Pro *exeat*, quod Lindenius scripsit, omnes *excedat* habere, uno Cæsario exemplo, qui, operarum forte errore, habet *excidat*, monet Morgagnus *Ep.* V. p. 122. K.

p. 181. l. 21. *Ut ab egelidis tamen initium fiat*) Ex hoc facile colligitur, falli eos, qui egelidam pro frigido usurpant, est enim χλιαρός. *Casaub.*

p. 182. l. 16. Σφαγίτιδες) *iugulares.* Const.

p. 182. l. 17. *Parotidas*) *carotidas* legendum: quæ & vocantur arteriæ ἀποπληκτικαὶ & ληθαργικαί. *Const.*

p. 182. l. 19. *Atque in ipsis cervicibus glandulæ*) Hæc ligula ἐπιγλωττὶς vocatur, quæ cartilaginosa est: sed laryngis reliquæ partes in provectioris ætatis hominibus etiam osseæ sunt non absque medulla. *Const.*

p. 182. l. 19. *In ipsis cervicibus glandulæ*) Vide lib. II. c. 1. *Const.*

p. 182. l. 21. *Incipiunt.*) Al. *excipiunt.* Const.

p. 182. l. 22. *Alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum.*) Advertas hic lector, stomachi vocabulum non pro ventriculo accipi, ut fere vulgo solet, nec pro extrema gulæ parte, ut a Plinio accipitur lib. 11. cap. 37. sed pro ipsa gula, ut & infra lib. 4. cap. 5. Qua significatione accipitur & a Galeno lib. 13. Θεραπευτικῆς, ubi scilicet, cum ventris & splenis & stomachi mentionem fecisset, ita protinus subiungit, λέγω δ' οὖν στόμαχον, ὅνπερ δὴ καὶ κυρίως ὀνομάζουσι· ἐνίοτε καὶ οὕτω καλοῦσι Κοοὶ τὸ στόμα τῆς γαστρός, quod sic vertit Lincarus: *Voco autem hoc stomachum, gulam, quam proprie Græci stomachum appellant. Nonnunquam enim & ita vocatur os ventris.* Nec minus tamen stomachi vocabulo infra pro ventriculi parte inferiori abutitur Celsus, cum ait: *Stomachus vero intestinorum præcipuum est.* Cæsar.

p. 182. l. 27. *Stomachus interior*) Proprie apud antiquos *stomachus* erat, quod vulgus vocat guttur, quod præcidebatur, qua aliquis strangulatur. Homer. 3. Iliad. Ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε. *Scal.*

p. 182. l. 27. *Stomachus interior ad ventriculum fertur*) *Stomachus* Ce so ipsa *gula*, per quam transeunt alimenta priusquam ad ventriculum veniant, qui vulgo *stomachus* appella-

pellatur. Medici vocant *oesophagum. Casaub.* Lactant. de Opificio Dei c. XI. *fistulam cibalem* vocat.

p. 183. l. 1. *Residet.*) Leg. *resedit*, i. depressa est. *Const.*

p. 183. l. 2. *Ad imaginem earum vertebrarum,*) *ad imaginem internae faciei vertebrarum.* Const.

p. 183. l. 9. *In duas fibras ungulae bubulae modo, dividitur.*) Pulmo bifidus est, lobisque quatuor distinguitur in homine, in brutis quinque: cordique & asperae arteriae annectitur. *Const.*

p. 183. l. 15. *Uterum*) Alias *ventrem.* Const.

p. 183. l. 22. *Ortum*) *orsum.* Const.

p. 183. l. 25. *In quatuor fibras dividitur*) Iecur sanguinis fons, in brutis in fibras divisum est, in hominibus autem nequaquam, quidquid dicat aut Celsus aut Galenus 7. *Const.*

p. 183. Illud l. 25. *iecur in quatuor fibras dividitur* bruti animantis alicuius, hoc vero l. 28. *lien longitudinis crassitudinisque modicae*, hominis incisione deberi autumat, atque hominum ne an belluarum interiora Celsus proponat, haeret Morgagnus *Epist.* IV. p. 98.

p. 183. l. 32. *Renes vero diversi,*) Renes, quorum in homine dexter propter hepar inferior: iecur in brutis. *Const.*

p. 183. l. 32. *Atque haec quidem iuncta sunt: &c.*) Mitto pro *divisi* alios omnes, quos inspexi, libros & recte fortassis, habere *diversi*; duo vero, quorum primum vix tandem in Manutiorum Libris, alterum in nullo adhuc reperi, praetermittere non possum; sic enim legendum credo: *qui lumbis sub imis coctis inhaerent, a parte earum rotundi ab altera resimi:* qua in lectione, praesertim in Anatome exercitatis, probanda, non est sane, cur laborem: quid enim esse manifestius potest, quam Renes ne ima quidem sui parte summas coxas, hoc est, innominata ossa attingere; sub imis autem costis positos esse: neque ea resimos esse parte, qua coxas, vel costas spectant, sed rotundos; contra, qua alter alteri obvertuntur, non rotundos esse, sed resimos? *Morg.*

p. 184. l. 1. Verba: *& ventriculos habent*, a Lindenii omissa, a Celso Hippocratem sectante posita esse monet Morgagnus *Epist.* VI. p. 144. Graeci enim parentes Anatomes solitos esse caveas saepenumero appellare nomine ventrium ve ventriculorum, exemplo ventriculorum laryngis. K.

p. 184. l. 7. *Constat ex duobus tergoribus,*) Ventriculus (cuius minor pars in hypochondrio dextro ob hepar) tribus nervosis tunicis constat; prima fibris obliquis contexitur: secunda

cunda transversis: tertia nullis, sed ex peritonæo facta pro involucro est. *Const.*

p. 184. l. 16. *Hanc iuncturam πύλωρον*) Per πύλωρον, & ἔκφυσιν sive δωδεκαδάκτυλον (Prosectores sive Anatomici *duodenum* vocant) auctor complectitur. νῆσις tenue intestinum, λεπτὸν, εἰλεόν. *Const.*

p. 184. l. 25. Ex hoc loco apparere Morgagnus *Epist.* IV. 98. putat, descriptiones quarundam partium depromptas esse ex bestiis, tanquam hæc, *orbes* tenuioris intestini *per membranulos singuli cum interioribus connectuntur;* quæ ex inspectione mesardi bestiæ, canis similis orsa videatur.

p. 184. l. 31. *Crassus, intestinum a dextra parte incipiens, &c.*) Hoc nos uti consuevimus, ut quid prisci Anatomici intestini cæci appellatione significarint, Celsi etiam auctoritate ostendamus. *Morg.*

p. 184. l. 33. *Cæcum*) τυφλὸν. *Const.*

p. 184. l. 34. *Ad id quod pervium est,*) *At id*, leg. hocque κῶλον est. *Const.*

p. 185. l. 8. *In imo*) *in ima.* Const.

p. 185. l. 9. *Rectum intestinum*) ἀπευθυσμένον. *Const.*

p. 185. l. 11. *Omentum*) ἐπίπλοον. *Const.*

p. 185. l. 12. *Strictum*) *adstrictum*, Cod. *Const.*

p. 185. l. 26. *Elapsa*) *illapsa.* Const.

p. 185. l. 29. *Descendit ad colem.*) Vide lib. VII. cap. 27. *Const.*

p. 186. l. 6. *Imo ventre*) *imo ventri.* Const.

p. 186. l. 7. *Abdomen*) ἐπιγάστριον. *Const.*

p. 186. l. 21. *Capillo*) Cod. *capillis.* Const.

p. 186. l. 22. Pro *capillitio*, quod Lindenius scripsit, ubique, in ipsis etiam codicibus, *capillo* aut certe *capillis* legi monet Morgagnus *Ep.* V. p. 120.

p. 186. l. 27. *Calidus*) *validus.* Const.

p. 187. l. 7. *In febre*) *cum febre.* Const.

p. 187. l. 13. Ὑδροκέφαλον) Hydrocephali meminit Paulus, & Aëtius species quatuor enumerat. *Const.*

p. 188. l. 7. *Spongiam concavam*) Spongia concava, quæ capaci cavitate plus humoris combibit, ut μανὸς spongia femina, rarior, fistulis maioribus & perpetuis, non ut τραγος, i. spongia mas, spissior, tenuiore fistula. Vide Plin. lib. XXXI. cap. ult. & lib. IX. cap. 45. *Const.*

p. 188. l. 33. *Et imposito sinapi exulcerare ea*) Hoc & Galenus τῶ κατὰ τόπȣς libro. *Const.*

p. 189. l. 1. *Arrodat,*) *erodat.* Const.

p. 189.

p. 189. l. 3. *Permodicum*) *semper modicum*. Conſt.

p. 189. l. 10. *Diſſimile eſt id genus*) Tertia hydrocephali ſpecies, cum humor inter cranium & cerebri membranas colligitur: quarta incurabilis, quando hoc fit inter cerebrum & eius membranas. Leg. vero *diſſimile id genus*, *quo humor in capite contrahitur*. Conſt.

p. 189. l. 22. Κυνικὸν σπασμὸν) Κυνικὸς σπασμὸς, id eſt, canina convulſio, eſt affectio muſculorum maxillarum (quá in obliquum dimidia facies contorquetur) eiusque proprie, qui μυώδες πλάτυσμα, id eſt, muſculus latus appellatur. Vide Galen. *Conſt.*

p. 189. l. 23. Adiecta, quam Lindenius omiſerat voce *fere*, ſententiam Celſo a vero propius eſſe, obſervat Morgagnus *Epiſt.* VI. p. 144.

p. 189. l. 32 *Diſcuſſum his*) *diſcuſſum id his*. Conſt.

p. 190. l. 8. *Idem*) *item*. Conſt.

p. 190. l. 9. *Arrodat*) *erodat*. Conſt.

p. 190. l. 30. *In nares*,) κόρυζα. *Conſt.*

p. 190. l. 31. *In fauces*,) βράγχος. *Conſt.*

p. 190. l. 32. *In pulmonem*,) κατάῤῥυς. *Conſt.*

p. 191. l. 2. Pro *leviter*, quod Lindenius, Pinzi. Iunta & Cæſarius habent, *leviter* quod cæteri habent, legendum videri, cum Celſus & p. 528. ita loquatur, *is locus leviter indoleſcit*. Morgagnus *Epiſt.* V. p. 122.

p. 191. l. 17. *Hæc autem & brevia*,) Delenda particula *&*. Conſt.

p. 191. l. 22. Illud *a vino*, a Lindenio omiſſum, in omnibus impreſſis libris & codice legitur. Morgagnus *Epiſt.* VI. p. 149.

p. 191. l. 25. Omnes editiones *tantum acri ſed tecta* legere, niſi quod Pariſina & Stephanus *recta* edidiſſent. Rubeum etiam cur acris & lecta ambulatio eſſe debeat, in *Annot.* ad hunc locum oſtendere. Sed tamen a Celſo p. 34. l. 29. iis, quibus caput infirmum eſt, commendari *multum ambulare*, *ſed ſi licet neque ſub tecto*, *neque in ſole*. Morg. *Epiſt.* V. p. 133.

p. 191. l. 31. *Patent* pro *pallent* (etſi Cæſarius, Ruellius & codex habeat) legendum eſſe, ut in cæteris editionibus, intelligi ex p. 192. l. 2. dictis. At ſi *nares æque clauſæ videntur* Morg. *Epiſt.* VI. p. 148.

p. 191. l. 31. *Magis*) *minus*. Conſt.

p. 192. l. 21. *Quanta maxime*) *quanta maxima*. Al. *quantum maxime*. Conſt.

p. 192. l. 28. *Multoque magis*) *multo magis*. Conſt.

p. 193. l. 7. *Leni carne*) *levi carne*. Conſt.

p. 193. l. 31. *Ea ſæpe intra quartum diem tollunt.*) Lege *ea ſæpe intra quartum diem tollit*, ex Hippocr. V. Aphor. 6. nam ea ſpecies ſola in peracutis. *Conſt.*

p. 194. l. 6. *Verum hoc*) Hæc inconſequentia rerum: ſanguis per ſe & natura non calet, ergo calor non eſt in ſanguine. Sic ferrum candens & ignitum non caleret. *Conſt.*

p. 194. l. 7. *Neque enim natura*) Celſus hic veritatem oppugnat. Nam ſanguis & ſpiritus, caloris naturalis (qui cum illis ex cordis officina velut e fonte profluens per canales venas & arterias totum corpus fovet) ſunt vehiculum atque pabulum; & ſanguinis miſſione una calor atque ſpiritus evaneſcunt. *Conſt.*

p. 194. l. 25. *Iam oſtendi.*) Lib. II. c. 17. *Conſt.*

p. 194. l. 29. *Syriaco*) Oleum Syriacum, i. Elæomeli, de quo Plinius lib. XV. c. 7. & XXIII. 4. *Conſt.*

p. 194. l. 30. *Et ſpinas*) *et ſpinam*. Conſt.

p. 195. l. 15. *Alvus quoque ducta*) VII. Aphor. 5. *Conſt.*

p. 195. l. 16. *Partes*) Rigidas. *Conſt.*

p. 195. l. 19. *Eædem aut*) *Eadem aut*. Conſt.

p. 195. l. 20. *Adurendæ.*) *adurenda*; aut ſupple *cervices*. Conſt.

p. 195. l. 25. *Aut a pullis*) *aut apalis* i. mollibus, ἁπαλοῖς. *Conſt.*

p. 195. l. 25. *E pullis*) Alii *a pullis*, ſed quidam libri ſcripti habent *apalis*: ut noſter etiam quidam, ſatis antiquus & fidelis, qui ſervatur in Medicea Bibliotheca. Cum autem videatur alterum horum, id eſt, aut *apalis* aut *mollibus* ſcholion eſſe, veriſimilius eſt Græcum ἁπαλοῖς, declarationem fuiſſe latinæ vocis *mollibus*, quæ ſequitur; quis enim unquam crederet Romanum ſcriptorem, & eum quidem purum atque elegantem in media oratione ſua Græcam vocem uſurpaſſe, &c. *Victorius Variar. Lect.* l. XXIX. c. 3. Scribonius Largus Compoſit. Medic. n. CIV. hac voce utitur: *ſecundum quæ apala ova proderunt.* Ad quem locum multa congeſſit doct. I. Rhodius, qui apud Celſum *hapalis* reſtituendum putat. Cæl. Aurelian. Acut. Morb. I. 10. Marcell. de Medic. cap. XX. *Morg.*

p. 196. l. 6. *Apud Græcos nomen*) Hippocr. lib. Prænot. & Epid. VI. Sect 7. & de Victu acut. Galenus VI. de Locis affec. Aegineta lib. III. cap. 27. *Conſt.*

p. 196.

p. 196. l. 12. *Vox nihil significat*) ἄναρθρα λαλοῦσι vel φωνοῦσι. Sic erat in Græco auctore, a quo hæc desumpsit. *Scal.*

p. 196. l. 30. *Salis calidi succus.*) De quo lib. II. cap. 17. & IV. 3. *Const.*

p. 197. l. 7. *Citra uvam,*) *circa uvam.* Const.

p. 197. l. 13. *Atque interdum natura*) VI. Aphor. 36. *Const.*

p. 197. l. 24. *Servatumque eum ex sale*) Vide Plinium lib. XXX. cap. 4. *Const.*

p. 197. l. 26. *In aquam mulsam*) *in aqua mulsa.* Const.

p. 198. l. 14. *Quod propter angustias, &c.* Videndum censeo, an non potius oporteat legere: *Sibilum edit.* Nam quid sit *Spiritum elidit*, quomodo vel ipse alibi (L. 5. c. 28. pag. 316, 10.) locutus est Celsus, haud satis videor intelligere. Quod si igitur legamus: *Sibilum edit*; commentarii loco esse poterit, quod Cassius Medicus (Med. Quæst. & probl.) in problemate habet 22. *Cur*, inquit, *difficulter spirantes sibilo non absimilem vocem reddunt*; *quoniam morbus ipse est præclusio, atque compressio inanium pulmonis fistularum: per angustum autem foramen dum fertur spiritus, talis redditur sonus.* Morg.

p. 198. l. 17. *Modo decidit,*) *Modo decedit.* Const.

p. 198. l. 32. *Cum qua vel hyssopus cocta,*) *Hyssopus*, dicitur & *hyssopum*, tam feminino, quam neutro genere, testante Hermolao Barbaro. *Cæsar.*

p. 199. l. 2. *Allium frictum,*) *aut allium frictum.* Const.

p. 199. l. 11. *Vulpinum iecur,*) Vide Plinium lib. XXVIII. cap. 13. *Const.*

p. 199. l. 12. *Polentamque*) *Pollinemque.* Const.

p. 199. l. 18. *Urinam augent,*) *agunt.* Al. *urgent.* Const.

p. 199. l. 29. *Vaporem calidum*) Aquæ ferventis. *Const.*

p. 199. l. 31. *Si bene sic*) Dele *sic.* Const.

p. 200. l. 13. *Vel porri vel marrubii succus*) Certum est tum ex hoc loco, tum ex superiore Lib. III. cap. 26. dubitasse Celsum, πράσον, an πράσιον legendum esset in auctore, e quo hæc desumpsit. Hæ dictiones ubique etiam fefellerunt Plinium. *Scal.*

p. 200. l. 13. *Nuces Græcæ*) Vel *Thasiæ* i. amygdalæ. *Const.*

p. 200. l. 25. *Malum cydoneum,*) *malum cotoneum.* Const.

p. 200. l. 33. *De Tussi.*) *De Tussi & Sanguinis Effluvio.* Const.

p. 201. l. 6. *Pituitam citat*) Hoc eſt, *movet*, 211, 5. vel *trahit*, ut 218, 33, loquitur. Admodum familiare hoc verbum Celſo. 210, 7. *humorem citare*. 450, 16. *ſanguinem citare*. & alibi plurimis locis. *Caſaub. Dentem citat* 383, 8.

p. 201. l. 7. *Oportet*) *ſi arida eſt, oportet*. Conſt.

p. 201. l. 24. *At ſi*) *ac ſi*. Conſt.

p. 201. l. 30. *Acetum*,) Hoc tuſſim provocat acrimonia. *Conſt.*

p. 202. l. 8. *Aliis vero vinum*) Columella de Re Ruſtica, lib. XII. cap. 32. commendat ex marrubio; cap. 33. vinum ſcilliten.

p. 202. l. 10. *Cum ſanguinem expuit.*) αἱμοπτύησις. *Conſt.*

p. 202. l. 12. *Ex gingivis*) Hoc mihi ſæpe evenit. *Caſaub.* Iacobo Uſſerio hæc hæmorragia erat periodica, teſte Arnoldo Bootio Obſerv. cap. 7.

p. 202. l. 24. *Ex his*) *ex hisque*. Conſt.

p. 202. l. 26. *Quicquam aut ex ulcere*) *Dele aut*. Conſt.

p. 202. l. 29. *Extundit.*) *extrudit*. Conſt.

p. 202. l. 31. *Iocinore feratur.*) Hic aut alvo, aut vomitu reddditur, aut ſputo, ſiquidem in pulmonem confluxerit. *Conſt.*

p. 202. l. 33. *Auctoreſque medici fuerunt*,) Leg. *votereſque medici ferunt*. Conſt.

p. 203. l. 2. Ῥηγμόγασμον,) Ῥῆγμα aut χάσμα. Omiſit ſanguinis fluorem ex rareſacta tunica. Conſt.

p. 203. l. 13. *Neque ignorari oportet*,) Ex Hippocr. VII. Aphor. 37. *Conſt.*

p. 203. l. 26. *Aut calorem*) Febrilem. *Conſt.*

p. 203. l. 32. *Merum vinum:*) Adſtringens. *Conſt.*

p. 204. l. 27. *Ac ſi abeſt*) *at ſi abeſt*. Conſt.

p. 206. l. 1. *Ieiuno*) *ieiunio*, ut & infra. *Conſt.*

p. 206. l. 20. *Ieiuno*) *ieiunio*. Conſt.

p. 207. l. 30. *Quales cutiliarum ſubcutiliarumque ſunt*,) Sic quidem mihi legendum videtur, non autem ut hactenus legebatur, *ſubruinarumque*. Nam cuiusmodi ſint hæ aquæ, nondum apud quemquam reperi ſcriptorem idoneum & probatum: de ſubcutiliis vero Plinius 31. cap. 2. quas in Salinis calidiſſimis eſſe dicit, & ſuctu quodam corpora invadere, aptiſſimas ſtomacho, nervis, univerſo corpori. Idem & de Cutiliis lib. 2. cap. 97. & lib. 31. cap. 6. quas inibi bituminatis, aut nitroſis, bibendo utiles eſſe, atque purgationibus tradit. De cutiliis item Vitruvius lib. 8. cap. 3. ubi ſcilicet de aquæ ductibus tractat. *Cæſar.*

p. 207.

p. 207. l. 30. *Cutiliarum*) De aquis cutiliis Plinius lib. II. cap. 95. Item lib. XXXII. cap. 2. & 6. De iisdem & Vitruvius lib. VIII. cap. 3. De Subcutiliis Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Conſt.*

p. 207. l. 30. *Cutiliarum ſumbruinarumque*) Male quidam *Succutiliarum*. Ald. Manut. de Quæſt. per Epiſt. Q. I. Conſule de *lacu Cutilienſi* Merulam Coſmogr. Part. II. lib. IV. cap. XII.

p. 207. l. 31. *Sumbruinarumque*) Adde hic quæ habet Lilius Gyraldus Dialogiſmo X. p. 424. Tom 2. Facis Critic.

p. 208. l. 10. *Signinum.*) *Signinum vinum* a Signia monte. De eo Plinius lib. XIV. cap. 6. *Conſt.*

p. 208. l. 10. *Signinum*, id eſt, ex *Signia* urbe. Mart. *Potabis liquidum Signina morantia ventrem.* Scal.

p. 208. l. 30. *Radiculæ ſuccus*) Videtur hic deceptus, cum cieat vomitum radicula, non teneat; forte quia ῥάφανος duo ſignificat, braſſicam & radiculam. Quo fit, ut vir doctiſſimus alioqui non exercens medicinam male unum ſignificatum pro altero uſurparit. *Scal.*

p. 209. l. 4. *Venit, ſic ſi nauſea eſt.*) *venit, ſic etſi nauſea eſt.* Conſt.

p. 209. l. 20. *Intra dolorem eſt,*) *nihil præter dolorem affert periculi.* Conſt.

p. 209. l. 28. *Emollitur.*) *emolitur.* Conſt.

p. 209. l. 31. *Sive lenior,*) *ſive levior.* Conſt.

p. 210. l. 6. *Latus ipſum lana ſulphurata,*) *Latus ipſum bapſo lanæ ſulphuratæ,* Cod. Vide lib. VII. cap. 26. *Conſt.*

p. 211. l. 2. *Excreatur*) *excreetur.* Conſt.

p. 211. l. 27. *Ex quo vehemens & acutus morbus oritur, quem peripneumaticon Græci vocant.*) Alias legi poteſt, περιπνευμονίαν. *Cæſar.*

p. 211. l. 28. *Quem peripneumonicon*) *quem* περιπνευλονὶαν. *Conſt.*

p. 212. l. 2. *Id genus morbi*) Vide Hippocr. VII. Aphor. 11. Aeginet. lib. III. cap. 30. *Conſt.*

p. 212. l. 14. *Leviter*) *leniter.* Conſt.

p. 213. l. 9. *Parvum aerem*) *purum aerem.* Conſt.

p. 213. l. 9. *Parvum aerem*) Græciſſat ὀλίγον ἀέρα. Cicero, *Parum aeris.* Conſt.

p. 213. l. 13. *Summa trunculorum,*) *ventriculorum*, vel *tyrunculorum.* Cæſar.

p. 213. l. 14. *Nihil molle*) *nihil niſi molle.* Conſt.

p. 213. l. 21. *Ἡπατικὸν Græci vocant,*) Ἡπατίαν vel ἡπατίδα alii vocant. Qui eo afficiuntur, dicuntur ἡπατικοὶ. Alii vocant ἡπαττίδα. *Scal.*

p. 213. l. 25. *Calidus eſt.*) *validus eſt.* Conſt.

p. 214. l. 8. *Deducant,*) *diducant*, i. digerant. *Conſt.*

p. 214. l. 17. *Pini flos,*) Leg. *lini flos.* Nam pinus nullo flore exhilaratur. Plinius lib. XVI. cap. 25. *Conſt.*

p. 214. l. 17. *Pini flos*) i. e. *chamæpitys*, quia non audet dicere *pinum* ſimpliciter, ne intelligatur arbor. Propterea Virgilius: *Et ſemper florida pinus.* Ubi male P. Bembus πικρὶς pro pinus correxerat in Culice in fine v. 410. Adde quod Dioſcor. dicit ἡπατικοῖς prodeſſe chamæpityn. *Scal.*

p. 214. l. 17. Doctam ſed longam harum de pini flore dubitationum ſolutionem vid. in Morg. *Epiſt.* VIII. p. 227. ſeq. Cuius ſumma eſt, non temere hic quicquam mutandum eſſe, cum cogitandum ſit, potuiſſe Celſum cum iis facere, quos ex Theophraſto commemorat Cæſalpinus, hæc ſcribens, *præter fructum, amentum fert* pinus deciduum, *quem aliqui florem putant.* Quin Cæſalpinus ipſe florem amentaceum ferre non negat. Cælius autem cum veteres Medicos generatim ait, *viridis pini decoctionem* hepaticis dediſſe, certe hæc amenta non excepit.

p. 214. l. 18. *Medium.*) Intelligit ἐντερίωντω, i. e. *cor cydonii mali.* Varro: *ſcillæ quod intus eſt:* ſic dicas, *cydonii quod intus eſt.* Scal.

p. 214. l. 30. *Ictus,*) *iactus*, Vet. *Conſt.*

p. 215. l. 3. *Contra id ſcalpello aperiunt, ipſam vomicam, adurunt.*) *ultra id ſcalpello aperiunt ipſam vomicam, vel adurunt.* Vet. Cod. Vide Hippocr. VII. Aphor. 45. Conſt.

p. 215. l. 12. *Venterque intentus eſt*) Ita Cappadox apud Plautum in Curcul. II, 1.

Nam iam quaſi zona liene cinctus ambulo.
Geminos in ventre habere videor filios.
Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer.

p. 215. l. 17. *Exercitatione & labore*) Hoc remedium Palinurus præſcribit Cappadoci (Curcul. II, 1.) *ambula, id lieni optimum eſt.*

p. 215 l. 25, *Ex muria dura*) Muria dura, ἁλμηδεινῶς ἁλμυρὰ καὶ ἄκρατος. *Muria cruda* Columellæ, i. ὠμοτέρη & γλυκέη ἅλμη. Cui muria matura eſt, quæ ἅλμη εὔκρατος Græcis. *Conſt.*

p. 215. l. 26. *Intubique & betæ ex eodem, ex ſinapi*) *intubique ex eadem, & betæ ex ſinapi.* Conſt.

p. 216.

p. 216. l. 11. *Lienis quoque bubulus*) Lien enim lieni medetur, ut & Plinius teſtatur lib. XXVIII. cap. 8. qui etiam hoc remedium tradit lib. cit. cap. 13. *Conſt.*

p. 216. l. 14. *Ex unguento & palmulis, quod μυροβάλανον*) Legend. *ex unguentariis glandibus, quas μυροβαλάνυς.* Vide præter Dioſcoridem Plinium lib. XII. cap. 21. *Conſt.*

p. 216. l. 15. Μυροβαλάνυς *Græci vocant*) Mart. *Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat, & ex βαλάνῳ.* Intelligit μυροβάλανον, quod non poteſt includi in verſum Heroïcum; & proinde neque in Homeri, neque in Virgilii opera. Sed ratio Celſum fugit. Nam accepit, quia legerat apud Græcum auctorem, unde deſumpſit, φοινικοβάλανον. Unde interpretatus eſt palmulas, quia φοῖνιξ palmam ſignificat, cum potius ex φοινικοβαλάνῳ fieret μυροβάλανον. Plin. lib. XII. c. 21. *Scal.*

p. 216. l. 16. *Quo vinum*) *cum quo vinum*, vel *cui vinum*. Conſt.

p. 216. l. 19. *A renibus*) *e renibus.* Conſt.

p. 216. l. 20. *In ſale,*) *in ſole.* Conſt.

p. 216. l. 21. *Huic rei cappari aptum eſt.*) *Cappari* Celſus hic uſurpare videtur genere neutro, quemadmodum apud Græcos *piperi* dicitur, & *ſinapi* σίνηπι, cum tamen *capparis* paſſim legatur, tam apud Latinos quam Græcos feminino genere. *Cæſar.*

p. 217. l. 5. *Acidis pomis,*) *acidus potius.* Al. *acidis, pomis.* Conſt.

p. 217. l. 11. *Adhuc*) *ad hæc.* Conſt.

p. 217. l. 14. *Tribus digitis,*) Δρὰξ Græce. *Caſaub.*

p. 218. l. 3. *Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt.*) Heſychius, χολέρα, inquit, ἐςὶ ἔκκρισις κάτωθεν διὰ γαςρὸς καὶ ἄνωθεν διὰ ςόματος ἐμετός. *Cæſar.*

p. 218. l. 7. *Urget ſitis,*) Inter acutiſſimos morbos recenſetur ab Hippocrate. *Conſt.*

p. 218. l. 15. *Miſcuiſſe tamen novam*) Hoc ἐπίκρασις. Vide lib. III. cap. 6. *Conſt.*

p. 218. l. 28. *Vel mentha, ſi nondum matura eſt.*) nempe materia. *Conſt.*

p. 218. l. 28. Ad hanc Conſtantini obſervationem reſpondet Morgagnus *Epiſt.* V. 131. Qui minime ignoret, in plerisque editionibus legi *vel mentha, ſi nondum matura eſt*, adſcribente Conſtantino *nempe materia*, fortaſſe hoc malit. Qui vero animadvertat, non fuiſſe opus hoc addere, cum illa imperata ſint, *ſi adhuc ſubcruda ſunt, quæ vomuntur*, ſimulque

mulque ſciat, in codice, in pervetuſta Pinzii editione, & Iuntæ, et Manutiorum utraque ſcriptum eſſe, *vel menta ſecundum naturam eſt*, is, fieri poteſt, ut dictum accipiat de mentha, ut per ſe eſt, non ut puleginum ex aceto, neque ut polenta vino aſperſa.

p. 219. l. 7. *Is ſi &*) Dele &. Conſt.

p. 219. l. 8. *Metum*) *metus*. Conſt.

p. 219. l. 23. *Somno, quisquis facile acquieſcit, itemque laſſitudine,*) *Somnoque, qui facilis acquieſcit: vitataque laſſitudine.* Conſt.

p. 220. l. 5. κοιλιακὸς) Commiſcuit *colicum* cum κοιλιάκῳ Celſus. Facilis enim eſt lapſus. *Scal.*

Ad hanc Scaligeri obiectionem, ut & ad illam l. 5. reſpondet Morgagnus *Epiſt.* VIII. p. 224. Ego vero Medicum non fuiſſe, opinor, qni hoc ipſi (Celſo) obiecerit. Vidiſſet enim poſtquam ventrem tamdiu *liquaverat*, quamdiu in morbo *longo* opus eſſet, debuiſſe tandem ſub finem morbi iuſtum robus reddere ventri ipſi, idque *paulatim facto tranſitu*, non ad valida adſtringentia, ſed ad *aſſam carnem valentem*, & ad *pluviatilem aquam decoctam*, timentem videlicet, niſi ventrem denique confirmaret, *ne vitium contrarium oriretur*, ut loquitur cap. 16. Cæterum quo magis omnibus manifeſtum eſt, & ſemper fuit, deſcriptum hic & curatum a Celſo morbum longe alium eſſe, ac qui ſolet a medicis Coeliaca paſſio nominari, eo æquius erat, exemplo adductos quod inſequens caput proponit, Ilei, primum inquirere an forte, qui ante Celſum de Medicina ſcripſerunt Græci non eundem quem poſteriores, morbum eodem nomine deſignaſſent; aut ſi eundem, an interdum tamen alium quoque: deinde ſi nunquam alium quam poſteri ſignificaſſent; tum vero cogitare, an librarii, ut tot alia nomina, Græca præſertim, in deſcribendo vitiarunt, ita aliud a Celſo fortaſſe ſcriptum, in κοιλιακὸς mutaſſent. Rubeus in Annot. in hoc caput eſt certe laudandus, qui cum alium omniuo morbum ac quem alii hoc nomine ſolent, a Celſo hic proponi videret: tum quis eſſe poſſet, quæſivit, tum pleraſque redarguit, qui *cum hoc non animadvertiſſent iniuria Celſum toto hoc fere capite reprehenderunt.*

p. 220. l. 5. *Nominatur.*) *nominatus.* Conſt.

p. 220. l. 6. *Alvus nihil reddit,*) Medici coeliacum morbum longe aliter accipiunt. *Conſt.*

p. 220. l. 7. *Alvus nihil reddit,*) Hallucinans hæc ſcripſit, quia cum alvum nihil reddere dicat in hoc morbo, (quod falſum

sum est, & videtur de colico intelligendum) tamen paulo post adstringentia præscribit. Ex quo apparet, medicum non fuisse Celsum. Et certe apud Romanos servi erant etiam excellentes medici: at Celsus liber homo erat. Apud Græcos Medici erant liberi & magni nominis, ut Aristoteles. *Scal.*

p. 220. l. 18. *Universus*) *universum* i. ἀθρόως. *Const.*

p. 220. l. 21. *Pro portione*) *proportione.* Const.

p. 220. l. 31. *Arrodatur & rubeat,*) *arrodantur & rubeant. Const.*

p. 221. l. 14. *Tenuioris*) Deest *& plenioris.* Const.

p. 221. l. 23. *Fit alterutro*) *fit in alterutro.* Const.

p. 221. l. 27. *Si utrumlibet*) Supple *malum*, & lege VII. Aphor. 10. Hippocr. *Const.*

p. 221. l. 27-30. Locum hunc Morgagnus *Epist.* VII. p. 209. ita putat esse emendandum. *Accedit periculo, si vomitus biliosus, mali odoris, aut varius, aut niger est. Si superior pars affecta est, cibus: si inferior, stercus per os redditur; si utrumlibet vetus est.*

p. 222. l. 33. *Aquam.*) *aquam offerre.* Const.

p. 223. l. 11. *Vehemens inflatio,*) *vehemens fit inflatio.* Const.

p. 223. l. 32. *Utendum, qui*) *utendum iis, qui.* Const.

p. 224. l. 9. *De Torminibus.* Dysenteria (quam, ut Plinius tormina vocat, licet alii ita στρόφους interpretentur) species quatuor, una proprie, reliquæ improprie a symptomate dicuntur. Prima est δυσεντερία αἱματηρὰ, id est, sanguinolenta: secunda ἡπατηρὰ, i. hepatica. Cæteris commune nomen. *Const.*

p. 224. l. 18. *Frequens deiiciendi cupiditas*) Galen. προθυμία τοῦ ἀποπατεῖν. *Casaub.*

p. 225. l. 11. *Rosæ floris folia*) Notandum, ita uti tribus his loquendi formulis Celsum, ut *rosam* semper *rosaceum* appellet; *rosæ florem*, quod vulgo *rosas* i. e. *folia floris rosarum* dicimus; *Rosæ* denique *folia*, illius *fruticis folia.* Scal.

p. 225. l. 15. *Themison muria*) Galen. Methodi lib. XII. cap. 1. *Const.*

p. 225. l. 15. *Muria dura quam asperrima*) *quam asperrima* glossema est. Nam *muria dura* idem significat. *Scal.*

p. 225. l. 18. *Distringant, & ea quæ urinam movent, si id consecuta*) *adstringant. At ea quæ urinam movent, si id consecuta.* Const.

p. 225. l. 24. *Quæ ipsa quoque adstringat,*) Ut aqua a ferrario fabro. *Const.*

p. 225.

p. 225. l. 25. *Vinum lene, auſterum*) Mirum, qui poſſit *lene* eſſe *auſterum*. Puto autem ita dici mixtum ex utraque, ut dicimus γλυκυπικρὸν, *amarodulce*. Itaque tollenda virgula. *Scal.*

p. 225. l. 27. *Alia iuverunt*) *illa iuverunt*. Conſt.

p. 225. l. 34. *Solet purus ſanguis profluere,*) *ſolet, & purus ſanguis interdum profluere*. Conſt.

p. 226. l. 5. *Adverſus ulcera*) *adverſus cancerem*, Vet. Cod. *Conſt.*

p. 226. l. 6. *Minii gleba,*) Alii per minii glebam terram Lemniam intelligunt. *Conſt.*

p. 226. l. 6. *Si minus,*) *Sin minus*. Conſt.

p. 226. l. 7. *Datur.*) *indatur*. Conſt.

p. 226. l. 8. *Ulcera inteſtinorum*) V. C. *cancerem inteſtinorum*. Dicit autem *cancerem* veteri declinatione. Alibi coniungit *cancerem* cum *inteſtinorum gangræna*. Unde *dyſenteria* ſæpe *cancer inteſtinorum* ab eo nuncupatur. *Scal.*

p. 226. l. 16. *Inconfectum*) Ἀνατέργαστον, vid. ad Perſium. *Caſaub.*

p. 22. l. 16. *Quicquid aſſumptum eſt, inconfectum protinus reddunt*) Animadverſione digna eſt vox *inconfectus*, quæ elegantem hoc loco ſignificationem habet; ſed tamen non debuit in Iunckerianum Latinitatis Theatrum cum certis referri; nam nec alibi occurrit, & hic Editiones meæ magno conſenſu habent *Imperfectum*. Quæ quidem lectio non admodum mihi probatur: attamen eſt huiusmodi, ut indubitata poſtulantibus negotium exhibere debeat. *Morg.* Omnes quoque meæ Editiones habent, *imperfectum*. Quod in Codicibus etiam vidi; non *inconfectum*. Morg. *in Epiſt.* 11.

p. 226. l. 21. *Et ex verbenis decoctis aqua deſidat,*) *deſidat*. Sic paulo infra cap. ſequenti, *tum deſidat ſubiecta calida aqua in pelve*. Ergo *deſidat*, ſubaudi, *æger*. Cæſar.

p. 226. l. 21. *Decoctis aqua*) *decocta in aqua*. Vide lib. IV. cap. 21. *Conſt.*

p. 226. l. 22. *Deſidat,*) Subaudi *æger*. Sic infra cap. prox. *Conſt.*

p. 227. l. 17. *Lumbrici*) Ἕλμινθες στρογγύλαι, lumbrici teretes: πλατεῖαι, ſive, ταινίαι, vel κειρίαι, i. lati, tæniæ: & ἀσκαρίδες, i. aſcarides, quos præterii. *Conſt.*

p. 227. l. 32. *Huc adiiciat*) *Huic adiiciat*. Conſt.

p. 228. l. 1. *Sumat, aut aquæ,*) *ſumat, ut aquæ*. Conſt.

p. 228. l. 2. *Duræ ſic adiectæ,*) *duræ huic adiectæ*. Conſt.

p. 228.

p. 228. l. 17. τεινεσμὸν) Vide Hippocratem de Morbis exter. Galen. in 6. Aphor. lib. VII. Plin. lib. XXXII. cap. 6. & lib. XXVIII. cap. 14. Aetium lib. IX. cap. 43. Aeginetam lib. III. cap. 41. *Conſt.*

p. 228. l. 17. τηνεσμὸν) Melius per τει τεινεσμὸν, quod a quo deſcendat, ignoro. *Scal.*

p. 228. l. 23. *Muciſque ſimilia,*) *mucciſque ſimilia.* Conſt.

p. 228. l. 26. *Coacta,*) *coacta* vel *concocta.* Conſt.

p. 228. l. 28. *Ipſum manu nutrire,*) *ipſum anum nutrire,* i. fovere. *Conſt.*

p. 228. l. 31. *Emplaſtrum id*) *Hæc emplaſtrus* in feminino genere veteres dicebant. *Scal.*

p. 228. l. 32. *Et ita*) *& intus.* Conſt.

p. 229. l. 1. *Eadem verbenæ*) *eædem verbenæ.* Conſt.

p. 229. l. 4. *Leve*) *lene.* Conſt.

p. 229. l. 5. *Egelida*) χλιαρόν. *Caſaub.*

p. 229. l. 6. *Qualem ad tormina*) *qualem torminibus.* Conſt.

p. 229. l. 10. *Levior etiam dum recens deiectio*) Διάῤῥοια, ventris fluor, ſive alvi profluvium. *Conſt.*

p. 229. l. 32. *Non multum meraco*) *non multo meraco.* Conſt.

p. 230. l. 16. *Quenque*) Recte. Non, ut male alii ſolent, *quemque.* Nam m ante c & q nunquam ſcribere oportet. *Scal.*

p. 230. l. 23. *Ungi*) Inepte *ungi oleo* diceretur. Nam *ungi* ſemper cum oleo intelligitur, *Scal.*

p. 231. l. 2. *Myrrhapia,*) *Myrrhapia* Plinius ab odore dicta eſſe dicit. lib. 15. cap. 15. *Cæſar.*

p. 231. l. 2. *Myrrhapia,*) Quidam *melappia* legunt. Dienſes Allobroges *Melappi* adhuc dicunt. *Conſt.*

p. 231. l. 17. *Quandoque*) *quandocunque.* Conſt.

p. 231. l. 19. *Membranas, quæ inter ea ferunt*) Membranae illæ Cici dicuntur Varroni. *Scal.*

p. 231. l. 28. *Pipere: eſt quid ex his edendum, eſt pulticula*) *Pipere, quod ab his edendum eſt: pulticula. Conſt.*

p. 231. l. 31. *Malo corio*) *malicorio.* Conſt.

p. 232. l. 20 *Ex vulva quoque feminis vehemens malum*) Ὑστερικὴ πνὶξ, vulvæ ſtrangulatus, ſuffocatio uteri. *Conſt.*

p. 232. l. 26. *Nec nervi diſtenduntur,*) Hoc interdum. *Conſt.*

p. 232. l. 27. *Sopor tantum eſt,*) Καταφορὰ, non ſemper. *Conſt.*

p. 233.

p. 233. l. 11. *Circumcidendum vinum est in totum annum*) Cicero IV. de Finib. *Circumcidendæ sunt omnes voluptates.* Metaphora est a putatoribus vinearum. Vide p. 240. l. 28. *Scal.*

p. 234. l. 1. Minime dubito, quin in Libri IV. cap. XX. quod est *de vulvæ*, hoc est, de uteri *morbo*, temere a librariis contrusa essent, quæ in illius calce legantur de nimia urinæ profusione, quasi vero hoc mali viros nunquam, sed mulieres tantum corriperet, ut propterea inter peculiares earum morbos, ita præsertim, nulla scilicet de viris mentione facta, a Celso referri potuisset. Accipe nunc quid ex hoc codice didicerim; intelliges enim, non solum coniecturam illam meam quod (levius est) veram fuisse, sed hoc insuper, quod gravissimum & inexspectatum omnino est, in his Celsi Libris, quos nemo, (quod sciam) non integerrimos unquam putavit, unum aut alterum caput deesse. Igitur in eo, quod diximus, capite, ubi Lindenii & Almeloveenii editiones hæc habent (pag. 234. lin. 1.) *Si maligna purgatio est, subiicienda suot * coercentia. Id faciunt etiam albæ violæ, nigrum &c.* Codex post illa verba, *subiicienda sunt:* non modo ingentem habet lacunam quidquid reliqui est in ea pagina obtinentem, & in proximæ demum paginæ initio, *coeuntia id faciunt etiam albæ olivæ: & nigrum &c.* Sed contra eam lacunam eadem manu in ora scriptum est: *Desunt in vetustissimo exemplari duo folia.* Hic ex me quæres, in iis duobus foliis quid scriptum a Celso fuisse existimem. Ego vero etsi nequaquam dubitarem, quin absoluto primum, quem instituerat, sermone de morbis, qui cum ad uterum spectant, sunt mulierum peculiares, tum ad eos tractandos venisset, quos ad proximas, sed utrique sexui communes partes, & nominatim vesicam referret, de cuius videlicet doloribus omnes, quantum memini, editiones, iis duntaxat, quas Liudenius & Almeloveenius procurarunt, exceptis, hic ipsum exhibent ante loquentem, quam de nimia urinæ profusione verba faciat; etsi, inquam, hæc coniectura assequerer; tamen huius ipsius Codicis adiumento comperi, quæ essent hic a Celso reapse tractata. Cum enim libris singulis singulos peculiares Indices præponi animadvertissem, capitum argumenta ex ordine commonstrantes, subit eum consulere, qui libro huic quarto præfixus est, si forte in ea parte integer esset, quæ pars in libro desideratur. Hæc igitur, quam quidem ex minime interrupta numerorum serie integerrimam iudicavi, ad hunc modum se habet.

CX.

CX. *Vulva exulcerata eſt.*
CXI. *De veſica.*
CXII. *De Calculis in veſica.*
CXII. *In omni dolore veſicæ.*

Quæ cum ita ſint, cumque numerus CX. in ora codicis eo in loco adſcribatur, ut reſpondeat illis verbis (apud Almeloveenium pag. 233. lin. 26.) *Si vulva exulcerata eſt;* numerus autem CXIII. contra hæc ferme ſcriptus ſit (p.234. l. 7.) *præter hæc in omnibus Veſicæ doloribus* (*veſicæ* enim in Codice legitur; non, ut apud Almeloveenium, *vulvæ*) hinc præclare, quot, & quæ deſiderentur, intelligis, in eo loco, in quo aut nihil, aut unum, vel pauca certe verba deeſſe, Viri Exercitatiſſimi, atque Doctiſſimi exiſtimabant. Is enim, qui primus Celſum formis deſcripſit, Nicolaus, & Lucas Ant. Iunta ſic ediderunt: *ſubiicienda coeuntia;* Ioannes autem Cæſarius, Gulielmus Pantinus, Henricus Stephanus, & Balduinus Ronſſeus: *Subiicienda ſunt coercentia.* Vix Manutii in utraque editione, interiecta ad hunc modum lacuna, propoſuerunt:

Subiicienda ſunt
coeuntia.

Quæ lacuna ſic contracta deinde fuit, a Roberto Conſtantino, ut non aliquot, ſed unum fere verbum deſiderari, oſtenderet, hoc videlicet modo: *Subiicienda ſunt* * ---------- *coercentia*, præſertim cum hæc in libri margine appoſuerit * *menſes evocantia*, quaſi ita nihil deeſſe, crederet, poſtremumque verbum *coeuntia*, ab aliis in *coercentia*, ab ipſo in *evocantia*, mutatum, ad ſermonem de uteri vitiis pertineret, quod reapſe ad caput pertinet vel de veſicæ doloribus, vel de calculis in veſica, enatisque inde noxis per medicamenta videlicet; ac victus rationem & frequentiora Chirurgiæ auxilia oppugnandis: nam quæ curatio aut iis, a quibus urina non redditur, aut calculoſis, *cum aliter*, ut Celſus ipſe ait, *ſuccurri non poteſt*, a Chirurgo adhibenda ſit, libro docet 7. capite 26. *Morg. in Epiſt.* 11.

Longe autem lacuna ea in Veneto Codice maior eſt. Nam inter illa: *Si maligna purgatio eſt*; *ſubiicienda ſunt*, atque hæc: *coeuntia. Id faciunt &c.* quæ nimirum verba tot Editiones coniunxere, albæ grandes paginæ relictæ ſunt quatuor cum dimidio. Et ne quis caſu intermiſſas putet, hic quoque in margine eadem, qua cætera, manu ſcriptum eſt: *Deſunt in vetuſtiſſimo exemplari duo folia;* Indicis autem huic

 libro

libro præpositi, quæ pars lacunæ respondet, ac iis, quæ proxime antecedunt & consequuntur, ita nimirum se habet.

CII. *Vola* (legendum *Vulva* vel *Volva*) *exulcerata est.*

CIII. *De Vesica.*

CIV. *De Calculis in Vesica.*

CV. *In omni dolore Vesicæ. Morg. in Epist.* III.

Ibid. In codice mediceo antiquissimo lacuna illa longe vastior est, a verbo scilicet *imponere* p. 222. l. 10. ad *coeuntia* p. 234. l. 2. Atque illa annotatio (*deesse in vetustissimo exempalri duo folia*) est in sex aliis itidem Mediceis codicibus Celsi recentibus quidem, sed A. MCCCCLXV. antiquioribus, et in hoc præstantiori, postquam Pallavicinus sua manu supplevit, quod & in aliis habetur, adiecit quoque: *Præter hæc desunt adhuc in vetustissimo exemplari duo folia.* vid. *Dell' Anatomia Discorso D'Antonio Cocchi Mugellano. Firenze* 1745. p. 88. item Eiusdem opera editi *Græcorum Chirurgici Libri Sorani* &c. *Florentiæ* 1754. p. 52. K.

p. 234. l. 2. *Sunt coercentia.*) *menses evocantia.* Const.

p. 234. l. 7. *Omnibus vesicæ*) *omnibus vulvæ.* Const.

p. 234. l. 8. *Odoribus*) ἀρώματα intellige. *Const.*

p. 234. l. 8. Ad illa verba: *id faciunt etiam albæ violæ,* hæc Almelov. adnotavit: *Mercurialis Variar. Lect. L.* I. *c.* 3. *videtur* olivas *legisse.* Illud tantummodo minus placet, quod hæc ita adnotet, quasi vero præter Mercurialem nemo omnium id legisset; cum ego contra in nullo adhuc libro: *albæ violæ,* sed in omnibus invenerim: *albæ olivæ:* quæ, quoniam, ut ibi ostendit Mercurialis meus, tum ex ipsarum natura, tum ex Medicorum auctoritate; adstringendo utiles sunt; sane hic videntur convenire, ubi & *gummi*, & *passum* laudantur, quocum videlicet Celsus ipse *olivas albas* in eo capite coniunxit, in quo ea, quæ alvum adstringunt, proposuit. *Morg.*

p. 234. l. 16. *At cum urina*) Diabetes, διαβήτης vel ὕδερος εἰς ἀμίδα, διάῤῥοια εἰς οὖρα, διψακός. *Const.*

p. 234. l. 29. *Teneris,*) *tenuibus.* Const.

p. 235. l. 4. *Nimia profusio seminis,*) Gonorrhoea, γονόῤῥοια. *Const.*

p. 235. l. 6. *Profusio seminis.*) Notandum, la pissechaude ex lue venerea falso vocari γονόῤῥοιαν. Neque enim semen emittitur, sed pus aut aquosa quædam. Ea vero me auctore vocari posset fistula. Locus inflammationis sunt παραστάται, qui proprie sunt, quas Latini Antas portarum dicunt, id est, les chassis d'une porte. *Scal.*

p. 235.

p. 235. l. 18. *Nuclei pini*) Omne medium nucleus erat veteribus. Celſus, quem dixi, aliquoties ſimiliter frequentaverat: at hodie *trunculi* reperies corrupte: *Internunculi* vero ſive *nuclei* germanum eſſe, meliorum aliquando codicum opera monſtraſſe ſperabo. *Pontan. ad Macrob. Saturn.* II, 14.

p. 235. l. 18. *Neque alienum eſt.* &c.) Nempe igitur Celſus in nimia ſeminis profuſione (de hac enim agit in eo capite) rutam, quam cæteri laudarunt Medici, ipſe improbaverit? Vi enim ſua; in ſcholiis inquit Almeloveenius; nimium extinguere ſemen poſſet. At quanto veriſimiliora ſcripſiſſet, ſi indicata plerorumque librorum ſcriptura: *præcipueque ex aceto rutam vitare, etiam* (alii habent: &) *ne ſupinus obdormiat;* Lectores monuiſſet, paulo alititer duntaxat interpungendo & Librarios potuiſſe hunc locum corrumpere, & nos poſſe reſtituere, ſi videlicet (quod factum eſſe, nuper vidi etiam in Conſtantini editione, & ad eundem fere modum in Ronſſei enarratione) ſcribamus: *Neque alienum eſt... Cataplaſmata imo ventri inguinibusque circumdare, præcipue ex aceto rutam: vitare etiam, ne ſupinus obdormiat.* Morg.

p. 235. l. 23. *Vitare autem oportet rutam*, &c.) Duo hic præcipit extrema cavenda Celſus, primum ne nimium exſtinguentibus ſemen utatur medicamentis, inter quæ refertur ruta; dein ne ſupinus dormiat, qui ſitus ſeminis fluxum augere ſolet. Ettmuller de ſeminis retentione læſa. An autem *ruta, mentha & aliæ plantæ calidæ venerem adaugeant, hebetent, atque extinguere valeant* iucundiſſime inquirit Caſpar. a Reies; Quæſt. XLIV. Camp. Elyſ. Iucund. Quæſt. p. 309.

p. 235. l. 28. *Initium a coxis faciam*) Ἰσχιάς, iſchiadicus morbus. *Conſt.*

p. 236. l. 1. *Illas*) *alias.* Conſt.

p. 236. l. 15. *Sale calido & humido*) Parandi modus lib. II. cap. 17. *Conſt.*

p. 236. l. 20. Pinzi Iunta & Cæſarius habent *uteri*, reliqui & codex *veteribus.* Loquitur A. de coxarum dolore, de quo proximo etiam capite 23. quo agit de dolore genuum, hæc videtur docuiſſe: *Omnes autem eiusmodi dolores, ubi inveteraverunt, vix citra uſtionem finiuntur.* Morg. *Epiſt.* VI. p. 154.

p. 236. l. 20 *Tribus aut quatuor locis*) VI. Aph. ult. & lib. de morbis exter. *Conſt.*

p. 236. l. 25. *Dirigantur.*) *digerantur*, Vet. *Conſt.*

p. 236. l. 32. *Per hæc opitulantur,*) *per hæc opitulamur.* Conſt.

p. 237. l. 14. *In manibus pedibusque articulorum vitia*) Podagra, Chiragra. *Conſt.*

p. 237. l. 17. *Caſtratos, vel pueros ante feminæ coitum, vel mulieres,*) VI. Aph. 24, 29. 30. *Conſt.*

p. 237. l. 22. *Valetudinem totam*) *valetudinem bonam.* Conſt.

p. 237. l. 24. *Aſinino lotio*) *aſinino lacte.* Conſt.

p. 237. l. 26. *Quidam* (podagrici, Chiragricive) *cum toto anno a vino, mulſo, venere, ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius vitæ conſecuti ſunt. Idque utique poſt primum dolorem ſervandum eſt, etiamſi quievit. Quod ſi iam coofuetudo eius facta eſt, poteſt quidem aliquis eſſe ſecurior his temporibus, quibus dolor ſe remiſit: maiorem vero curam adhibere debent hi, quibus id revertitur; quod fere vere autumnove fieri ſolet.* Quanam, quæſo, ratione poſtrema hæc accipiemus? Num *hi, quibus id revertitur*, ii ſunt, quibus dolor reverti ſolet? At quid attinebat his maiorem curam imperare, quaſi ille aliquis, quem ſecuriorem eſſe iuſſit, non pariter ex iis eſſet, quibus conſuevit reverti dolor? Certe de utriſque dicit: *Si iam conſuetudo eius facta eſt.* Num igitur *hi*, *quibus id revertitur*, erunt ii, quos iam nunc revertens dolor reapſe invadit? At multo minus id attinebat monere; nam quis, reapſe invadente dolore, maiorem neſcit curam eſſe adhibendam? Quid ergo eſt? Una ego literula omiſſa has tantas huic loco offuſas tenebras eſſe, puto. Si enim legamus non *hi*, ſed *his*, aut etiam (nam *ii* lego in vetuſtiſſimo libro ab Nicolao typis deſcripto, quem porro ſecutus eſt iunta) *iis, quibus id revertitur*; perſpicua profecto, & Celſo digna, & cum ſuperioribus, ac conſequentibus verbis apta, & cohærens exſiſtit ſententia, hæc videlicet: Quibus dolor primus deceſſit, ii ſibi diu, atque omnino temperent, neceſſe eſt, ut ne amplius revertatur. Quibus autem ſæpius dolor reverſus eſt, eorum aliquis minus quidem ſibi temperet, licet his anni temporibus, quibus dolore ſolutus eſſe conſuevit; at contra iis temporibus, quibus ſolet redire; id eſt, vere ut plurimum, atque autumno, iis, inquam, temporibus, ſibi podagrici omnes magis temperent, neceſſe eſt: nimirum quia, niſi maiori temperantia conſueto morbo occurratur, maius tunc periculum eſt, ne redeat. *Morg.*

p. 238. l 3. *Quod fere vere autumnove fieri ſolet.*) Hippocr. VI. Aph. 55. *Conſt.*

p. 238. l. 29. *Recteque in aqua*) Hippocr. VI. Aph. 25. *Conſt.*

p. 239.

p. 239. l. 15. *Quod si nihil superimponi patitur,*) Nempe æger. *Const.*

p. 239. l. 24. *Aliave verbena ex reprimentibus*) *Verbena, aliave ex reprimentibus.* Const.

p. 239. l. 33. *Ex quo in Asia lapidi Asio gratia est.*) De lapide Asio, quod gratia illi sit adversus podagram, quod hic Celsus dicit, meminit & Diosc. κατασκευάζονται δὲ καὶ πύελοι ἐκ τοῦ λίθου, εἰς ἃς οἱ ποδαγρικοὶ τοὺς πόδας ἐντιθέντες ὠφελοῦνται. *Cæsar.*

p. 239. l. 33. *Ex quo in Asia lapidi Asio gratia est*) Leg. ex veteri Codice. *Ex quo in Asso sepulcra faciunt.* Et lapidi Asio gratia est ad iuvandum. Lege Dioscorid. & Galen. in simpl. Plin. lib. XXXVI. cap. 17. *Assius lapis* est sarcophagus. *Asius* diversis quibusdam. *Const.*

p. 240. l. 2. *Intra dies quadraginta*) VI. Aphor. 49. *Const.*

p. 240. l. 21. *Quis invalescit,*) *mox convalescit.* Const.

p. 240. l. 27. *Quantum iuvat*) Glossema. *Scal.*

p. 241. l. 5. *In*) In MS. hæc adscribuntur: *Artium Aurelii Cornelii Celsi liber* IX. *idem Medicinæ liber* IV. *explicit feliciter.* Morg.

p. 241. l. 10. *Eam medicinæ partem,*) φαρμακευτικήν. *Const.*

p. 242. l. 17. *Herophilus, deductique ab eo viri*) Convenit cum Græca loquendi ratione καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. *Casaub.*

p. 241. l. 30. *Innexæ*) *connexæ.* Alii *annexæ.* Const.

p. 242. l. 16. *Sanguinem supprimunt.*) Ἴσχαιμα, ut sunt ἐσχαρωτικὰ, adstringentia, ubi aperta vasa, glutinantia, cum rupta, σαρκωτικὰ cum exesa. *Const.*

p. 242. l. 22. *Creta vel cimolia vel figuralis,*) Vel *sigillaris.* Cæsar.

p. 242. l. 23. *Figuralis,*) Alii *sigillaris*, quæ *anularia* & *argentaria* Plinio. Non displicet *figuralis*, quæ vulgaris est, & ἴσχαιμος, quia emplastica. De figulari Plinius lib. XIV. cap. 26. *Const.*

p. 242. l. 24. *Vinum,*) Sane si austerum. *Const.*

p. 242. l. 24. *Melinum,*) Fossile coloris albi, dictum a Melo insula, ex qua & præstans alumen. *Const.*

p. 242. l. 29. *Quæ vulnus glutinent.*) Κολλητικὰ etiam συμφυτικὰ dicta, & interdum ἔναιμα καὶ τραυματικά. *Const.*

p. 242. l. 31. *Acanthinum psyllium,*) Scribo distincte, *acanthinum, psyllium.* Vocat vero Arabicum gummi acanthinum, quia præstantissimum gummi ex Aegyptia spina colligitur, quæ Ἄκανθα Ἀιγυπτία ἢ Ἀραβική, & simpliciter per antonomasiam

masiam ἄκανθα Theophrasto, ut & Latine *gummi*, quod Alexandrinum & Thebaicum vocat Scribonius Largus, κόμμι σκόληκος τὸ λευκὸν Aetius. *Const.*

p. 242. l. 33. *Acanthinum*) Intelligitur *spina Aegyptia*, ἄκανθα Αἰγυπτία. *Scal.*

p. 243. l. 12. *Quæ concoquant & moveant pus.*) Πεπτικὰ καὶ διαπυητικά. *Const.*

p. 243. l. 21. *Quod στόμα Græce dicitur,*) Ἀναστομωτικά, quibus contraria στεγνωτικά. Itaque lego, *quæ ἀναστομωτικὰ Græce dicuntur.* Const.

p. 243. l. 29. *Quæ purgent.*) Καθαρτικά. Const.

p. 244. l. 2. *Sed validior est squama*) *sed validior est sandarachæ, squama.* Const.

p. 244. l. 8. *Sed valentius*) *sed hoc valentius.* Const.

p. 244. l. 12. *Ubique validior est, fel,*) *Utique* Vetus habet, *& fel taurinum.* Const.

p. 244. l. 21. *Quæ rodant.*) Δακτικά, ut omnia acria, amara, salsa, acerba. *Const.*

p. 244. l. 27. *Terebinthina humida,*) *terebinthina liquida.* Const.

p. 244. l. 32. *Sæpius fascia circuire debet*) Galli dicimus; *faire plusieurs tours.* p. 533. l. 8. *Casaub.*

p. 245. l. 2. *Fel,*) Leg. *sal.* Const.

p. 245. l. 3. *Oleumque earum,*) Bis repetitur. Itaque legunt, *ut oleumque.* Σταλτικὰ quædam & πυκνωτικά, quæ molem reprimunt, inter ea, quæ καθαιρετικὰ sunt, improprie conturbavit. *Const.*

p. 245. l. 9. *Cinis Cyprius*) Non Cypri arboris, sed arundinis Cypriæ, quæ *donax* vocatur. *Const.*

p. 245. l. 14. *Lactucæ marinæ,*) Τιθύμαλος, herba lactaria, Latine *lactuca caprina* Plinio. *Esula* aliis: cuius species est tithymalus paralius, sive tithymalis, i. lactuca marina, quam & Plinius *tithymalum marinum* vocat. *Const.*

p. 245. l. 18. *Scissilis,*) Lapis scissilis (qui e lapide chalcite) concretum alumen, στυπτηρία σχιστός. *Const.*

p. 245. l. 19. *Acetum.*) *Acetum* bis miscuit, ut superiori cap. bis *oleum.* Const.

p. 245. l. 30. *Corallium,*) Καυστικὰ complectitur hoc censu, i. ἐσχαρωτικά, καθαιρετικά, & σηπτικά. Sed *corallium* nemo (arbitror) unquam prodidit eius esse facultatis, & experientia reclamat. *Const.*

p. 246. l. 7. *Et id, quo magis coctum.*) Legitur, *& id quoque magis coctum.* Const.

p. 246.

p. 246. l. 15. *Quæ discutiant ea,)* Διαφορητικὰ καὶ ἀραιωτικά. Const.

p. 246. l. 31. *Sordes ex gymnasio)* γλοιὸν intelligit. *Casaub.*

p. 247. l. 2. *Quæ evocent & educant.)* Ἐπισπαστικὰ, ἑλκτικὰ sive ἐξιπωτικὰ, quæ agunt calore iusto, aut ascititio ut ex putredine: vel trahunt a proprietate occulta, i. a tota subst. *Const.*

p. 247. l. 11. *Levent.)* *lævent.* Const.

p. 247. l. 12. *Levat)* *lævat.* Const.

p. 247. l. 46. *Quæ carnem nutriant,)* Σαρκωτικά. *Const.*

p. 247. 18. *Ochra, actice,)* Legend. *ochra Attice*, ut lib. v. in malag. Alii *Atticum* (vel potius *aceton*, id ἀκητὸν ut apud Plinium legi debet, non *acæton*) *mel*, aut *ericæum*. *Acanthicæ*, & *asterisco* nullus hic locus, ne quis frustra se torqueat in antiquis scriptis recta depravando. *Asteriace*, i. Aster Samiæ terræ species, Plin. *Const.*

p. 247. l. 21. *Quæ molliant)* Μαλακτικὰ, quibus admiscet πεπτικά. *Const.*

p. 247. l. 38. *Stibi,)* *stimmi*, vel *stibium*. Const.

p. 248. l. 5. *Quæ cutem purgent.)* Ῥυπτικὰ, ut quæ poros purgant ἐκφρακτικὰ, ἐκκαθαρτικά. *Const.*

p. 248. l. 15. *Quæ ex his)* *quæque ex his.* Const.

p. 248. l. 16. *Ullus)* *unus.* Const.

p. 248. l. 17. *Ex simplicibus)* *ex similibus.* Const.

p. 248. l. 19. *Ita cum)* *itaque cum.* Const.

p. 248. l. 32. *Etiam parvis)* *etiam paucis.* Const.

p. 249. l. 1. Morgagnus *Epist.* VII. p. 195. *in ipsarum* locum præfert *in ipsorum*, qui hæc non videat, alio quam ad curationes referri posse; fatetur tamen & codicem & omnes editiones habere *ipsorum*.

p. 249. l. 2. *Pondus denariorum)* Denarius Latinorum est Atticorum drachma. Nam quemadmodum drachma apud Græcos dividitur in sex ὀβόλους, ita & denarius apud Latinos in sex uncias. Drachma autem valebat Regale unum cum dimidio. *Scal.*

p. 249. l. 2. *In uncia pondus &c.)* Multi sunt, qui de ponderibus & mensuris medicis scripsere, quorum indiculus exstat apud Merklinum in Lindano Renovato. Omnium tamen, si Celsum spectamus, optimus est Ioan. Rhodius, cuius dissertationem *de ponderibus & mensuris veterum, inprimis Corn. Celsi* edidit Th. Bartholinus Hafniæ 1672. quam huic nostræ editioni subiungere ipsa vetat crassities. Ad pleniorem vero ponderum notarum in Celso occurrentium notitiam I. Manardi epistolam, quæ est IV. lib. XVIII. adiicere consultum duximus.

I. MANARDUS

I. PAULO CASTILIONO

S. D.

,,Alexandrum Capelinum, licet antea magna mihi familiaritate coniunctum, tua etiam caufa benigniffime excepi, ,,quantumque pro tempore valui, faluti hominis confului: ,,vix enim duobus diebus apud nos fuit. Ex eo poteris de ,,mea valetudine intelligere. De Celfi vero characteribus ,,quid fentiam, breviter fubfcribam. p. pondo intelligo. X ,,vel * denarium, feptimam videlicet (ut ipfemet feipfum ,,declarat) unciæ partem. Per notas, quæ fequuntur, de- ,,nariorum numerum accipio. Atque ut hæc exempla red- ,,dantur clariora, ubi in primo malagmate lib. v. legitur, ,,*Aeruginis rafæ & thuris fingulorum* p. XII. intelligo accipien- ,,dos fingulorum, æruginis fcilicet, & thuris binos dena- ,,rios. Ceræ vero & fquamæ VIII. fubdit enim XVIII. ficubi ,,vero in antiquioribus exemplaribus, iam diu videlicet ex- ,,cufis, fcribuntur duo χ. ut in malagmate fequente ad ie- ,,cur dolens, per primum intelligo pondus denarii: per fe- ,,cundum, denariorum numerum, ut accipiamus *lacrymæ balfami denarios duos & viginti, & cofti cum reliquis, quæ fequuntur, fexdecim.* Simili modo in Andreæ malagmate ,,i fcribitur p. XXX. intelligendum pondus viginti denario- ,,rum. Idem in fimilibus intelligendum, ita tamen, ut ,,fciamus per p. non femper fimpliciter pondus accipiendum, ,,fed interpretandum pondo, hoc eft, libram: ut in Mofci ,,malagmate, ubi fcribitur p. II. ego duas libras intelligo: ,,nifi forte in exemplari nota defit denarii, ut fcilicet fit le- ,,gendum p. XII. tunc enim duos denarios intelligeremus. ,,Ubi vero p. 12. octavam partem libræ: vel fi χ defit, octa- ,,vam partem denarii: & pro triente, tertiam libræ partem. ,,Legitur & quandoque apud eundem Celfum p. fextantem, ,,ubi ego intelligo fextam libræ partem, binas videlicet un- ,,cias: ficut & per beffem, octo uncias. Hæc habui, alioqui ,,in profitendi munere occupatus: quæ de ponderibus Celfi ,,fcriberem. Si quid vero adhuc in his defideraveris, mihi ,,per literas fignificato. Vale. Ex Ferraria, XII. Kalend. ,,Decemb. M. D. XXXIII.

Ad cæterea vero quæ in Celſo occurrunt intelligenda faciunt Sorani Epheſii verba, quæ ſubiungere idcirco voluimus Cap. XXIII. & Præfatio Plinii de Re Medica.

p. 249. l. 8. *Paulo plus dimidio ſcripulo*) Vel *ſcrupulo*. Cæſar.

p. 249. l. 11. *Paſtillique* (*quos τροχίσκυς Græci vocant*) τροχίσκυς vel τροχίσμυς. *Cæſar.*

p. 250. l. 7. *Aut cerato*) Leg. *ut cerato*, ſic enim ſæpe emplaſtra ceratis emolliuntur, ut 517, 24. nec emplaſtra, ſed & aliud, ut *cervicem liquido cerato molliri* dicit, pag. 250, 12. *Caſaub.*

p. 250. l. 15. *Refrigerare poteſt*,) *refrigerare poſſit*, Vetus. *Conſt.*

p. 250. l. 25. *Malagma ad materiam extrahendam.*) Ἐπισπαστικὸν μάλαγμα. Conſt.

p. 251. l. 1. P. VI.) P. VII. *Conſt.*

p. 251. l. 15. *Tum eo miſcentur.*) Hæc additia. *Conſt.*

p. 251. l. 18. Βάλανον) μυροβάλανον. Vide lib. IV. cap. 9. *Conſt.*

p. 251. l. 26. *Conſumat.*) *abſumat* in Manuſcript. *Conſt.*

p. 252. l. 2. *Cachryos acetabulo*,) Poteſt etiam legi *cauchryos*. Cæſar.

p. 252. l. 2. P. IV.) P. II, *Conſt.*

p. 252. l. 10. *Renibus ſicci*,) *renibus*, *viſci*. Conſt.

p. 252. l. 28. *Ammoniaci, thymiamatis*,) Coniunge *ammoniacum thymiama*, i. gutta Latine, gummi Ammoniacum, τὸ ἀμμονιακὸν θυμίαμα, cuius planta ferulacea ἀγάσυλλις Dioſcor. qui ſpecies duas θραῦμα & φύραμα tradit. *Conſt.*

p. 252. l. 28. *Ammoniaci thymiamatis*) Νάρκαφθον Dioſcorides dicit. Arabes Tigname. Νάρκαφθα vel Νάρκαφθον verba ſunt peregrina. Cæterum ſemper Dioſcorides coniungit hæc duo verba, *ammoniacum thymiama*, ut ab ammoniaco ſale diſtinguat. Quæ ſi hic coniungenda ſunt, habetis exemplum p. 253. l. 17. Sin minus, thymiama erit Νάρκαφθα. *Scal.*

p. 253. l. 9. *Polyarchum*) Vide Cælium Aurelianum lib. II. Curat. Acut. cap. 24. ubi malagma Polyarchium vocat. *Conſt.*

p. 253. l. 11. *Thuris, fuliginis*,) Legito coniunctim, *thuris fuliginis*. Conſt.

p. 253. l. 19. P. III. *.) Ad pondera iſta emendanda conſulendi eſſent veteres codices: quod ubi apud Vitruvium factum eſt, iam nullus dubitationi locus relinquitur. Cæ-

terum *denarius* adiectivum eft, ita ut femper *nummus* intelligendus veniat. *Scal.*

p. 253. l. 24. *Thuris fuliginis*) *thuris pollinis.* Conft.

p. 253. l. 24. *Ammoniaci, thymiamatis*) Lege fine diftinctione. Vide fupra. *Conft.*

p. 253. l. 29. *Sub auctore Medo*) Forte legendum *Medio;* Plinius enim N. H. cap. IV. lib. XX. Medium quendam producit. Galenus adverfus Erafiftratæos cap. 2. pag. 409. Tom. X. Ed. Chart.) Medium quoque citat, quo tamen loco legendum Μηδίας putat Menagius ad Diogen. Laërtium pag. 129. B. qui, an idem fint, an diverfi, hactenus expofitum non eft. Nos nihil certi ftatuere poffumus, expectantes avide Medicorum hiftoriam a viris clariffimis Menagio & Meibomio pollicitam, qui nodum hunc forte fint foluturi.

p. 254. l. 13. *Lactucæ marinæ*) Vide lib. V. cap. 7. *Conft.*

p. 254. l. 18. *Aridæ, aceti,*) *aridæ aceti.* Vide Plinium lib. XXIII. cap. 2. *Conft.*

p. 254. l. 21. P. VIII.) P. V. *Conft.*

p. 254. l. 24. *Vifci, felini ftercoris,*) *vifci feminis, ftercoris.* Sic in meo Codice. Nihil mutandum cenfeo. *Conft.*

p. 254. l. 25. *Felini ftercoris,*) Legendum fortaffe vel *caprini,* vel *bovilli* ex Galeno de ftrumis. *Cæfar.*

p. 255. l. 9. *Carcinodas*) Καρκινοειδῆ vel καρκινώδη. *Conft.*

p. 255. l. 27. *Quæ Attice*) Vide lib. V. cap. 14. Al. *Atticæ.* Conft.

p. 255. l. 28. *Hisque contunditur,*) *hisque cum tunduntur.* Conft.

p. 255. l. 30. *Malagmatis*) *mellis.* Conft.

p. 256. l. 13. *Si fatis*) *fi plus fatis.* Conft.

p. 257. l. 1. *Malagmata ftomachica*) *anaftomotica.* Conft.

p. 257. l. 3. *Quæ* ϛομαχικὰ) Quæ ἀναϛομωτικά. *Conft.*

p. 258. l. 2. *Sine furculis*) Ἀξύλυ dicit Diofcorides & Afclepiades apud Galenum ἐν τοῖς κατὰ τόπυς. *Conft.*

p. 258. l. 20. *Nitri quam ruberrimi*) Mirum, qui dicat ruberrimum effe nitrum, cum viride fit, & in ollas indatur, ad caules viridiores efficiendos. *Scal.*

Hoc Scaligero mirum vifum effe, nobis mirum videtur, cum in Prifcorum fcriptis mentionem rubri, rofei, rufi nitri crebro fieri cernamus. Docta & elegans fed prolixa difputatio vid. in Morgagni *Epift.* VIII. p. 235-37. K.

p. 259. l. 2. *Chamæleontis,*) *chamæmeli.* Conft.

p. 259. l. 23. *Cedri cyathus*) *cedriæ,* i. κεδρελαίυ. *Conft.*

p. 260.

p. 260. l. 12. *Ideoque alipenæ nominantur.*) Vel *aliporæ.* Cæsar.

p. 260. l. 12. *Alipenæ*) ἀλίπαινα. Aëtio ἀλιπαντα. *Conſt.*

p. 260. l. 22. *Alterum ad idem, quod choachon vocant,*) Legendum fortaſſis *choacon*, aut *chiacum*, ut apud Georg. Val. de cura oculi, niſi malis *coacon*, quod inter Hippoc. opera liber habeatur, qui inſcribitur de Coacis prænotionibus, unde nomen deductum videri poteſt. *Cæſar.*

p. 260. l. 22. *Quod* χόακον) *quod* κοάκον. *Conſt.*

p. 260. l. 28. *Ex minio rubet,*) *ex minio ruber.* Conſt.

p. 261. l. 8. *Fuliginis*) *Pollinis* & hic lego. Nam ſi *fuliginis*, quæro, qui perviride & ſmaragdinum eſſe queat? *Conſt.*

p. 261. l. 9. *Quo fuligo*) *quo pollen* i. μάννα. *Conſt.*

p. 261. l. 20. P. IV.) P. XL. *Conſt.*

p. 261. l. 32. *Roſæ,*) *roſæ*, i. roſacei. *Conſt.*

p. 262. l. 6. P. VII. *olei*) P. I. *olei.* Conſt.

p. 262. l. 8. *Tetrapharmacum*) τετραφάρμακον, Baſilicum vocant. *Conſt.*

p. 262. l. 10. *Puri autem movendo non aliud melius, quam quod expeditiſſimum eſt, Tetrapharmacon a Græcis nominatur.*) Τετραφάρμακον, ſic quidem dictum, quod ex quatuor rebus componitur. Sic ἐννεαφάρμακον, quod ex novem rebus conſtet. *Cæſar.*

p. 262. l. 15. *Enneapharmacum*) Ἐννεαφάρμακον. Hori Mendeſii diverſum apud Aëtium XV. *Conſt.*

p. 262. l. 20. *Roſa,*) *ros.* i. roſaceo. *Conſt.*

p. 262. l. 21. *Hyſſopo,*) *oeſypo.* Conſt.

p. 262. l. 25. *Quæ ſi ſingula habenda ſunt, meliora ſunt. Sed in copia*) *cui ſi ſingula addenda ſunt, meliora ſunt: alias deteriora, nec niſi cum utraque opus eſt, aut in ſingulis ſingulorum inopia, utendum venit. Sed in copia* &c. Conſt.

p. 262. l. 25-30. Morgagnus *Epiſt.* VII. p. 184. hæret in voce *ſingula*, dubius, an Celſus ſic præſertim, illa uti voluiſſet, vel magis hæſit, dum attentius in Lindenii editionibus legens, quæ ſequuntur, eaque cum ſuperioribus & mox adiectis contendens, non inveniret ita preſſe apteque ſcripta, ut Celſus ſolet. Et illa quidem ab omnibus editionibus & codice abeſſe vidit, ſed & in iis vitium apparere; habere enim, *quæ ſi ſingula habenda ſunt, meliora ſunt*, ſtatimque illuc tranſire, *ſed in copia*, Cui vitio mederi Conſtantinum per illa in margine adſcripta ſi voluiſſe, quorum parte uſus eſt Lindenius; ſed morbum magis cognoviſſe quam ſuſtuliſſe videri.

videri. Ac si ad id ipsum codice usus sit, se, ait Morgagnus, vereri, ut eiusmodi fuerit, qualem ipse versare vellet; quanquam vitia interdum adeo antiqua sint, ad quæ tollenda satis opis ne a vetustissimis quidem & optimis exemplaribus habere liceat.

p. 263. l. 1. *Aeris* P. XVI.) *æris* P. VI. *Const.*

p. 263. l. 1. *Fuliginis*) *thuris fuliginis.* Const.

p. 263. l. 5. *Fracto capiti accommodatum.*) καταγματικόν. Const.

p. 263. l. 13. *Colophoniacæ,*) Pro *colophoniæ*, ut infra recte. *Const.*

p. 263. l. 17. *Vocant,*) *vocamus*, vel *vocantur.* Const.

p. 263. l. 17. *Expendatur,*) *Expendere* hic quod vulgo *dispensare* unguentarii. *Const.*

p. 263. l. 26. *Baccarum lauri*, διὰ δαφνίδων est ex baccis laurinis. *Cæsar.*

p. 264. l. 10. *Argenti* P. LII.) *argenti.* P. XXXII. *Const.*

p. 264. l. 17. *Capitulorum punici mali,*) *Capitula punici mali* hic cytinos vocat, i. κυτίνους Dioscorid. *Const.*

p. 265. l. 5. *Colophoniacæ,*) Vide pag. 263. *Const.*

p. 265. l. 5. P. CXC.) P. CC. *Const.*

p. 265. l. 10. *Fulinis*) *pollinis.* Const.

p. 265. l. 12. *Ladani*) Auctor ipse propter ladanum lib. V. in cura ulceris vocat emplastrum ex ladano. *Const.*

p. 265. l. 24. *Aceti heminam,*) *aceti stillaticii.* Alii vero *scillitici.* Const.

p. 265. l. 24. *Vini aminei*) *Sunt etiam amineæ vites*, legendum apud Virgilium. *Scal.*

p. 265. l. 30. *Diogenis,*) *Diogesi*, lib. V. cap. 27. *Const.*

p. 266. l. 7. P. XLV.) In meo Cod. P. XXXV. *Const.*

p. 266. l. 15. P. LVI.) P. XLVI. Alii XXXVI. *Const.*

p. 266. l. 24. Λευκα *Emplastra*) Λευκαὶ ἔμπλαστροι. *Const.*

p. 266. l. 29. P. LII.) P. XLII. *Const.*

p. 266. l. 30. P. LVIII. *Const.*

p. 266. l. 33. *Elephantinum emplastrum.*) Est apud Aëtium compositio gemina. Ita vocatur ab eboris candore, ἐλεφάντινον. *Const.*

p. 266. l. 34. P. XX.) P. XXX. *Const.*

p. 267. l. 1. P. LV.) P. XXXV. Cod. P. XLV. *Const.*

p. 267. *Quas* λιπαρὰς) Intelligitur ἐμπλάστρους. Vide lib. II. cap. 24. & supra ἀλίπαντα. Plinius *liparas* etiam vocat lib. XXIII. cap. 9. XXXIII. cap. 6. Sic dicuntur a pinguedine, & oleo, quod λίπα Hippocr. *Const.*

p. 267. l. 16. *Plumbi recrementi,*) Vide lib. V. cap. 15. veram lectionem. *Conft.*

p. 267. l. 29. *Rofæ*) *ros.* i. rofacei. *Conft.*

p. 268. l. 11. *Chalcitis*) *chalciteos.* Conft.

p. 268. l. 14. *Capitulorum mali*) Vide pag. 264. *Conft.*

p. 268. l. 15. *Aceto, fic ubi*) *aceto, ac ubi.* Conft.

p. 268. l. 25. *Polybus*) *Polyidas.* Conft.

p. 268. l. 27. *Sed longe Polybii celeberrimus eft,*) Inter opera Hippocratis liber exftat de affectibus five morbis, quem Galenus Polybio cuidam adfcribit. Citatur & ab Ariftotele libro tertio de natura animalium Polybius quidam, cuius fententiam de venarum ordine inibi explicat cap. item tertio. *Cæfar.*

p. 268. l. 27. *Polybi* Galenus *Polyidæ:* & thus admifcet. Vide Paulum Aegin. lib. VII. cap. 12. & Aëtium lib. IX. cap. 49. *Conft.*

p. 269. l. 1. *Paftillus ad ulcera fordida,*) Pag. 294. lin. 1. lib. V. cap. XXVI. De glutinat. vuln. vocabit hunc paftillum σφραγίδα ἐκρυπτοῦσαν, a vi extergendi. *Conft.*

p. 269. l. 13. *Ad naturalia fordida,*) Galenus lib. III. c. 5. Compofit. Pharmacor. κατὰ τόπους. Paulus Aegin. VII. *Conft.*

p. 269. l. 17. P. I.) P. II. *Conft.*

p. 269. l. 28. *Stibis,*) *ftibii.* Conft.

p. 269. l. 30. *Deliquantur.*) *liquantur.* Conft.

p. 270. l. 14. Πεσσοὺς) πεσσοὶ, *peffi* vel *peffaria.* Lege Paulum lib. III. & VII. cap. 24. *Conft.*

p. 270. l. 19. *Cauneis*) *Cannis.* Alii *cuneis duobus,* i. σφηνίσκοις, linamentis cunei inftar. *Conft.*

p. 270. l. 20. P. I.) P. II. *Conft.*

p. 270. l. 20. *Cauneis*) Sunt *ficus* ita nominatæ a loco, Cauno urbe fc. Cic. Lib. 1. de Divinat. Erant autem exiguæ ficus, quas Aquitani & Provinciales vocant melecas. Dicebant autem Latini *cauneas.* Scal.

p. 270. l. 23. *Unguento fufino*) Huius fufini unguenti confectio fimul cum nomine in Græciam & Italiam delata eft ex Syria. Nam fufan Syriace & Arabice lilium fignificat, quod Hifpani vocant Alfufena. *Scal.*

p. 270. l. 27. *Rofa*) *ros* i. rofaceum. *Conft.*

p. 270. l. 28. P. III.) P. II. *Conft.*

p. 270. l. 29. P. VI.) P. V. *Conft.*

p. 271. l. 1. *Rofæ*) *ros.* i. rofacei. *Conft.*

p. 271. l. 8. *Rofæ*) *ros.* i. rofacei. *Conft.*

p. 271.

p. 271. l. 9. *Ad eiiciendum*) ἐκβόλιον, ſive φθόριον. *Conſt.*

p. 271. l. 10. *Quo facilius eiiciatur*) Ἐμβρυέλκιον eſt inſtrumentum extrahendi foetus ſeu id medicamentis ſeu ferramentis fiat. *Scal.*

p. 271. l. 11. *Malicorium*) Vide an conveniat. *Conſt.*

p. 271. l. 11. *Malicorium*) Legit aliud medicamentum Celſus in auctore, a quo deſumſit, quod proxime ad σίδια accedit, i. e. malicorium; aut certe fallitur. Conſtantinus toto coelo aberrat, qui φθόρια vocat hæc medicamenta & ἐκβόλια, (quæ nonnulli ἐκτρότικα nuncupant) de quibus hic Celſus. Ea enim corrumpunt nondum perfectum foetum. At de quibus hic agitur, ea ſunt, quæ iam perfectum eiiciunt. *Scal.*

p. 271. l. 15. *Vitio locorum*) Dioſcorides τόπȣς vocat, in quo λατινίζει. *Scal.*

p. 271. l. 15. *Si concidere &c.*) Si hæc ita iuncta, ut in pleriſque editionibus, legantur, tanquam aut unum ad morbum, aut unum ad peſſum ſpectarent, cogitare poteſt quiſpiam, num forte ea verba *Si non comprehendit* hoc ſignificent: ſi mulier, quæ vitio locorum concidit, nihil percipit; vel an ſic etiam ſint accipienda: ſi mel contuſis cochleis adiectum eas non ſatis, ut alibi Celſus loquitur, cogit; quo videlicet modo tum Scribonius, (Compoſ. Med. Comp. 70.) *hæc omnia*, inquit, *ſive contuſa, ſive creta diligenter, melle Attico deſpumato comprehendantur*; & alio in loco (Comp. 106. ſic & 88. & 227.) *deinde cæteris miſcentur, quæ & ipſa recipere debent tantum mellis, quantum ſatis erit ad comprehendenda & continenda ea*; tum Vegetius (Art. Veterin. l. 4. c. 27.) *quæ diutiſſime trita, melle optimo adiecto comprehendantur:* Vel denique erit fortaſſe, qui ſic opinetur: feciſſe hic Celſum, quod ubi (L. 7. c. 26. p. 481, 27.) præcepit de extrahendis calculis feminarum, aperte fecit, ut ad Virgines etiam reſpiceret; his igitur non eos peſſos, quos nimirum *non comprehenderent*, ſed tantummodo e leonina adipe, roſa mollita, inunctiones, vel ſi mavis, quæ nunc vocitant *naſcalia* imperaviſſe. Ego vero, ut duas illas priores explicationes, multis de cauſis, quas enumerare neceſſe non eſt, minime probare me poſſe, fateor: ſic ne hanc quidem tertiam tueri velim, propterea quod ſi id Auctor ſpectaſſet; certe (ut alia ſileam) in ſuperioribus quoque peſſis nonnullis adverſus morbos cunctis feminis pariter communes proponendis, Virginum rationem habuiſſet: neque vero habendam ipſi fuiſſe in toto hoc capite, is intelliget, qui peſſorum nomine nihil hic,

hic, nisi *nascalia* præcipi, animadvertet. *Eorum*, inquit, *hæc proprietas est: medicamenta composita molli lana excipiuntur, eaque lana naturalibus conditur.* Quoniam igitur sic connexorum, ut proposuimus, Celsi verborum nulla satis placet sententia; an melior possit exsistere, videndum est ex iisdem in duas, ut ab Lindenio, & Almeloueenio factum est, particulas ita seiunctis, ut singulæ ad singulos tum morbos, tum pessos indicandos pertineant. Cumque omnis vel in sic disiunctis obscuritas oriatur ex illo verbo *comprehendit*; etsi hoc non satis illustratur Synonymo, quod in ora libri sui adscripsit R. Constantinus, *συλλαμβάνεται*, propterea quia non pauciora ferme significat hoc apud Græcos, quam *comprehendit* apud Latinos: mihi tamen causam præbuit suspicandi, an ut apud illos non tantum significat *complectitur*, *capit*, *percipit*, &c. verum etiam interdum *concipit*, qua videlicet ratione ab Aristotele positum invenitur lib. 2. de Generat. Animalium: Sic Celsus, Græcos hic imitatus, eadem scribat significatione, *comprehendit*; ut hæc eius sententia sit: Si mulier non concipit, adeps leonina, oleo rosaceo emollita, ac lana molli excepta subiicienda est: quæ sane explicatio magis probabitur ab iis, qui cum meminerint, non modo apud recentiores aliquos Auctores pinguedinem leonis ad iuvandam Venerem commendari: verum ipsum quoque Aëtium (Tetrabib. 4. Serm. 4. c. 32.) ex eodem oleo in fellis Vesicula leonina servato pessum, seu potius *nascale*, ad conceptionem adiuvandam proposuisse: tum minime ignoraverint, aliqualem ferme Celso Scriptorem Columellam (De Re Rustica l. 4. c. 29.) in re quidem haud ita absimili scripsisse: *brumæ temporibus aliquando insita vitis comprehendit*: & vitis truncus insitus *cum comprehendit*; hoc est, cum indito surculo coaluit intime, sic ut ipsum iam alat: quæ omnia eo fusius exposui, quod ex iis, quæ adhuc consului, Lexicis, aliisque eiusdem modi libris plane intelligerem, quosdam huius verbi significatus ex iis esse, quæ doctorum alioqui Hominum, & in his rebus versatissimorum, magnam quantumvis diligentiam fugerunt. *Morg.*

p. 271. l. 20. *Rosa*) *Ros.* i. rosaceo. *Const.*

p. 271. l. 22. *De medicamentis, quibus aridis utimur.*) ξηράφια vel ξηρία Græcis, & καταπάσματα, sive καταπαστὰ φάρμακα. Vide Aeginetam lib. VII. cap. 13. Parum differunt διαπάσματα, quæ & diapasmata vocat Plinius, quæ odoris gratia insperguntur, & ἐμπάσματα, quæ sudoribus adhibentur, aut

aut ſcarificationis gratia, aut ad pruritum excitandum, Oribaſius. *Conſt.*

p. 271. l. 22. *Quibus aridis neque coactis utimur*) Διαπάσματα ſunt medicamenta in forma pulveris, de quibus hic. Hactenus enim de iis dixit, quæ aliquo liquore comprehenduntur. Nunc vero de iis, quæ inſperguntur, vel de diſperſionibus, quæ διαπάσματα vocantur. Aliud enim eſt, cogere oleo, i. e. incorporare cum oleo, & aliud, excipere oleo, ut puta manus perunctas oleo intingere in pulverem. *Scal.*

p. 272. l. 2. *Ad putrem . . . . . compoſitiones.*) Hæc ſunt ἐκ τῶν καθαιρετικῶν genere, partim ἐκ τῶν συςαλτικῶν. *Conſt.*

p. 273. l. 1. P. * 33. *thuris,*) P. * & 2. *Conſt.*

p. 273. l. 6. *Eſt etiam Hieræ*) Vide h. l. cap. *Conſt.*

p. 273. l. 10. P. XX. *.) P. X. * *Conſt.*

p. 273. l. 30. P. I. *) * P. *p.* 11. *Conſt.*

p. 273. l. 31. *Cocti*) *uſti.* Conſt.

p. 274. l. 1. P. IV. *) * P. *p.* IIII. *Conſt.*

p. 274. l. 12. *Ad ſternutamenta*) Πταρμικόν. *Conſt.*

p. 274. l. 16. P. III. *) V. *Conſt.*

p. 274. l. 18. *Gargarizationes*) Ἀνακογχυλισμοί. *Conſt.*

p. 274. l. 19. *Levandi*) *lavandi.* Conſt.

p. 274. l. 20. *Levant*) *lavant.* Conſt.

p. 274. l. 11. 3. *trifolii*) 3. P. *trifolii.* Conſt.

p. 274. l. 11. P. V.) P. *p.* V. *Conſt.*

p. 275. l. 12. *Silis,*) *ſeſeleos* Conſt.

p. 275. l. 13. *Piperis albi,*) *papaveris albi.* Conſt.

p. 275. l. 15. *Syri,*) *Syriaci.* Vide Diſcorid. *Conſt.*

p. 275. l. 15. *Nardi Syri*) Putabant *ſpicam nardi,* de qua hic loquitur, naſci in *Syria,* eoque nomine *Syram* dicebant, non alia ratione, quam quod inde ad eos ipſa conveheretur. *Scal.*

p. 275. l. 18. *Rotundi,*) Schoenanthi. *Conſt.*

p. 275. l. 18. *Singulorum*) P. V. 1. 3.) Sing. P. *p.* VI. 2. *Conſt.*

p. 275. l. 19. P. VIII. *. 3.) P. *p.* VIII. 2. *Conſt.*

p. 275. l. 26. P. V.) P. *p.* V. Hic ubique cum P. *p.* deletis his * in notis in hoc capite legitur. *Conſt.*

p. 276. l. 1. *Antidotum Mithridatis.*) Μιθριδάτειον. Vide Galen. II de Antidotis, & lib. VII. κατὰ τόπȣς. Plin. lib. XXIII. cap. 18. *Conſt.*

p. 276. l. 6. P. * v. 3.) P. *p.* v. 2. *Conſt.*

p. 276.

p. 276. l. 7. *Acaciæ ſucci*) Plinius ſemper confundit *ſuccum* cum *lacryma*, ita ut hic diligenter advertendum ſit, num *acaciæ expreſſum ſuccum*, an *lacrymam* intelligat. *Scal.*

p. 276. l. 29. *Medulla*) Hæc medulla Hippocrati vocatur ὁ αἰὼν, αἰῶνος, quia putabant vitam in ea conſiſtere veteres. *Scal.*

p. 276. l. 8. P. II. * *aniſi*) P. *p*. 2. *aniſi*. Conſt.

p. 276. l. 12. P. IV. 3. *caſiæ*,) P. *p*. IV. 2. *caſiæ*.

p. 276. l. 12. *Silis, lolii*,) *ſilis, Polii*. Conſt.

p. 276. l. 13. P. * v. 3) P. *p*. v. 2. *Conſt.*

p. 276. l. 15. P. * 3.) P. * VI. *Conſt.*

p. 276. l. 16. P. VI. 3.) P. *p*. VI. 2. *Conſt.*

p. 276. l. 19. P. * V. 33.) P. p. VI. 2. *Conſt.*

p. 276. l. 19. *Radicis Ponticæ*) Rhapontici. *Conſt.*

p. 276. l. 21. P. * VIII. 3.) P. *p*. VII. *Conſt.*

p. 276. l. 33. P. * II. 33.) P. *p*. II. 22. *Conſt.*

p. 277. l. 1. De Ammonico poſt illa a doctiſſimis viris ſupra dicta animadverto, Lindenium p. 253. l. 17. & alibi ſæpius verba *ammoniaci thymiamatis* coniunxiſſe, quæ in tot locis editiones priores omnes ſeparant. Separandi occaſionem haud dubie dedit Celſus ipſe, qui & verbo *ammoniaci* ut in hoc loco, ita alibi quoque ſæpius, ſolitarie poſito utitur. Coniungenda tamen eſſe Celſus videtur eo docere, quod *thymiama* ſolitarium nusquam legitur, & pondus *ammoniaci thymiamatis* p. 331. l. 20. ſimpliciter ponitur, non adiecto verbo *ſingulorum*. Sed quid ſit *Ammoniacum thymiama* fortaſſe quæſiveris. Apud Dioſcoridem nunc in textu græco *edit. Colon.* A. MDXXIX. hæc verba coniunctim ſcripta lego, inſcriptio vero capituli habet *Ammoniacum* ſolitarie poſitum. Deſcriptio pharmaci docet, illud thymiama, quod Romani alias *guttam ammoniacam* vocarunt, fuiſſe ipſum *Gummi Ammoniacam*. Præterea in Galeni L. II. *ad Glauc.* C. IV. lego. ,,Poſtquam autem partem fovimus, medicamentis ex prædictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miſcendo nonnunquam bdellium Scythicum, maſtichen Aegyptiam, & *Ammoniacum* thymiama vocatum; quod pingue & non vetuſtum eſſet, ſimiliter & chalbanen. Et poſtquam per hæc præparatum fuerat, ſolvens ammoniacum pinguiſſimum in acerrimo aceto circumlinivi totum femur,,. Hic locus claſſicus eſt. Nam & ammoniacum thymiama ammoniaco idem eſſe, & vix ab eo, quo hodie utimur, gummi ammoniaco differe liquido docet. Vide etiam *Paulum* L. VII. K.

p. 277. l. 2. P. IV. 3.) P. *p*. III. 2. *Conſt.*

p. 277. l. 3. P. V. 21.) P. *p*. VII. *Conſt.*

p. 277. l. 4. P. IV. *Alexandrini*) P. *p.* XIV. *aromatici.* Conſt.

p. 277. l. 8. Ἐνῶδες) Ἐλαιῶδες) legitur in veteri exemplari. *Conſt*

p. 277. l. 15. *Roſæ*) *ros.* i. roſacei. *Conſt.*

p. 277. l. 23. *Olei cilicini*) *Cicini* legendum fortaſſis, ſed & *cilicini* poteſt, vel *cilicii*, propterea quod Galenus in quodam operum ſuorum mentionem facit olei, quod ab ipſo *capnolæum* vocatur, quod quidem in Cicilia fit, unde & dictum videri poteſt a Celſo, *oleum Cilicinum.* Cæſar.

p. 277. l. 26. *Roſa*) *ros.* i. roſaceum, ut hic cyprus pro oleo cyprino. *Conſt.*

p. 277. l. 28. *Ad ſacrum ignem.*) Sacer ignis, ζωστὴρ, & ζώνη, Scribonio Largo. *Conſt.*

p. 277. l. 32. *Sil vocatur,*) De ſile vide Plinium lib. XXXIII. cap. ult. Hoc pigmentum eſt: aliud *ſil* i. ſiler in ſtirpium cenſu, ut infra cap. 25. *Conſt.*

p. 278. l. 3. *Catapotium ad ſomnum*) καταπότιον ὑπνωτικόν. *Conſt.*

p. 278. l. 10. *Poteſt tamen etiam ad concoquendum,*) πεπτικόν. *Conſt.*

p. 278. l. 11. *Papaveris*) i. opii, τῦ ὀπίυ. *Conſt.*

p. 278. l. 30. *Locoram*) i. vulvæ. *Conſt.*

p. 278 l. 32. *Silis,*) vide pag. 277. *Conſt.*

p. 279. l. 1. P. II. *) P. *p.* II. *Conſt.*

p. 279. l. 3. *Iunci rotundi floris,*) σχοίνυ ἄνθυς, *ſquinanti* ut vocant. *Conſt.*

p. 279. l. 9. *Ad multa valens*) πολύχρηστον. *Conſt.*

p. 279. l. 10. *Quin etiam ſilveſtris papaveris, &c.*) Exiſtimaſſem forſitan, Celſum ita ſcripſiſſe, ut Scribonius Largus: (Compoſ. Med. Comp. 83.) *faſciculus*, *quantum manu comprehendi poteſt*; niſi continuo primum illud verbum rurſus poſuiſſet: *Ubi*, inquit, *iam bene manipulus is coctus eſt.* Itaque cum papaveris manipulus idem ſit ac quod manu comprehendi poteſt, ideoque & Ovidius (De Medicam. Facili) & Plinius (Nat. Hiſt. Lib. 25. Cap. 5.) & Palladius (De Re Ruſt. Lib. II. Tit. 14.) ut manipulum ſignificarent, ille quidem dixerit:

Arentisque roſæ quantum manus una prehendat;

alter vero: Mercurialis herbæ *quantum manus capiat*; poſtremus autem: *buxi folia, quantum manus ceperit*, videtur profecto Celſus poſt illa: *papaveris, cum iam ad excipiendam lacry-*

lacrymam maiurum est; vel ſcripſiſſe: *quantum manu comprehendi poteſt, in vas demittitur,* vel potius: *manipulus in vas demittitur*; ſic ut ea verba: *quantum manu comprehendi poteſt*, explicationis cauſa in ora alicuius veteris Libri adſcripta, imperitia Librariorum inter ipſius Celſi verba recepta ſint: quod quidem & in aliis deſcribendis Auctoribus haud raro accidiſſe, notum eſt, & ſæpe in noſtro hoc contigiſſe, cum Lindenius (Epiſt. ad Lect.) animadvertit, tum Rhodius (In Scribon. Compoſ. 4. & 104.) nonnullis prolatis exemplis indicavit. *Morg.*

p. 279. l. 19. *Infrixit*) *refrixit.* Conſt.
p. 279. l. 26. *Roſa*) *ros.* i. roſaceo. *Conſt.*
p. 280. l. 6. P. *. 3.) P *p.* 2. *Conſt.*
p. 280. l. 7. P. 1. *) P. 1. *libra mellis.* Conſt.
p. 280. l. 14. P. 1. *) P. *p.* 1. *Conſt.*
p. 280. l. 15. P. IV.) P. *p.* IV. *Conſt.*
p. 280. l. 18. *Ad tuſſim*) βηχικόν. *Conſt.*
p. 280. l. 19. *Ad tuſſim Athenionis,*) De Athenione quodam, ſed non Medico (reor) habes in vita Maximini, patris & filii, apud Iulium Capitolinum. *Cæſar.*
p. 280. l. 30. P. 1. * *myrrhæ,*) P. *p.* 2. *Conſt.*
p. 281. l. 3. P. * 3.) P. *p.* 2.
p. 281. l. 6. *Colice*) Κωλικὴ δύναμις ἢ ἀντίδοτος. *Conſt.*
p. 281. l. 7. *Colice vero Caſſii ex his conſtat,*) *Colicæ* legendum arbitror, ut ſubaudias *ægritudini*, ut hic ſenſus habeatur, *Catapotium Caſſii adverſus Colicam*, ſive *adverſus colicam ægritudinem.* Cæſar.
p. 281. l. 16. *Infantem vero mortuum, aut ſecundas expellit*) Ἐκβόλιον ἢ φθόριον *Conſt.*
p. 281. l. 21. *Ieiunæ*) *ieiunis.* Conſt.
p. 281. l. 22. *Ad adiuvandum vocem.*) Ἀρτηριακή. *Conſt.*
p. 281. l. 25. *Adverſus difficultatem urinæ*) Διουρητική. *Conſt.*
p. 281. l. 32. *Coenato*) *incoenato.* Conſt.
p. 282. l. 2. P. 1. *) P. *p.* 1. *Conſt.*
p. 282. l. 2. P. 1. *) P. *p.* 1. *Conſt.*
p. 282. l. 5. P. 1. *) P. 1. *Conſt.*
p. 282. l. 9. *Et adiicitur*) *& ei adiicitur.* Conſt.
p. 283. l. 5. *Nec ſubire ſpeciem eius,*) Vel *ſpem.* Cæſar.
p. 283. l. 5. *Speciem*) *ſuſpicionem.* Conſt.
p. 283. l. 6. *Peremit*) *interemit.* Conſt.
p. 283. l. 9. *Rem*) *ſpem.* Conſt.

p. 283. l. 14. *Promptæ rei,*) i. facilis atque expeditæ curationis. *Conſt.*

p. 283. l. 11. *Servari non poteſt,*) Lege Hippocr. lib. VI. Aph. 18. & lib. de Vulnerib. *Conſt.*

p. 283. l. 26. *Vix autem ad ſanitatem*) Hippocr. VI. Aph. 18. *Conſt.*

p. 284. l. 1. *In alis vel poplitibus mucro deſedit.*) Alias *deſcendit.* Cæſar.

p. 284. l. 9. *Inanibus locis,*) Inania loca, i. ilia, κενεῶνες Hippocr. Dicuntur & λαγόνες. Vide Galen. Comment. III. de Articul. II. Prognoſt. *Conſt.*

p. 284. l. 9. A Lindenio omiſſa, ab aliis vero poſita verba *vel in articulis* ſcribenda eſſe ex Sect. 28. h. Cap. intelligi, monet Morgagnus *Epiſt.* V. p. 144.

p. 284. l. 10. *Muſculum,*) Eius caput vel finem. Id enim vulnus pravum. Galen. Comm. Aph. 66. lib. V. *Conſt.*

p. 284 l. 23. *Exciſum eſt,*) *abſciſſum eſt.* Conſt.

p. 284. l. 25. *In orbem*) *curva.* Conſt.

p. 285. l. 18. *Penitus*) *penitius.* Conſt.

p. 285. l. 22. *Signa percuſſi cordis.*) *Corde percuſſo.* Paulus Aegineta lib. VI. cap. 88. *Corde vulnerato, iuxta mammam ſiniſteriorem* &c. *Conſt.*

p. 285. l. 24. *Vena*) Venæ hic veterum more pro arteriis, ut φλέβες apud Hippocr. Ergo venarum motus i. arteriarum pulſus langueſcunt. *Conſt.*

p. 285. l. 26. *In rotato corpore*) *in ægroto.* Melius *irritato.* Nam in vetuſto Codice, *irrotato.* Conſt.

p. 286. l. 9. *Os intentum.*) i. ſublatum. Quia coguntur elatis ſcoptulis opertis ſpirare, affectis & muſculis tranſpirationis & transverſo ſepto per conſenſum. *Conſt.*

p. 286. l. 25. *Et femoribus*) *& feminibus,* in Cod. *Conſt.*

p. 286. l. 26. *Pars per naturam*) Eleganter non minus quam honeſte genitales partes naturam vocavit. Sic etiam Cicero de Divination. l. II. c. 70. *Parere quædam matrona cupiens, dubitans, eſſetne prægnans, viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam.* Sæpius Plinius aliique. Hippocrates vero ea ſignificatione uſus eſt verbo φύσις. Heſychius Ἐσχάραι, πυραὶ ἐπὶ ἐδάφυς ἀνθρακιαὶ, καὶ αἱ τῶν γυναικῶν φύσις ἐξώσραι τετράγωνα. Hieron. epiſt. 61. *Pars corporis noſtri ſecretior* φύσις*, a nobis natura dicitur.* Uſurpaturque hæc vox tam de muliebribus quam virilibus partibus uti in commentario ad Carm. XXXVIII. Priap. videre eſt.

p. 286.

p. 286. l. 27. *Quædam obtumescunt,*) *quædam obmutescunt.* Conſt.

p. 286. l. 34. *Sin*) *Enimvero ſi,* Cod. *Conſt.*

p. 286. l. 34. *Cerebrum,*) Vide Hippocr. lib. I. de Morb.

p. 287. l. 2. *Bilis vomitus inſequitur.*) Paulus lib. VI. cap. 88. Hippocr. lib. VI. Aph. 50. alia ſigna adiiciunt, ut febrem vehementem, capitis dolorem, oculorum inflammationem cum linguæ rubore. *Conſt.*

p. 287. l. 4. *Ignorant.*) *non audiunt.* Conſt.

p. 287. l. 6. *Moventur.*) Cod. *commoventur.* Nec habet *atque.* Conſt.

p. 287. l. 13. *Ubi ſtomachus*) Paulus lib. VI. cap. 88. *Ex ventriculo chylus, ex inteſtinis ſtercus egreditur.* Conſt.

p. 287. l. 16. *Venarum*) Hic & pro arteriis. Vide ſupra de iecinore pag 285. *Conſt.*

p. 287. l. 23. *Indureſcunt,*) *intumeſcunt.* Conſt.

p. 287. l. 29. *Medulla*) Hæc medulla Hippocrati vocatur ἡ αἰὼν, αἰῶνος, quia putabant vitam in ea conſiſtere veteres. *Scal.*

p. 287. l. 29. *Diſcuſſa,*) *percuſſa,* Vet. Al. *diſciſſa.* Conſt.

p. 288. l. 6. *Veſica vero*) Paulus lib. III. cap. 45. *Conſt.*

p. 288. l. 19. *Sanies*) ἰχώρ. *Conſt.*

p. 288. l. 20. *Varie*) *varia.* Conſt.

p. 288. l. 21. *Albiſſimumque,*) *albidiſſimumque.* Cod. *Conſt.*

p. 288. l. 28. *Vel meliceria*) *Vel* μελίκηρος. Cod. *melicera.* Conſt.

p. 288. l. 32. *Craſſior, & glutinoſior,*) *craſſa & glutinoſa et.* Conſt.

p. 289. l. 3. *Quaſi unctum*) *quaſi unguinoſum.* Conſt.

p. 289 l. 9. *Rubens,*) *ruber.* Conſt.

p. 289. l. 15. *Igitur*) *quoque.* Conſt.

p. 289. l. 32. *Melius eſt, quo minus eſt, quo craſſius,*) Infra cap. XXVIII. pag. 321. *Conſt.*

p. 290. l. 6. *Quo minus etiam,*) *quo minus eius.* Conſt.

p. 290. l. 8. *Curatio adv. profuſionem &c.*) De vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur. *Caſaub.*

p. 290. l. 32. *Decurritur, potius*) *decurritur his potius.* Conſt.

p. 291. l. 1. *Circaque*) *intraque.* Conſt.

p. 291. l. 3. *Ut & in ſe ipſæ coëant,*) *ut in ſe iunctæ coëant.* Conſt.

p. 291. l. 6. *Ex eo loco,*) In fronte duo musculi, quorum obliquæ fibræ: quin & in fronte mittitur ramus ex tertio coniugio nervorum. *Const.*

p. 291. l. 10. *A diversa*) *ab adversa* vel *aversa.* Const.

p. 291. l. 16. *Ea*) *eaque.* Const.

p. 291. l. 26. *Musculus*) *nervus.* Galenus cap. 9. lib. III. si musculi capite puncto convulsio accidat, quæ nullis remediis leniatur, idem faciendum tradit. *Const.*

p. 291. l. 32. *Vel exhausto*) Venæ sectione. *Const.*

p. 292. l. 19. *Inhærebit*) *inhæret.* Const.

p. 292. l. 33. *Acia,*) *Acia*, ῥάμμα, filum. Titinius, *Phrygio sui primo, beneque id opus scivi. Reliqui acus, aciasque hero atque heræ nostræ.* Const.

p. 293. l. 4. *Transivit*) *transuit.* Const.

p. 293. l. 5. *Iniectum vinculum*) *iniecta fibula.* Const.

p. 293. l. 8. *Illam*) *ullam.* Const.

p. 293. l. 9. *Qua*) *quatenus*, Vetus. *Const.*

p. 293. l. 13. *Concreverit*) In pus scilicet: vel lege, *coiverit.* Const.

p. 293. l. 22. *Dum manet,*) *dum madet.* Const.

p. 293. l. 29. *Proposui*) Cap. 20. h. l. init. *Const.*

p. 293. l. 30. *Barbarum*) Describitur cap. 19. h. l. sect. 1.

p. 293. l. 32. *Polybi*) Vide ibid. sect. 2. *Const.*

p. 293. l. 33. *Alexandrinum*) Describitur ibid. sect. 17.

p. 294. l. 1. ῥύπτουσαν) Vel ἐκρύπτουσαν, nempe σφραγῖδα. Describitur pag. 269. hoc titulo Pastillus ad ulcera sordida. *Const.*

p. 294. l. 12. *Proposui*) Pag. 264.

p. 294. l. 14. *Impositum, quo id iuvetur,*) *imposito, quo adiuvetur.* Const.

p. 294. l. 20. *Lintea*) *Linea* quidam legunt. *Const.*

p. 294. l. 32. *Cancro*) *gangræna.* Const.

p. 294. l. 33. *Circuire*) Gallice *faire plusieurs tours.* Casaub. Vid p. 533. l. 8.

p. 294. l. 34. *Inferioribus*) *inferior.* Const.

p. 295. l. 3. *Illo neminem, porro neminem.* Const.

p. 295. l. 3. *Ut*) ὡς, i. ὅτι. *Const.*

p. 295. l. 4. *De quibus*) *ab iis, de quibus.* Const.

p. 296. l. 8. *Rigor, aut distentio, quæ ex vulnere orta est, eam non*) *rigorem aut distentionem, (quæ ex vulnere orta est) ea non.* Vide Hippocr. Aph. 57. lib. IV. & 26. lib. II. *Const.*

p. 296.

p. 296. l. 10. *Vomitus*) Vide Aph. 50. lib. VI. *Const.*

p. 296. l. 22. *Ex aqua frigida est,*) Hoc repugnat Aphor. 20. lib. V. *Const.*

p. 296. l 22. *ex aqua frigida*) Videtur ex hoc loco sibi contradicere auctor, siquidem l. III. c. 6. dixit frigida inimica vulneri, uti etiam docet Hippocrates Aph. V. 20. Quin mox præcipit ipse saniem aqua calida removendam, quoniam calor naturæ prodest. Sed scitissime Celsus aquam frigidam commendat, quia sanguinis timenda in vulneribus fluxio est, transtulitque hunc locum ex Hippocr. libr. de humid. usu T. XI. 27. τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον, πλὴν ὁπόσα αἱμοῤῥαγέειν ἐλπίς. Celsus pag. 293. *Levis plaga iuvatur etiam, si ex aqua frigida expressa spongia imponitur.* Confirmat hoc experimentum, quod refert Doct. Caspar. Bartholinus *Exercitatione* VII. *p.* 129. Panarol. Pentec. V. Obs. 27.

p. 296. l. 24. *Quinto iam die*) *quinto tamen die.* Cod. *Const.*

p. 297. l. 4. *Ea, quæ pus moveat*, scil. imponenda sunt, quod in linea præcedente præceptum est. K.

p. 297. l. 9. *Coloremque*) *caloremque*, Cod. *Const.*

p. 297. l. 13. *Maximeque si grande vulnus est, tetrapharmacum: si in articulis, digitis, locis chartilaginosis, rhypodes. Post id fomentum, si lata plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet, & si latius*) *Post id fomentum si late plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet: maximeque si grande vulnus est, tetrapharmacum: si in articulis, digitis, locis chartilaginosis, rhypodes: ac si latius* &c. *Const.*

p. 297. l. 23. *Visenda*) *dicenda.* Const.

p. 297. l. 24. *Præcisi nervi*) Nervi, tendines, membranæ, ligamenta. *Const.*

p. 297. l. 27. *Ea transversa*) *& ea transversa.* Const.

p. 297. l. 32. *Magis quoque maiores*) *magisque quo maiores.* Const.

p. 298. l. 2. *Tumor durus diu permanet,*) Durus permanet ex reliquis inflammationis immodice resolutæ, aut scyrrho aut grandiore cicatrice. *Const.*

p. 298. l. 6. *Maior tamen*) Hoc vitium ἀγκύλη lib. V. cap. 18. sive ἀγκύλωσις, cui opponitur ὀρθόκωλον. *Const.*

p. 298. l. 12. *Si in inflammatione est,*) *si in eo inflammatio est.* Const.

p. 298. l. 32. *Vel enneapharmacum*) *vel tetrapharmacum, vel enneapharmacum.* Quod pag. 262. *Const.*

p. 299. l. 15. *Rosa,*) i. rosaceo. *Const.*

p. 299. l. 20. *Sed iam plenioribus.*) *ſed etiam pleniores.* Conſt.

p. 299. l. 25. *Aut ſi plaga*) *at ſi plaga.* Conſt.

p. 299. l. 33. *Plus*) Carnis. *Conſt.*

p. 300. l. 19. *Cancer*) *gangræna.* Conſt.

p. 300. l. 23. *Decernitur*) *diſcernitur.* Conſt.

p. 300. l. 25. *ſeqq.* Locum hunc mire depravavit Lindenius, cum autea in Manutiorum editionibus ita, ut fide veterum librorum correxi, legerentur. Deſcripſit autem hic, vel potius depinxit Celſus, quam hodie humidam vocant, gangrænam. Quædam, ſed non omnia ante Morgagnus notaverat. Qui & *Epiſt.* VII. p. 205. recte monet, Galenum & Hildanum, quos Almelooveenius, in ſubiecta nota excitat, de eo, quod hodie cancrum vocamus, vitio, Celſum vero de gangræna & ſphacelo verba facere. K.

p. 300. l. 28. *Intenditur*) *extenditur.* Conſt.

p. 300. l. 31. *Interdum etiam nervi*) Eſt σφακελός. Conſt.

p. 301. l. 1. *Modo oritur*) Eſt νόμη καὶ φαγέδαινα. Conſt.

p. 301. l. 7. *ſeqq.* Hunc etiam locum mire habuit Lindenius. Omnes veteres libri habent ſic, ut natura docet & ego correxi. K.

p. 301. l. 9. *Puſtulis*) *puſulis.* Conſt.

p. 301. l. 28. *Incidendum eſt*) *excidendum eſt. Concidendum eſt*, Cod. *Conſt.*

p. 301. l. 30. *Si varicula*) *ſi caruncula.* Conſt.

p. 301. l. 31. *Quæ bis*) *quæ has* vel *hoc.* Conſt.

p. 302. l. 2. *Non vult,*) *nolit*, Cod. *Conſt.*

p. 302. l. 3. *Quod ex ladano*) Deſcribitur pag 265. *Conſt.*

p. 302. l. 10. *Cervices*) *cervicem.* Conſt.

p. 302. l. 15. *Pluviali*) *pluviatili.* Conſt.

p. 302. l. 16. *Cupreſſo*) Pro galbulis (ſive globulis) piluliſque cupreſſi. *Conſt.*

p. 302. l. 17. *Lenticulam.*) *lenticula.* Conſt.

p. 302. l. 20. *Si per ſe refrigerantia.*) Remedium hoc convenit, cum nimia refrigeratione Eryſipelas livet, & diaphoretica poſtulat. *Conſt.*

p. 302. l. 23. P. XX. P. XXII. *. XXXII. *Conſt.*

p. 302. l. 25. *Solani folia*) Remedium hoc prodeſt, ubi immodica refrigeratione Eryſipelas ſcyrrhoſum effectum eſt. *Conſt.*

p. 302. l. 31. *Si magis putre eſt,*) Vide Hippocr. lib. VII. Aph. 20. *Conſt.*

p. 303.

p. 303. l. 4. Eas *ἐσχάρας Græci vocant.*) Suidas: Ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι λυκοῦργος καὶ ἀμμώνιος, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱδρυμένην, ἢ κοίλην, παρ' ὃ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν σώματι κοῖλα ἕλκη ἐσχάρας καλεῖν. *Cæſar.*

p. 303. l. 4. Eas ἐσχάρας), ἐσχαρωτικά. *Conſt.*

p. 303. l. 11. *Gangrænam*) Gangrænæ curatio chirurgica pag. 485. lib. VII. cap. 27. *Conſt.*

p. 303. l. 23. *Intentione*) *extenſione.* Conſt.

p. 303. l. 25. *Concidere.*) Al. *excidere*, non muto. Sic in Cod. pag. præc. ut habet recepta lect. Hoc cap. ſect. 32. *Conſt.*

p. 303. l. 29. *Gravia quoque,*) Gravia hoc loco βαρῆ, i. χαλεπά, moleſta, quia malum irritant. Itaque quam leniſſimis (ſic enim legendum putant) utendum eſt. Reprimentia, id eſt, quæ coercent, aut humoris affluxum aut putredinis vitium: quod quia adſtringendo (puta) id faciunt, ideo moleſta ſunt, malumque exacerbant. Alii aliter gravia de pondere, negantque lenia congruere. *Conſt.*

p. 304. l. 7. *Ideoque etiam corpus adſtringant,*) Alias *eidemque.* Cæſar.

p. 304. l. 12. *Sic tamen*) *ſed tamen.* Conſt.

p. 304. l. 16. *In eo vulnus,*) *in eo ulcus.* Conſt.

p. 304. l. 19. *Serpere his cancer*) *ſerpere is cancer.* Conſt.

p. 304. l. 21. *Corporis*) Lege *corpori.* Caſaub.

p. 304. l. 26. *Vulnerum*) *ulcerum.* Conſt.

p. 305. l. 1. *Supponere:*) *ſuperponere.* Conſt.

p. 305. l. 1. *Quare* λιπαρά eſt.) *Qualis* λιπαρά. Intelligitur ἔμπλαστρος. Vide ſupra cap. 19. ſect. 25. *Conſt.*

p. 305. l. 15. *Fieri*) *velli.* Cod. *Conſt.*

p. 305. l. 22. *In filice eſt.*) *In filicis aſſula eſt.* Vide Plinium lib. XVIII. cap. 6. & lib. XXIV. cap. 11. *Conſt.*

p. 505. l. 22. *In filice*) Vera lectio: *in filicis haſtula.* De filice impacta corpori & arundine eadem habet *Marcellus de Medicam.* cap. XXXIV. & *Plinius* XXXIV, XI *Caſaub.*

p. 305. l. 28. *Priori rei Philocratis,*) Supra cap. 19. Sect. 14. *Conſt.*

p. 305. l. 29. *Huic Hecatæi*) Ibid. Sect. 15. *Conſt.*

p. 306. l. 11. *Unguenti*) *Glandis unguentariæ.*) Alii *ſuſini*, quo utitur Dioſcorides in cicatricibus. *Conſt.*

p. 307. l. 6. *Sequitur, ut de his* (vulneribus) *dicam, quæ morſu fiunt, interdum hominis, interdum ſimiæ, ſæpe canis, nonnunquam ferarum, aut aliorum animalium, aut ſerpentium. Omnis autem feræ morſus habent quoddam virus.*) Po-

ſtrema verba cum in libris editis ab Nicolao, itemque a Manutiis & MS. Cod. ad hunc modum ſcripta ſint: *Omnis autem fere morſus habet quoddam virus*, imo a Manutiis ſcriptum ſit *fere;* miror, Almeloveenium hos potius non eſſe ſecutum, præſertim qui hic laudet Panaroli pentec. 2. Obſervationem 32. (legendum eſt 42.) quæ eſt *de Mulieris morſu venenato*, cui addere ex Hildano (Cent. 1. Obſ. 84. 85. & Cent. 4. Obſ. 87.) alias potuiſſet idem oſtendentes, morſum videlicet hominis aut eſſe virulentum, aut certe, ut Plinii (Natur. Hiſt. Lib. 28. cap. 4.) verbis utar, *inter aſperrimos* non iniuria numerari; quæ etiamſi non ita ſe haberent, neque Serenus Samonicus (De Medic. Præc. Cap. de Hominis ac ſimiæ morſu.) qui reſpexiſſe ad hunc Celſi locum videtur, ſcripſiſſet:

Sive homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum;

Celſus tamen ipſe per ſe iſtam ſibi ſcripturam aſſereret. Cum enim poſt ea, de quibus agimus, verba, hæc continuo ſubiecerit: *itaque ſi vehemens vulnus eſt, cucurbitula admovenda eſt*; hæcque, ut tota reliqua prima ſectio, de omnibus univerſe morſibus ſint neceſſario accipienda; neque enim alioqui de hominis ac ſimiæ morſibus, velut eſt pollicitus, in toto capite verba faceret; neceſſe profecto eſt, ut non modo omnis feræ, ſed etiam omnium animalium morſum fere virus quoddam inferre, poſuerit, quod videlicet cucurbitula ſit extrahendum. *Morg.*

p. 307. l. 14. *Diogeſi*) *Diogenis*. Supra cap. 19. ſect. 20. *Conſt.*

p. 317. l. 16. *Viride Alexandrinum*) Ibid. ſect. 17. *Conſt.*

p. 307. l. 20. *Manus*) Alii poſtponunt voci *digitis*. Conſt.

p. 308. l. 19. *Proviſam*) *præviſam*. Conſt.

p. 308. l. 29. *Quod primo loco poſui*) Supra cap. 23. ſect. 1. *Conſt.*

p. 308. l. 33. *Et ſi iam*) *at ſi iam*. Conſt.

p. 309. l. 1. *Curationes communes &c.*) Curationes hæ Græcis Θηριακὰ, Latinis, ut Tertulliano, *Scorpiaca*. Scal.

p. 309. l. 9. *Super vulnus*) *ſupra vulnus*. Conſt.

p. 309. l. 21. *Pſylli*) Bochart. Hieroz. T. 2. l. 4. c. 19. p. 587.

p. 309. l. 21. *Pſylli*) Miramur vulgo cum legimus, eſſe, qui venenatas beſtias, & ſerpentes tuto tractent, & eorum venenum adimant. Deſinet mirari, qui *Celſi* hæc legerit. Sed & *Dio* quoque *Pſyllis* aliud nihil rribuit, quam τὸ ἐκ-

μυζᾶν.

μυξῶν. Hodie ſimilis gens vagatur per Italiam, quæ a. D. Paulo originem generis ſtulte refert. *Caſaub.* De Pſyllis vide Turneb. Adverſ. XVI. 6. Ettmuller. ad Schroder. p. 184.

p. 309. l. 22. Quod Redius illuſtravit. *Morg.*

p. 309. l. 23. *Venatoria venena*) Utebantur herba Helenio, non tamen noſtrate; alii dicunt Velenium, v. g. Apollinaris, quia veteri lingua Druidum Belen Apollinem ſignificat. Hæc herba tingebantur ſagittæ. Inde τοξικὸν etiam dicebatur. Et ſagittæ dicatæ erant Apollini. Herod. Tertull. Aſon. *Scal.*

p. 309. l. 24. *Quibus Galli præcipue*) Hoc toxicum fiebat ex Limeo herba a Gallis dicta. Plinius lib. XXVII. cap. 11. *Conſt.*

p. 309. l. 33. *Illud*) *ille.* Conſt.

p. 310. l. 12. *Quæ ſupra comprehenſa ſunt.*) Cap. 19. h. l. *Conſt*

p. 310. l. 14. *Epheſium,*) Deſcribitur ibid. ſect. 21. *Conſt.*

p. 310. l. 28. *Quod demonſtraſſe dicitur*) Vide ſimilem hiſtoriam apud Plinium lib. XXIII. cap. 1.

p. 311. l. 3. *Spumet.*) *Spumare* hic eſt ζυμοῦσθαι, i. fermentari. Gal. de atra bile. *Conſt.*

p. 311. l. 17. *Herbæ ſolaris*) σκορπιοῦρος, Heliotropi herba ſolaris. *Conſt.*

p. 312. l. 1. *Potiones*) *portiones.* Conſt.

p. 312. l. 8. P. II. *.) * III. S. * I. *Conſt.*

p. 312. l. 18. *Manu redditur,*) *manu editur.* Conſt.

p. 312. l. 33. *Betonica*) *argem.* Conſt.

p. 312. l. 34. *Agrimonia,*) *bryonia*, Cod. *Conſt.*

p. 313. l. 1. *Perſonina,*) *perſonata.* Conſt.

p. 313. l. 7. *Cum incubant*) Bochart. Hieroz. Tom, II. l. 3. cap. XI. p. 415.

p. 314. l. 9. *Vel eius glandis*) Al. *vel iuglandis.* Conſt.

p. 314. l. 9. *Iuglandis*) *Iuglandis* veteribus pro *iuglandes.* Cæterum hæc ad verbum deſumta ſunt ex Theriacis Nicandri. Sed in hoc fallitur, quia καρύην, quod in Nic. legitur, & ibi amygdalam ſignificat, *iuglandem* interpretatur. Alexiph. V. 108. Καί τε σύ γ᾽ ἢ καρύης ἀπὸ δάκρυον, ἢ ἀταλύμνου. *Et tu aut ab amygdala lacrymam, aut alaterni.* Scal.

p. 314. l. 12. *Si lac intus coiit*) Dioſcorides de eo caput 26. Alexiph. ſic inſcribit, περὶ τοῦ ἐμπιτυασθέντος γάλακτος, quæ ſic latine ex hoc Celſi loco reddes, *De lacte, quod intus coiit.* Scal.

p. 314.

p. 314. l. 17. *Inutiles*) i. e. *noxios*, quod ICtis diligenter notandum, cum mille apud eos loci hac interpretatione concilientur. Non ergo hic ἀχρήστους *inutiles* appellat, sed ἐπιβλαβεῖς, i. e. *noxios*. Scal.

p. 314. l. 18. *Aut epota*) *aut potanda*. Conſt.

p. 314. l. 18. *Epota*) *e poſca* videtur reponendum. *Scal.*

p. 314. l. 29. *Linguæ caninæ*,) *cynogloſſi*. Conſt.

p. 315. l. 8. *Quælibet* λιπαρά.) Supra cap. 19, 25. *Conſt.*

p. 315. l. 13. *Farina cum ruta*,) *ordei farina cum ruta*. Conſt.

p. 316. l. 15. *Deinde vulnus*) *deinde ulcus*. Conſt.

p. 316. l. 20. *Implentibus*) τοῖς σαρκοτικοῖς. *Conſt.*

p. 316. l. 26. *Reſolvit*) *reſolvet*. Conſt.

p. 316. l. 28. *Excedat*,) *excidat*. Conſt.

p. 316. l. 32. *A vino eſt*) *vinoque*. Conſt.

p. 317. l. 2. Καρκίνωμα) Καρκίνος i. *cancer*, & καρκίνωμα a Græcis promiſcue uſurpantur, niſi quod potius in oculis καρκίνωμα dicunt: καρκίνον tamen de his partibus etiam protulit Aetius. *Conſt.*

p. 317. l. 3. *Agitatum*) *exagitatum* i. irritatum. *Conſt.*

p. 317. l. 6. *In iecore*) *e iecore*. Conſt.

p. 317. l. 8. *Aequalis tumet*,) *& inæqualis tumet*. Conſt.

p. 317. l. 13. *Tactuſque*) *tactuque*. Conſt.

p. 317. l. 21. *Neque tuto fertur*.) *neque tuto aufertur*. Conſt.

p. 317. l. 28. κακόηθες) *Quod* καρκίνωμα *a Græcis nominatur, & ſine ulcere eſt: deinde ex eo id quod* κακόηθες. *Deinde ulcus ex eo thæmium. Tolli nihil niſi* καρκίνωμα *poteſt*. Conſt.

p. 317. l. 31. *Tolli nihil, &c.*) Sic verba hæc diſtinguenda ſunt: *Tolli nihil, niſi* κακόηθες *poteſt: reliqua curationibus irritantur; & quo maior vis adhibita eſt, eo magis. Quidam uſi ſunt medicamentis adurentibus.* Diſtinctionem hanc comprobant, quæ continuo ſequuntur: *Quidam ferro aduſſerunt: quidam ſcalpello exciderunt. Neque ulli unquam medicina profuit: ſed aduſta protinus coucitata ſunt, & increverunt, donec occiderent:* & reliqua, quæ eo nimirum omnia pertinent, ut oſtendant: Vitia iſta curationibus, ſicuti poſitum eſt, præſertim vehementioribus adhibitis, exaſperari. Res ut perſpicua, ut facilis ſit, vides; tamen ex omnibus, quos ad hunc diem huius diſtinctionis confirmandæ gratia conſului, libris, vix unum, Roberti videlicet Conſtantini invenire potui, in quo ad eundem fere modum diſtincta ſint verba. *Morg.*

p. 318.

p. 318. l. 2. *Proficit.*) *profecit.* Cod. *profuit.* Conft.
p. 318. l. 12. *Cacoethes,*) *carcinoma.* Conft.
p. 318. l. 13. *A carcinomate,*) *a cacoethe.* Conft.
p. 318. l. 21. *Carcinoma*) *cacoethes.* Conft.
p. 318. l. 25. *Ῥυπῶδες emplaftrum*) Defcribitur fupra cap. 19, 15. *Conft.*
p. 318. l. 27. *Tefta, ex qua*) *tefta, in qua.* Conft.
p. 318. l. 34. *Debebamus.*) *debemus.* Conft.
p. 319. l. 2. Θηρίωμα, Νόμη quibusdam. Galeno comment. 11. in lib. VI. Epid. θηρίωμα proprie pulmonis ulcus eft. *Conft.*
p. 319. l. 11. *Ad id quoque*) *At id quoque.* Conft.
p. 319. l. 16. *Coeno*) *cavo* Al. *ovo.* Cod. *Conft.*
p. 319. l. 16. *Cæno fimile*) Conftans hæc fere lectio eft, Ronffeus in marg. habet *ovo* vel *cavo.* Ego hactenus, quamvis locum fanum non putem, nihil muto. Vir quidam doctus margini editionis Cæfarianæ hanc tranfpofitionem infcripfit. *Id ulcus inæquale eft, ineftque multus humor glutinofus, cæno fimilis, odor,* &c.
p. 319. l. 23. *Neceffaria. Ac primum a victus ratione ordinandus eft,*) *neceffaria: ac primum a victus ratione ordinandum eft.* Conft.
p. 319. l. 27. *Poft inflammationem*) *poft fedatam inflammationem.* Conft.
p. 319. l. 31. *In coena*) *in coena vero,* Cod. *Conft.*
p. 320. l. 9. *Averfo fpecillo*) τῷ τῆς μήλης κυαθίσκῳ, Galen. ἢ πυρῆνι. *Conft.*
p. 320. l. 23. *De facro igne,*) Ἕρπης, cuius fpecies, quæ medium hominem ambit, Zona vocatur, Græceque ζωςήρ. Vide Scribonium Largum cap. 62. *Conft.*
p. 320. l. 23. *De facro igne*) Notat Anut. Foefius p. 30. Celfum Herpetem depafcentem, ἐσθιόμενον Græci dicunt, fub ignis facri altera fpecie comprehendere. *Scal.*
p. 320. l. 25. *Alterum eft fubrubicundum,*) Ἕρπης κεγχρίας καὶ φλυκταινώδης cum Eryfipelate. *Conft.*
p. 320. l. 29. *Perexiguæ*) Millio fimiles. *Conft.*
p. 321. l. 3. *Alterum autem eft*) Eryfipelas cum phagedæna. *Conft.*
p. 321. l. 18. *Fortuitum eft,*) *fortiffimum eft.* Conft.
p. 321. l. 19. *Cuius quo craffius*) *cuius pus quo craffius.* Supra cap. 26. p. 289. *Conft.*
p. 321. l. 21. *Infra os ulcerum lædi,*) *infra os ulcerum cædi.* Conft.

p. 322.

p. 322. l. 8. *In altero*) *in secundo*. Const.

p. 322. l. 10. *Hieræ*,) *Hecatæi*, qnod describitur pag. 264. Alii legunt, *vel Hiera*, *vel emplastrum tetrapharmacum*. Const.

p. 322. l. 19. *Chironium*) χειρώνιον ἕλκος, quidam ita dictum putant, quod *Chirone* Medico indigeat. Idem & τηλέφιον dicitur a *Telepho*, qui huic vitio obnoxius fuit, *Cæsar*.

p. 322. l. 19. *Chironium autem ulcus*) χειρώνιον ἕλκος. *Const*.

p. 322. l. 20. *Oras duas*,) *oras duras*. Const.

p. 322. l. 22. *Tenuis. Odor malus neque in ulcere, neque in eius tumore est. Nulla inflammatio, dolor*) Leg. ex MS. *tenuis*, *odor malus. Neque in ulcere*, *neque in eius tumore ulla est inflammatio. Dolor*. Const.

p. 323. l. 5. *Fiunt etiam ex frigore hiberno ulcera*, *maxime in pueris*, *&* *præcipue pedibus digitisque eorum*, *nonnunquam etiam in manibus*.) Hoc genus ulceris Græcis χίμετλον dicitur. Hesychius χίμετλον, inquit, τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἕλκος ὑπὸ ψύχους. Latinis autem *Pernio* dicitur. *Cæsar*.

p. 323. l. 5. *Fiunt etiam ex frigore hyberno ulcera*,) χείμετλον hoc genus ulceris dicitur a Græcis, a Latinis *pernio*. Const.

p. 323. l. 21. *Cum vino adiecto*:) Oblitera *cum*. Const.

p. 323. l. 26. *Struma*) χοιράς. *Const*.

p. 324. l. 4. *Meges*) Eius meminit Galenus Method. lib. VI. cap. 7. *Const*.

p. 324. l. 7. *Donec ea*) *donec eæ*, vel intellige *concreta*. Const.

p. 324. l. 13. *Ulcus conterant*) *ulcus curant*. Const.

p. 324. l. 17. *Quorundam rusticorum*) Lib. VI. cap. 9. pag. 383. *Const*.

p. 324. l. 19. *Anguem*) Aetius *viperam*. Const.

p. 324. l. 19. *Edit*) *edat*. Const.

p. 324. l. 22. *Furunculus*) δοθιήν. Const.

p. 325. l. 1. *Emplastrum*) δοθιήνη, vel δοθιηνικὸν ἔμπλαστρον apud Aeginetam lib. VII. & IV. cap. 23. *Const*.

p. 325. l. 14. *Ubi evulsum est pus*, *eodem modo adparet ventriculus*, *quod in furunculo non invenitur*) Legend. *Ubi divulsum est*, *pus eodem modo adparet*: *ventriculus*, *qui in furunculo*, *non invenitur*: Sic Cod. Alii *divisum*. Vide etiam supra de furunculo. *Const*.

p. 325.

p. 325. l. 24. *φύγηθλον*) *panus* vel *panis*. Conſt.
p. 325. l. 31. *Panem*) *panum*. Conſt.
p. 325. l. 31. *Panum*) *Panus* eſt, quod Græci dicunt *τολύπην*, i. e. *glomum vel glomus lanæ* (utrumque enim dicitur) inde *panicula*, qud idem ſignificat, aut, ut Iuvenalis, *fuſum ſtamine prægnantem*. Græcum enim eſt *πῆνος*, & Dorice *πᾶνος*. Unde diminutivum extat *πήνιον*. A figura igitur glomeris vel glomi illi tumor *Panus* vocatus eſt. Græci *φύγεθλον* vocant: Ita enim ſemper Plinius ex Dioſcoride vertit. *Scal.*
p. 326. l. 3. *Latius vitium*) *ἀπόστημα*. *Conſt.*
p. 326. l. 4. *Ad ſuppurationem ſpectans.*) Deeſt *totum*. Conſt.
p. 326. l. 12. *Innocenter indoleſcit*,) *nocenter adoleſcit*. Conſt.
p. 326. l. 12. *Exprimit*) *imprimit*. Conſt.
p. 326. l. 15. *Pus movetur*) Fit ſuppuratio. *Conſt.*
p. 326. l, 18. *Quamvis*) Deeſt *quod*. Conſt.
p. 326. l. 18. *Non rubet*) Dele *non*. Conſt.
p. 326. l. 18. *Tamen aliter*) *tamen in album*. Conſt.
p. 326. l. 22. *Sed ſi locus mollis eſt*,) Ut in principio fluxionis. Itaque repellendus materiæ affluxus per *ἀποκρουστικά*. *Conſt.*
p. 326. l. 29. *Aut cucumeris*) Deeſt *ſylveſtris*. Conſt.
p. 327. l. 1. *Prioribus ſingulis*) Sic Vetus. *Conſt.*
p. 327. l. 6. *Ex qua cocta*) Alias *& aqua*. Cæſar.
p. 327. l. 6. *Ex qua cocta recte miſcetur*.) *Ex aqua cocta, cui & olerum aliquid recte miſcetur*. Conſt.
p. 327. l. 11. *Tantummodo*) *tantum modo*. Conſt.
p. 327. l. 11. *In quo magis*) *in quo maior*. Conſt.
p. 327. l. 14. *Durities. Ei ſi maior abſceſſus eſt, horror*) *durities*, *& ſi maior abſceſſus eſt, horror*. Conſt.
p. 327. l. 17. *Si pro his quæ alibi cutis oſtendit*,) Leg. *ſi pro his*, *quas alibi* (ut ſupra lin. 13.) *ſatis oſtendi*. Alii nihil reponunt, quam pro alibi, *alioqui*. Conſt.
p. 327. l. 18. *Ubi iſta*) *ubi iſtæ*. Conſt.
p. 327. l. 25. *Si una plaga*) Codex, *ſi ima plaga*. Conſt.
p. 327. l. 30. *Niſi plaga eſt*,) *niſi magna plaga eſt*. Conſt.
p. 327. l. 31. *Vel ſuper*) *mel ſuper*, Cod. *Conſt.*
p. 328. l. 9. *In vulneribus*) *in* vacat. *Conſt.*
p. 328. l. 13. *Fiſtulæ*) *συρίγγες*. Fiſtularum univerſalis tractatio lib. VII. cap. 4. *Conſt.*
p. 328. l. 20. *Recte*) *recta*. Conſt.

p. 328

p. 328. l. 22. *Ab uno ore intus orsæ, quæ tres siuni*) *ab uno ore orsæ, quæ intus tres fiunt.* Const.

p. 328. l. 31. *Simplici recenti intra*) *simplici recta intra.* Const.

p. 329. l. 5. *Thoracem penetravit.*) *Thoracemque penenavit, malum.* Const.

p. 329. l. 15. *Si vero os in vicino est, id quod disci potest, si iam neque eo fistula penetravit, quatenus nocuerit.*) *Si iam in osse vitium est, nec ne, id quoque disci potest: & si iam eo fistula penetravit, quatenus nocuerit.* Const.

p. 329. l. 22. *Labitur, sed æquali*) Vel *labitur sede quali.* Coniectura est, quia sedem postea in eo significatu sumit. *Scal.*

p. 329. l. 22. Ad hæc Scaligeri verba Morgagnus *Epist.* VIII. p. 227. respondet: Quasi non continuo id Celsus opponeret, quod, ut lectionem antiquam confirmat, sic eiusmodi coniecturis refragatur, *si inæquale quoque & asperum subest.*

p. 329. l. 22. *Labitur, sed æquali*) *labcitur sede, qua.* Const.

p. 329. l. 22. Morgagnus *Epist.* V. p. 162. probat, quam descripsi, priscorum lectionem, *si non labitur sed æquali innitur;* eamque ait, a consequentibus verbis, *si inæquale quoque* & *asperum suest* &c. confirmari.

p. 329. l. 25. *Ubi subhæsit,*) *ubi subsit.*

p. 329. l. 27. *Ex renixu potest*) *ex renixu sciri potest.* Const.

p. 330. l. 5. *Leve,*) *læve.* Const.

p. 330. l. 7. *Ex nervo*) Quidam legunt *ex osse.* Const.

p. 330. l. 11. *Pus ferri, quod iam desierat, incipit*) Elegans Phrasis non intellecta ab eo, qui locum corrupit. V. C. *fieri, quod iam desierat alterum incipit.* Scal.

p. 330. l. 12. *Incipit*) In MS. *alterum incipit.* Const.

p. 330. l. 16. *Et recens*) *& recta.* Const.

p. 330. l. 23. *Ex metallicis*) *vel ex metallicis.* Const.

p. 330. l. 24. *Collyrium*) Vide Aetium de collyrio fistularum solido lib. XIV. *Const.*

p. 330. l. 26. *Est, altera antecedente*) *Est, alterum antecedente.* Const.

p. 231. l. 4. *Callus*) Callus vocetur σκίῤῥος ex veteri vulnere, non τύλος, qui ex labore. Unde χέρες τετυλωμέναι. *Scal.*

p. 331. l. 11. *Gallæ* P. *.) *Gallæ* P. L. *. *Const.*

p. 331. l. 19. P. 11. *.) P. 12. *. *Conſt.*

p. 331. l. 21. *Eoque infuſo ex æragine*) *ex eoque infuſo æruginem.* Conſt.

p. 331. l. 25. *Medicamentis prodere,*) *Medicamentis perdere.* Conſt.

p. 331. l. 28. *Eo*) Supple *medicam.* vel *eis. Conſt.*

p. 331. l. 33. *Collyrium utrinque demitti.*) Alii *collyrium utique demitti.* Conſt.

p. 332. l. 2. *Collyrio*) *Collyrium* non tantum pro *oculario medicamento* ſumendum, Sed pro *omni muſcilagine* vel *re ſimilii*, puta pro *panatella* aut offis noſtratibus: pro Pan pourry des Savoyar. Apud Plautum *ius collyricum* eſt id, ou il y a à mâcher. *Scal.*

p. 332. l. 11. *Inditum eſt.*) *additum eſt.* Conſt.

p. 332. l. 15. *Reſolverit,*) Faſcias. *Conſt.*

p. 332. l. 16. *Oricularium*) *auricularium* potius i. ὠτεγχύτην, ὠτικὸν κλυςῆρα. *Conſt.*

p. 332. l. 21. *Ea tunica, quæ inter foramen, & integram carnem,*) Prior lectio in exuſis exemplaribus *ferrumen* habebat, at mihi *foramen* legendum videtur. *Cæſar.*

p. 332. l. 22. *Victa medicamentis*) In manuſcr. *victa tot medicamentis.* Conſt.

p. 333. l. 2. *Et a favi*) Dele &. Conſt.

p. 333. l. 3. Μελικηρία) Κηρίον Aeginetæ cap. 77. lib. VI. De meliceride abſceſſu frigido Celſus lib. VII. cap. 6. Conſt.

p. 333. l. 12. *Scapulis*) *capillis.* Vide Aetium lib. VIII. cap. 15. *Conſt.*

p. 333. l. 13. *Eſt minus ſuper corpus*) *eſt minus, ſuper caput.* Conſt.

p. 333. l. 14. *Subpallidum,*) *ſubalbidum.* Melius *ſubviride viride, ſubpallidum* i. ὑποχλωρον. *Conſt.*

p. 333. l. 20. *Farina ex mulſo*) *farina ervi ex mulſo.* Conſt.

p. 334. l. 7. *Acrochordone,*) Veruca penſilis ἀκροχορδών. Conſt.

p. 334. l. 9. *Verrucis ſimilia,*) Immo verrucæ ſunt. *Conſt.*

p. 334. l. 13. *Coloris eiusdem,*) *coloris cum cute eiusdem.* Conſt.

p. 334. l. 14. *Ad cutem latius,*) *infra ad cutem tenue, ſupra latius.* Sic in MS. *Conſt.*

p. 334. l. 21. *Thymion*) In meo exemplari *Acrothymion.* Alii θύμιον vocant. Aliudque eſt. *Thymion* peſſimum cancri genus deſcriptum pag. 317. *Conſt.*

p. 334. l. 22. *Ad cutem tenue, ſupra latius,*) *ad cutem latius, ſupra tenue.* Conſt.

p. 334. l. 28. *Circa*) *citra.* Conſt.

p. 335. l. 2. *Exigunt*) *adigunt.* Conſt.

p. 335. l. 2. *Exigunt*) Editio 1407. Aldina 1528. hanc ſervant lectionem, alii tamen e codicibus malunt *adigunt*, alii *ambiunt*, minus, ut puto, recte, neque enim *radices exigere*, aut *adigere*, aut *ambire*, apud antiquos legitur, quapropter ſubſtituo vel *agunt*, vel *exſerunt.* Ita enim Columella l. 11. c. 10. de napis, *quia non in ventrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt*, & v. 6. *ac ne radices altius agunt*, alibi *exſerere radicem* dixit.

p. 335. l. 3. *Super autem*) *ſupra autem.* Conſt.

p. 335. l. 8. *Clavus*) Ἧλος *Conſt.*

p. 335. l. 14. *Sive & Thymium*) *ſic & Thymium.* Conſt.

p. 335. l. 15. *Minora*) *maiora.* Conſt.

p. 335. l. 23. *Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent,*) *Myrmecium* Celſus hoc loco neutro genere uſurpat, contra aliorum auctorum tam Latinorum, quam Græcorum conſuetudinem, ut a quibus feminino genere *Myrmecia* fertur. *Cæſar.*

p. 336. l. 7. *Puſtulæ*) ἐξανθήματα. *Conſt.*

p. 336. l. 9. *Aſpredo*) *aſpritudo* in meo Cod. *Conſt.*

p. 336. l. 11. *Ex ſudore*) ὑδρῶα Hippocrati. *Conſt.*

p. 336. l. 11. ἐξανθήματα) Hic annotandum a quibusdam legi ἐκζέματα, vel quia infra de papulis tractat, quæ Græcis ἐξανθήματα, ἐκθύματα. Puſtulas vero ardentes etiam ἐκβράσματα nominant. *Conſt.*

p. 336. l. 13. *Exedunt.*) *excedunt.* Conſt.

p. 336. l. 19. Ἑλκῶδες) φλύκταιναι, vel φλυκτίδες, vel φλυζάκια, φλύσεις. *Conſt.*

p. 336. l. 21. φλυζάκιον) Galenus Commentario IV. in Hippocrat. de Vict. Ration. in morb. acut. ait φλυζάκιον ſignificare φλυκταίνην, unum idemque eſſe puſtularum genus, Celſus tamen diſtinguere in duo genera videtur.

p. 336. l. 25. *Ulcuſcula*) Ἑλκύδρια, ψύδρακες, ψυδράκια, quæ Aegineta inter propios capitis affectus enumerat. *Conſt.*

p. 336. l. 28. *Aut dolore*) *ac dolore.* Conſt.

p. 336. l. 32. Ἐπινυκτὶς) Puſtula livens ac noctibus inquietans. Plin. lib. XX. cap. 6. *Conſt.*

p. 337. l. 19. *Aut ſi maius*) *aut ſi malum maius* in Cod. MS. *Conſt.*

p. 337. l. 21. *Summa pellicula*) Epidermide. *Conſt.*

p. 338.

p. 338. l. 2. *Durior cutis*) *tumor durior.* Alii *durities cutis.* Conft.

p. 338. l. 2. Morgagnus *Epift.* I. p. 22. adductis variis lectionibus putat fortaffe legendum effe: *Scabies vero eft afpritudo cutis rubicundior, ex qua puftulæ oriuntur.*

p. 338. l. 11. Ἀγρίαν) λέπρα. *Conft.*

p. 338. l. 30. *Idque omnem pituitam ubique fuftinet.*) Reprimit, compefcit. *Conft.*

p. 338. l. 33. *Propofui*) In Libris de Agricultura. *Conft.*

p. 338. l. 33. *Sicut in pecoribus propofui*) i. e. *in libris Agriculturæ*, qui perierunt. *Scal.*

p. 338. l. 33. *Sicut de pecoribus* propofui) Nullus dubito, quin Auctor indigitet libros fuos de *Re Ruftica*, quorum paffim meminit Columella. An ad eos referri poffit, quod dicit lib. IV. c. 7. *Attamen fine his rufticos noftros epota ex aqua trixago fatis adiuvare dicitur*, iudicent docti.

p. 338. l. 1. *Impetiginis*) Impetigo quidem λειχὴν Græcis, fed hic eft potius λεπρα. *Conft.*

p. 339. l. 5. *Roditur*) *erodit.* Conft.

p. 339. l. 5. *Diftat autem ab ea*,) Serpigo. *Conft.*

p. 339. l. 11. *Alterum genus*) Hoc genus in morbo Gallico frequens. *Conft.*

p. 339. l. 16. *Nonnumquam prior*) *priore.* Conft.

p. 339. l. 22. *Et tarde eminus ferpit. In temporibus,*) *& tarde, & minus ferpit: neque in certis temporibus.* Conft.

p. 339. l. 24. *Nigræ*) Arabum *malum mortuum.* Conft.

p. 339. l. 25. *Quartum genus*) Vulgo vocant *le mal Sainct Main.* Conft.

p. 340. l. 3. *Sub auctore Protarcho retuli.*) Pag. 338. *Conft.*

p. 340. l. 3. *Sub auctore Protarcho*) Ita infra 402, 17. *fub auctore Dionyfio.* Cafaub.

p. 340. l. 7. *De Papulis.*) Vulgo *dartres*, δέρτρα ἀπὸ τῶ δέρω. Lege adnot. cap de puftulis. *Conft.*

p. 340. l. 11. *Pauxillo levius*) *paulo lævius.* Conft.

p. 340. l. 14. *Altera*) Papula fera, vulgo *la male dartre* vel *feu fouvage.* Rubentes papulæ, boæ dicuntur a Plinio 1 vulgo *la rougeole.* Conft.

p. 340. l. 27. *Vitii*) *vitium.* Cod. *Conft.*

p. 340. l. 28. *Rubri*) *ruffi*, ut apud Plin. lib. XXXI. cap. 10. *Conft.*

p. 340. l. 32. *Lolii femis*) *lolii fext.* III. *Conft.*

p. 340. l. 32. *Crudæ unum*) *crudæ fext.* Conft.

p. 341. l. 4. *Foeda*) Δυσχερής. *Casaub.*

p. 341. l. 6. Ἄλφος) Vulgo *mor feu.* Arab. *morphea.* Const.

p. 341. l. 12. Λεύκη) *Albaras* Avicennæ, & *lepra* Halyabb. *Const.*

p. 342. l. 5. *Qaidem*) *Quidam.* Const.

p. 342. l. 7. P. 11.) P. *p.* 2. *Const.*

p. 342. l. 12. *Cum simul contrita sunt alcyonium, thus, hordeum, faba sine oleo, in balneo ante sudorem insperguntur, tum*) *cum simul contrita alcyonium, thus, hordeum, fabæ, sine oleo in balneo insperguntur, ac tum.* Const.

p. 342. l. 26. *Adiicit enim*) *adiicit etiam.* Const.

p. 343. l. 4. *Porrigo*) Πιτυρίασις. Const.

p. 343. l. 6. *Acutæ*) *acute.* Const.

p. 343. l. 22. *Si id*) *si is.* Const.

p. 323. l. 24. *Dein id super adiuvandum*) *dein insuper adiuvandum.* Alii *adlinendum.* Const.

p. 343. l. 30. *Cum eo*) Sic sæpe loqui amat. *Casaub.*

p. 344. l. 4. Σύκωσις) *ficus, marisca.* Const.

p. 344. l. 8. *Ulcus durum*) Bochart. Hieroz. part. II. l. 6. cap. 6. 827.

p. 344. l. 17. *Coactum,*) *coctum.* Const.

p. 345. l. 24. *Varos, & lenticulas, & ephelidas.*) Ἴονθοι, *vari.* Φακοὶ, *lenticulæ.* Ἐφηλίδες, *maculæ quædam colorum omnium*, ut Auctor vertit lib. 11. cap. 8. Ἐφηλὶς vulgo *hâle* ab ἅλιος Dorice pro ἥλιος, quia fit ab ardore solis. *Const.*

p. 346. l. 18. *Myrobalani, crocomagmatis*) Alii legunt, *myrobalani magmatis*, id est, retrimentorum expressæ glandis unguentariæ. *Const.*

p. 347. l. 3. *Nam simul*) *nam si simul.* Const.

p. 347. l. 17. *Hæ*) *eæ.* Const.

p. 347. l. 30. *Tumore infinito*) *tumore finito.* Const.

p. 347. l. 32. *Calida,*) *candida.* Vet. Alii pro *num* legunt *non*, inepte. *Const.*

p. 348. l. 3. *Votumque est*) Eleganter hoc positum pro eo, quod Græci dicebant ἀγαπητὸν ἂν εἴη. *Casaub.*

p. 348. l. 6. *Si de*) *si ex.* Const.

p. 348. l. 12. *Hippocrates*) Lib. vi. Aphor. 31. ubi & πυρίη i. fomentum, quod Celsus omisit. *Const.*

p. 350. l. 12, *Lana mollis bene carpta*) Cum *lanam carpere* dicatur de muliere *nente* ξαινούσῃ, non videtur hæc interpretatio huic Celsi loco convenire, qui de *lana* potius *carminata* est intelligendus. Equidem Latine dicimus, *lanam carpere;* sed

ſed an *carptam lanam* itidem dixerint Veteres, accuratiori indagatione indiget. *Caſaub.*

p. 350. l. 23. *Ab ipſo commode*) *ab ægro commode.* Conſt.

p. 350. l. 27. Ἀνώδυνα) Alii ναρκωτικά. *Conſt.*

p. 350. l. 30. Morgagnus *Epiſt.* I. p. 23. monet, in Florentina, Iuntæ, Manutiorum, Stephani, Conſtantini editionibus legi: *modica.* Hancque diverſitatem ſcripturæ male a Lindenio neglectam eſſe. Addo ego in omnibus, quæ apud me ſunt, editionibus legi *modica*, & me admirari, qui poſſit putare, Ronſſeus, omnino *immodica* legendum eſſe, cum tamen ex loco parallelo a me excitato manifeſtum ſit, legendum eſſe: *modica*, K.

p. 351. l. 9. *Ergo nobiliſſima*) *ego nobilium* ſcilicet auctorum *collyria.* Sic in Codice. *Conſt.*

p. 351. l. 20. *Præſtare, ut*) *præſtat, ut.* Conſt.

p. 351. l. 24. *Tenereſcat*) *inareſcat.* Conſt.

p. 351. 32. *Squamæ æris quod*) *ſquamæ ferri*, aut *chalybis* potius. *Conſt.*

p. 351. l. 32. P. I. *.) P. * II. *Conſt.*

p. 352. l. 5. *Liquidum in*) Hæc verba non ſunt in antiquo exemplari: & *miſcueris* legitur, & *ſervetur.* Conſt.

p. 352. l. 5. *Pyxidicula*) *pyxidula.* Cod. *Conſt.*

p. 352. l. 8. *Nucleorum palmarum combuſtorum* P. x. *.) *nucleos palmarum combuſtos num.* xxx. *Conſt.*

p. 352. l. 14. P. *. *papaveris*) P. II. *papaveris.* Conſt.

p. 352. l. 17. *Gummi* P. VIII.) *gummi* P. XVIII. *Conſt.*

p. 352. l. 18. *Stibis*) *ſtibii.* Conſt.

p. 352. l. 26. IIII. *. *ſpumæ elotæ* P. VIII.) P. VIII. *argenti ſpumæ elotæ* P. XIIII. *Conſt.*

p. 352. l. 28. *Trygodes*) Ab acacia feculentum. Deſcribit Galenus lib. II τῶ κατὰ τόπȣς, & Aegineta lib. VII. cap. 17.

p. 353. l. 5. *Et ſtibis,*) *& ſtibii.* Conſt.

p. 353. l. 8. *Leniri medicamentum*) *leniri medicamento*, Cod. *Conſt.*

p. 353. l. 21. *Frigore afflatuve*) *frigore, a flatuve.* Conſt.

p. 354. l. 9. *Hæc enim ut in recentibus*) Lege Galenum in VI. lib. Aphor. 31. *Conſt.*

p. 354. l. 14. *Secunda*) Apta & idonea præſidia. *Conſt.*

p. 354. l. 22. *Neceſſario*) *neceſſarius* in Cod. *Conſt.*

p. 355. l. 2. Πρόπτωσιν) Aegineta vero ἐκπιεσμόν. *Conſt.*

p. 355. l. 6. *Incdiam indici* non modo in omnibus editionibus sed & in Codice legi asseruit Morgagnus *Epist.* V. pag. 122.

p. 355. l. 8. *Quod ex duobus*) *quod duobus.* i. primum quod nobile esse dixit. Tria enim descripsit p. 351. l. 27. *Const.*

p. 355. l. 15. *Foliorum*) *florum:* vel *foliorum* de floribus intellige. *Const.*

p. 355. l. 34. *Inarescat*) *indurescat* in Cod. *Const.*

p. 356. l. 8. *Ac si in duruit*) *at si inaruit* (vel *induruit*) *& sic emortuus est, nec in pus vertatur* (Alii *ne in pus*) *quatenus foede prominebit, exscindendus erit.* Const.

p. 356. l. 12. *Tantundem*) *tandem.* Const.

p. 356. l. 16. *Fixus*) *fissus.* Const.

p. 356. l. 23. *Cibus minuendus, ac potui dandum,*) Alias *lac.* Cæsar.

p. 357. l. 12. *Philetis*) φιλαληθȣς. *Const.*

p. 357. l. 13. *Philetis*) *philalethos.* Const.

p. 357. l. 17. *Stibis*) *stibii.* Const.

p. 357. l. 23. Διὰ βαλάνȣ) διὰ λιβάνȣ. *Const.*

p. 357. l. 28. *Diabalanu*) διὰ λιβάνȣ. *Const.*

p. 357. l. 30. *Stibis*) *stibii.* Const.

p. 358. l. 16. *Qui*) *quo* vel *quam.* Const.

p. 358. l. 17. φθειρίασιν) Pedicularem morbum. *Const.*

p. 358. l. 34. *Ne acriorem pituitam concitent.*) Alias, *ne acriores pituitæ concitentur.* Cæsar.

p. 358. l. 34. *Ne acriorem pituitam concitent.*) *Ne quid acrioris pituitæ concitent* in MS. Codice. *Const.*

p. 359. 11. *De diacerato.*) διὰ κέρατος. *Const.*

p. 359. l. 12. *Oculorum morbi lenibus medicamentis nutriuntur.*) Alias *curantur.* Cæsar.

p. 359. l. 17. *Tenuis pituitæ cursus*) Ἐπιφορὰ simpliciter. Galenus ἐπιφορὰ ῥεύματος λεπτȣ. *Const.*

p. 359. l, 22. *Stibis*) *stibii.* Const.

p 360. l. 2. *Thuris* P. XII. *.) 4. *drach.* Galen. lib. IV. τῶν κατὰ τόπȣς. *Const.*

p. 361. l. 9. 10. Locus obscurus est. Nonnullæ quidem editiones pro *litum* legunt *linitum;* quo tamen nihil adiumenti adferunt. Dixerat Celsus, ad purganda ulcera sordida oculorum utile esse Phynona Collyrium Evelpidis, eoque descripto subiicit: *Sed ante linitum hoc ungendum est.* Translator Britannus verbum de verbo expressit; sed quo ungendum sit, quisque quæret. Cum editiones inspicerem, verbum *linitum* in editione Genevens. propter. versuum

ſuum ſpatium ita diviſum *lini-tum* reperi, hinc eam feci conjecturam, an fortaſſe legendum ſit: *Sed ante illv* (præcedente Evelpidis collyrio) *tum hoc ungendam* eſt. K.

p. 361. l. 31. *Smilion*) Σμίλιον etiam (ſcalpelli nomine) medicamenti acris genus ad rumpenda apoſtemata apud Aeginetam lib. IV. c. 18. & l. VII. cap. 17. *Conſt.*

p. 361. l. 5. *Quod Phynoma adpellabat*) Alias *pyrron* vel *phynona*, alias etiam *pyrrona*. Cæſar.

p. 361. l. 5. *Phynona*) Alias *Pyrron* vel *Pyrrona*. Conſt.

p. 361. l. 9. *Sed ante linitum*) Vel *litum*. Cæſar.

p. 361. l. 10. *Ungendum*) *fingendum*. Conſt.

p. 361. l. 13. *Eodem*) *in eodem*. Conſt.

p. 361. l. 14. P. II. *.) Alias XV. *Conſt.*

p. 361. l. 14. *Piperis*) P. *. . . . *Conſt.*

p. 361. l. 15. P. III. *.) P. *. II. *Conſt.*

p. 361. l. 22. P. *.) P. *. I. *Conſt.*

p. 361. l. 22. *Minii*) *miſy*. Sic Cod. Lego *miſyos*. Conſt.

p. 361. l. 26. *Odoribus* P. IIII. *.) *oleribus*, i braſſicæ. *Conſt.*

p. 361. l. 27. XV.) V. *Conſt.*

p. 361. l. 34. *Quod Philetis vocatur*) Alias, *Philalethis*. Cæſar.

p. 361. l. 34. *Philetis*) Alias, *Philaletis*, φιλαλήθους. *Conſt.*

p. 362. l. 7. P. I. 3. *.) P. I. 2. *Conſt.*

p. 362. l. 8. *Albi* P. *.) *albi* P. V. *Conſt.*

p. 362. l. 14. *Stibis*) *ſtibii*. Conſt.

p. 362. l. 24. *Lacrymæ* P. II. *.) *Lacrymæ* P. *. II. c. *Conſt.*

p. 362. l. 26. *Cumini*) *Gummi*. Conſt.

p. 363. l. 5. *Singulorum*) P. LIII. *.) Alias *ſingulorum*. XXXI. *Conſt.*

p. 363. l. 8. P. XIII. *.) P. *. 1113. *Conſt.*

p. 363. l. 11. *Genus inflammationis*,) Hoc κοιλιδιᾶν vocant Græci, eſtque Ruffo τῶν κοίλων οἴδημα. *Conſt.*

p. 363. l. 15. *Gargarizari*) *gargarizare*. Conſt.

p. 363. l. 23. *Hanc autem inflammatio*) Quidam legunt *inflatio*, ut ſit Aetii ἐμφύσημα. *Conſt.*

p. 364. l. 9. *Ad medicamentum*) *at medicamentum*. Conſt.

p. 364. l. 10. P. I. *) P. * - - . *Conſt.*

p. 364. l. 11. P. *) P. * - - - -. *Conſt.*

p. 364. l. 13. *Stibis*) *stibii.* Const.

p. 364. l. 16. *Exceptis his quæ lenibus nutriuntur.*) Alias, *curantur.* Cæsar.

p. 364. l. 18. *Hieracis*) Ἱεράκιον Galen. lib. IV. τῶν κατὰ τόπȣς. *Const.*

p. 364. l. 22. *Canopite*) *Canopitæ.* ut superiori pag. 362. *Const.*

p. 364. l. 32. *Quando gravescunt, & noctu prægravi pituita inarescunt: quantoque*) Leg. *quodam fere levi, & prurigine gravescunt, & palpebræ citra duritiem ullam noctu prægravi pituita inhærescunt,* ex Cod. MS. Vive etiam Aetium. *Const.*

p. 365. l. 2. *Minor*) *maior.* Const.

p. 365. l. 3. Ad verba: *minus expeditior* animadvertit Morgagnus *Epist.* V. p. 121. comparativo aliquando quidem magis adiunctum legi; *minus* nec se legisse meminisse, nec si rationem attendas, potuisse. Utrobique autem Codicem cum editionibus consentire in scriptura: *minus expeditus.*

p. 365. l. 11. *Tum deinde caput atque os diutius perfricare*) Alias, *defricare.* Cæsar.

p. 365. l. 15. P. 1. *) P. * --. *Const.*

p. 365. l. 23. *Scabri oculi*) ψωροφθαλμία. *Const.*

p. 365. l. 25. *Rhinion*) ῥίνιον & ῥίνημα apud Galen. IV. τῶν κατὰ τόπȣς, a lima, quæ ῥίνη: & ῥινάριον apud Aeginet. lib. III. cap. 22. lib. VI. cap. 16. *Const.*

p. 365. l. 33. *Asii*) *Assii.* Const.

p. 366. l. 1. *Nulla autem per se materia est, quæ Psoricum nominetur,*) Ψωρικȣ descriptio, quæ eadem fere & a Dioscoride traditur. *Cæsar.*

p. 366. l. 5. *Additum, &*) *inditum, &.* Const.

p. 366. l. 13. *Levant*) *lævant.* Const.

p. 366. l. 18. *Exasperat,*) *exasperet.* Const.

p. 366. l. 27. *Id quod*) *& id quod.* Const.

p. 366. l. 32. *Cilicis,*) *ciliciii,* aut, ut lib. II. cap. 17. *sictili.* Const.

p. 367. l. 24. Pro *pupillæ,* quod Lindenius posuit, *potentiæ* legendum esse, & hanc lectionem Celso ipso p. 433. l. 5. comprobari docet Morgagnus *Epist.* VI. p. 150. miraturque eum vocis significatum in Lexicis non reperiri.

p. 367. l. 26. *Manu curandum*) Hæc chirurgica ratio lib. VII. cap. 7. *Const.*

p. 368. l. 14. Μυδρίασιν) πλατυκορίαν. *Const.*

p. 368.

p. 368. l. 15. *Hebescit: ac pene difficillime*) *hebescit, ac pene caligatur. Difficillime.* Const.

p. 368. l. 22. *Adiiciendum est, melle*) *adiiciendum est: oculos vero melle.* Const.

p. 368. l. 23. *Quidam &c.*) Ἀμαύρωσις. *Const.*

p. 368. l. 29. *Ex recenti*) *& recenti.* Cod. *Const.*

p. 368. l. 34. Vitium luscioforum, νυκτάλωψ, nocturna caecitas Plin. *Const.*

p. 369 l. 4. *Sanguine,*) *sanie,* Cod. & sic Plin. lib. XXVIII. cap. 11. Dioscorid. ἰχώρ. *Const.*

p. 369. l. 4. Pro *sanguine* alios *tumore*, alios, *sanie* habere docet Morgagnus *Epist.* V. p. 130. & addita Dioscoride adversus eiusmodi vitium *commendari caprini iecinoris ichora*, similiter quoque Trallianum iubere ex hircino iecinore, *dum assatur ichora colligi*, & *inde lumina perungi.* Plinium vero pro *ichore* posuisse *saniem.* Ipse pro *humore* malle *ichore*, si hæc vox L. V. c. 26. latinis non græcis litteris scripta haberetur.

p. 369. l. 5. *Ad assum*) Lege *id assum.* Const.

p. 369. l. 23. *Cum horum*) *cum harum.* Const.

p. 369. l. 23. Quod Redius confirmavit atque illustravit. *Morg.*

p. 369. l. 25. *Celeberrimeque*) *celerrimeque.* Const.

p. 370. l. 1. *Sed armeniacus,*) *Armeniacus* legendum, ut subaudiatur *lapis.* Cæsar.

p. 370. l. 1. *Sed Ammoniacus*) *sal ammoniacus.* Const.

p. 370. l. 6. Morgagnus *Epist.* VII. p. 195. damnat *quoque*, & *quique* rescribi vult, nullo tamen aut impresso aut scripto codice admonitus, scilicet ut faveat suæ de Celsi professione medica sententiæ. Sed nihil mutandum esse iudico. Veri enim simile est, Celsum per particulam *quoque* ea, quæ medici præciperent, distingui ab his voluisse, quæ in vulgus nota & rusticorum vulgique experimentis cognita essent, quorum que etiam alias plus semel & paulo antea mentionem fecisset. K.

p. 370. l. 11. *Subremoveri*) *summoveri*, vel *subito removeri.* Const.

p. 370. l. 17. *Possint*) *possunt.* Const.

p. 370. l. 21. *Ipsos*) *ipsis tantummodo.* Const.

p. 371. l. 9. *Cataplasmata*) *cataplasmati.* Const.

p. 371. l. 10. *Corticis*) *cortices.* Const.

p. 371. l. 12. *Decoquatur.*) *decoquantur.* Const.

p. 371. l. 15. *Strigilem*) ὠτεγχύτην, sive ὠτικὸν κλυςῆρα, alibi dicit oricularium specillum. *Conſt.*

p. 371. l 20. *In quo lumbrici cocti ſunt,*) Ἔντερα γαίης, i. ἕλμινθες: *& amaræ nuces*, sive Græcæ, id eſt, amygdalæ amaræ: *& papaveris lacrymæ*, id eſt, opii. *Conſt.*

p. 371. l. 29. *Vel id quod amarum*) Infra dicet *ex Aegyptia faba partem interiorem.* Conſt.

p. 372 l. 2. P. 1.*) P.*. *Conſt.*

p. 372. l. 3. P.*3.) P.*. *Conſt.*

p. 372. l. 8. *Quæ habet caſtorei,*) Galen. lib. III. τῶν κατὰ τόπους, *cum ſapa.* Conſt.

p. 372. l. 11. *Spumæ lycii,*) *Argenti* (Alii *nitri*) *ſpumæ*, i. λυθαργύρου) *lycii.* Conſt.

p. 372. l. 15. *Specillo*) *piſtillo.* Conſt.

p. 372. l. 27. *Cognominat*) *cognominant.* Conſt.

p. 372. l. 29. XV. *mellis.*) XXV. *mellis.* Conſt.

p. 373. l. 4. P. 11. *) P. * . . . *Conſt.*

p. 373. l. 10. P. 1.*) Al. P. * . . *Conſt.*

p. 373. l. 15. *Ex Aegyptia faba*) Supra dixit *id quod amarum in Aegyptia faba.* Conſt.

p. 373. l. 21. P. 1.*) P.*. 1. . . . *Conſt.*

p. 374. l. 6. *Flores iunci rotundi*) σχοινάνθους. *Conſt.*

p. 374. l. 7. *Caſtorei albi, piperis longi,*) *caſtorei, albi piperis, & longi.* Conſt.

p. 375. l. 6. *Odoris ſanguinem*) *odoris ſaniem*, Cod. *Conſt.*

p. 375. l. 7. *Tamen infundi*) *tandem infundi.* Conſt.

p. 375. l. 21. *Provocabuntur,*) *prolabuntur*, Cod. *Conſt.*

p. 375. l. 33. *Ad gravem auditum.*) Βαρυκοΐαν. *Conſt.*

p. 376. l. 2. Nota Celſum in *gravis auditus* curatione monuiſſe, *aurem ipſam conſiderari oportere*, ſi forte appareat *ſordium coitus:* hasque ante, ubi opus ſit, emollitas, auriculari ſpecillo eximendas eſſe.

p. 376. l. 18. *Laureo,*) *laurino.* Cod. *Conſt.*

p. 376. l. 28. *Contritis roſæ foliis*) *contritæ roſæ foliis*, Cod. *Conſt.*

p. 376. l. 30. *Surditatem*) *ſorditatem.* Conſt.

p. 376. l. 33. *Se ipſas*) *ſe ipſæ*, Cod. *Conſt.*

p. 377. l. 2. *Gravetudine*) *gravedine.* Conſt.

p. 377. l. 2. *Morbis,*) *morbo*, Cod. *Conſt.*

p. 377. l. 21. *Vel laureo*) *aut laurino.* Conſt.

p. 377. l. 23. *Et nitrum*) *aut nitrum*, Cod. *Conſt.*

p. 377. l. 30. *Laureum*) *laurinum.* Conſt.

p. 378. l. 5. *Quo*) *quam.* Conſt.

p. 378.

p. 378. l. 13. *Hamulo retuso*) Vulsella. pag. 489. l. 7. *Casaub.*

p. 378. l. 15. *Sternutamenta*) Πταρμικὰ, *sternutatoria* vocant. Cælius Aurelianus Chronicon lib. I. cap. 1. etiam πταρμικὸν *sternutamentum* exponit, i. medicamentum sternutamenta movens.

p. 378. l. 18. *Tabula quoque collocatur*) Vide apud Galenum τῶν κατὰ τόπους, lib. III. cap. 1. *Const.*

p. 378. l. 33. *Plumbi recremento,*) *Molybdæna.* Const.

p. 379. l. 4. *Fecerit.*) *faciat,* Cod. *Const.*

p. 379. l. 5. *Circa nares sunt,*) *intra nares sunt,* Cod. *Const.*

p. 379. l. 6. Ὀζαίναν) Ozæna ex lue venerea frequens. *Const.*

p. 379. l. 29. *Liquida fiat,*) *liquida sit.* Const.

p. 380. l. 2. *Dimittendumque in narem est.*) *demittendumque in nares,* Cod. *Const.*

p. 380. l. 7. *Carunculæ*) Σαρκώματα apud Aeginetam. *Const.*

p. 380. l. 9. *Imis partibus, quæ carnosissimæ*) *in imis partibus, quæ cartilaginosæ.* Cod. *Const.*

p. 380. l. 21. *Quæ fere* καρκινῶδες) Fereque καρκινῶδες. *Const.*

p. 380. l. 25. *Penicillum* distinguitur a *linamento* et p. 559. l. 28. *aliquid ex penicillo* opponitur *linamento.* Ergo credibile non est, penicillum esse turundæ genus, quod Clericus *Hist. Medic.* p. 545. putat. Valde miror, virum doctum pro sua sententia excitare locum Celsi p. 331. l. 27. ubi legimus: *Satisque est, papyrum intortum vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum.* Nam collyrium ipsum hoc loco significat turundæ genus; non ergo id, ex quo turunda fit, turunda dici potest. Plinius autem satis credo liquido, quid sit penicillum, docet his verbis usus: *Mollissimum genus earum* (spongiarum) *penicilli, oculorum tumores levant ex mulso impositi.* K.

p. 380. l. 31. *In dentium autem dolore,*) ὀδονταλγίᾳ. *Const.*

p. 381. l. 9. *Maxillas*) *maxillam*, Cod. *Const.*

p. 381. l. 16. *Non nimium: aridi*) *non minimum: aridi:* A ii, *non nimium aridi cortices.* Const.

p. 381. l. 21. *Vino misto*) οἴνῳ κεκραμμένῳ, meroque opponitur. *Const.*

p. 381. l. 22. *Cornu cervinum rasum*) Alias *cervini ramentum.* Cæsar.

p. 381.

p. 381. l. 22. *Cornu cervinum rasum,*) *cornu cervini ramentum.* Cod. *Const.*

p 381. l. 23. *Ficus item pinguis*) *ficu item pingui.* Const.

p. 381. l. 25. *Decocta*) *discocta*, Cod. *Const.*

p. 381. l. 27. *Eoque ipso dens fovetur.*) Fortasse legendum, *ipse dens.* Cæsar.

p. 381. l. 27. *Eoque ipso*) *eoque ipse.* Const.

p. 381. l 30. *In quem*) *ad quem*, Cod. *Const.*

p. 382. l. 7. *Exulceratorium,*) ἑλκωτικόν. *Const.*

p. 382. l. 9. *Ficorum partes*) *pinguium* fortasse legendum aut *parvarum.* Cæsar.

p. 382. l. 9, *Ficorum partes*) *caprificorum pulveris* i cineris. Alii *fermenti putris.* In Cod. *ficorum, piperis.* Const.

p. 382. l. 21. *Quales hæ sunt. Habet autem papaveris*) *qualis fere est, quæ habet papaveris.* Const.

p. 382. l. 22. P. 1. *) P. *... *Const.*

p. 382. l. 22. *Psoreos*) *soreos.* Const.

p. 382. l. 26. *Ficorum partes,*) *parvarum* vel *pinguium.* Cæsar.

p. 382. l 26. *Ficorum partes,*) *ficorum, piperis.* Cod. *Const.*

p. 383 l. 2. *Forte stans*) *per testas*, Cod. Vide & cap. 13. infra. *Const.*

p. 383. l. 6. *Solvit. Et alumen scissile in id foramen conte- ctum demitti commodius est,*) *solvit: & alumen scissile in id foramen coniectum: sed id tum in canna involutum demitti commodius est.* Const.

p. 383, l. 11, *Sed agrestium*) Lib. V. cap. 19, 50. *Const.*

p. 383. l, 26. *Tonsillæ*) παρίσθμια. *Const.*

p. 383. l. 33. *Et in passo,*) Dele *&*. Const.

p. 384. l. 1. *Leniterque*) *lenibusque. Const.*

p. 384. l. 5. *In leni igne coquitur*) *in* vacat. *Const.*

p. 384. l. 14, *Nardi* P. *.) *Nardi* P. v. *Const.*

p. 384. l. 30. *Deinde ex mulso*) Dele *ex.* Const.

p. 384. l, 33. *Ad gargarizandum paulum*) *ad gargarizandum ex fico paulum*, Cod. *Const.*

p. 384. l. 4. *Leniterque*) *leviterque.* Const.

p. 385. l. 20. *Lenis humor,*) Ut decocti radicis dulcis. Vide lib. VI. cap. 10. *Const.*

p. 385. l. 28. Ἀνθηρὰς) Ἀνθηρὰ i. ἐξέρυθρα, valde rubra & florida, a sandarachæ colore. Nam Hesychio ἀνθηρὰ, ἡ σανδαράχη. *Const.*

p. 386. l. 28. *Quem*) Dicendum fuit *quod*, ut apud Plin. Sed ad Græcam vocem ῥοῦς respexit. *Const.*

p. 386.

p. 386. l. 29. *Rhus quem Syriacum vocant*) Vide ſis de hac herba Plinium lib. XXIV. cap. XI. Manardi Epiſtolam IV. lib. 1. qua contendit voce Græca *rhos* ſcribendum eſſe. Rhodium in Lexico Scriboniaco & Bodæum a Stapel in Theophraſti lib. III. cap. XVIII. Hiſtor. Plantar.

p. 387. l. 4. *Ad quod humor*) *a quo humor.* Conſt.

p. 387. l. 7. *At ſi lenia*) *at ſi leniora*, Cod. *Conſt.*

p. 387. l. 8. *Quæ adurendo cruſtas ulceribus inducant.*) ἐσχαρωτικά. *Conſt.*

p. 387. l. 12. *Maxime*) Al. *maxima.* Conſt.

p. 387. l. 27. *De paradontidibus*) Poteſt legi & hic *parulidibus.* Cæſar.

p. 387. l. 30. Παροδοντίδας) Παρυλίδας legendum. Vide Aeginetam lib. VI. *Conſt.*

p. 388. l. 7. *Quas antheras vocari dixi*) Lib. II. cap. 17. *Conſt.*

p. 388. l. 15. *Subcrudum*) *tuberculum.* Conſt.

p. 388. l. 28. *Eum ore*) *eius ore.* Conſt.

p. 388. l. 30. *Sive parotides ſint, ſive non ſint, diutius pus feratur. Quod aut dente corrupto, aut fracto, vel aliter vitiato oſſe, maximeque id per fiſtulam venire conſuevit, ubi incidit,*) Legendum: *ſive* παρυλὶς *fuit, ſive non fuit, diutius pus feratur, aut dente corrupto, aut fracto, vel aliter vitiato oſſe: maximeque id per fiſtulam venire conſuevit. Quod ubi incidit.* Conſt.

p. 389. l. 1. *Exceſſit,*) *abſceſſit.* Conſt.

p. 389. l. 13. *Uvæ*) Uvæ productæ chirurgiam vide lib. VII. cap. 12. de uva. *Conſt.*

p. 389. l. 30. *Ubi horum aliquo illita uva eſt, chelidoniæ quoque ſucco per cochlear illita uva maxime prodeſt. Fere multa pituita*) *chelidoniæ quoque ſuccus per cochlear illita uva, maxime prodeſt. Ubi horum aliquo illita uva eſt, fere multa pituita,* Cod. *Conſt.*

p. 390. l. 3. *Cochleario*) *cochleari.* Conſt.

p. 390. l. 8. *Sine eo hac curatione vitæ ſubiecta eſt.*) *ſine eo. Ac de curatione uvæ productæ per manum ratio ſubiecta eſt.* nempe lib. VII. cap. 12. *Conſt.*

p. 390. l. 23. *Frictæ*) *fractæ.* Conſt.

p. 390. l. 26. *Roſa*) *roſ.* i. roſaceo. *Conſt.*

p. 390. l. 30. *Tabeſcere deſinat:*) ſic etiam loquitur Cato lib. de Re ruſtica. *Conſt.*

p. 391. l. 2. *Oleæ,*) *oleæ folia.* Conſt.

p. 391. l. 6. *Proficit. Ex*) *proficit: Et ex.* Conſt.

p. 391.

p. 391. l. 16. *Refici eos*) *refigi eos*. Conft.

p. 391. l. 24. *Hebetia*) Ad regignendam carnem. *Conft.*

p. 392. l. 6. *Reprimentium experimentum eft.*) Alii *reprimentibus experiendum eft.* Et in parotidibus reprimentium ufus periculofus eft, quia glandes fub auribus, quas ipfe is abfceffus obfeffit, funt emiffarium cerebri. *Conft.*

p. 392. l. 13. *Ad umbilicos vero prominentes*,) Ἐξόμφαλον πάθος dicitur ab Aegineta hæc umbilici procidentia. Plin. lib. V. c. 20. prociduum umbilicum vocat, quem prominentem hic auctor. Ἐξόμφαλοι vero hi funt, quibus hoc vitium accidit. *Conft.*

p. 393. l. 10. *Si ex inflammatione coles*) Περιφίμωσις, cui contraria φίμωσις. *Conft.*

p. 393. l. 12. *Induci*) *adduci*. Conft.

p. 393. l. 16. *Ducenti*) *reducenti*. Conft.

p. 393. l. 24. *Continere fe*) *quiefcere*. Conft.

p. 393. l. 29. *Summo*) *fumma*. Conft.

p. 393. l. 34. Morgagnus Epift. V. p. 134. putat, potius *unquam* cum Pinzio, Iunta, Cæfario, Ruellio legendum videri propterea quod fupra pofitum eft, *reduci* eam cutem *aut rurfus induci non poffe*; fatetur tamen, amplius de eo videndum effe, cum reliqui & codex habeant *nunquam*. Quod & legendum omnino effe autumo. K.

p. 394. l. 1. *Ulteriore*) *interiore*. Conft.

p. 394. l. 8. *Tum butyri, & rofæ mollis*) *tum butyri, & rofæ, & mellis*. Conft.

p. 394. l. 11. *Aut, fi*) *at fi*. Conft.

p. 394. l. 17. *Uvæ madentiori, nariumque*) *uvæ madenti, oris, nariumque*. Conft.

p. 394. l. 26. *Aut Erafiftrati*) *at Erafiftrati*. Conft.

p. 395. l. 31. *Ac fi plus*) *at fi plus*. Conft.

p. 395. l. 19. *Myrrhæ, aut croci*,) Dele *aut*. Conft.

p. 395. l. 25. *Habeant: tum in æneo*) *habeant, in æneo*. Conft.

p. 395. l. 31. *Nervos*) Cremafteras vocat lib. VII. cap. 18. *Conft.*

p. 395. l. 32. *Profluitque*) Morbus hic vulgo *chaude-piffe*, id eft, colis fiftula. *Conft.*

p. 395. l. 33. *Non cocta, aut aquæ*) Al. *non coacta, et aquæ*. Conft.

p. 396. l. 26. *Hæc citra cancrum*) Gangræna eft, cuius curationem vide lib. VIII. cap. 33. *Conft.*

p. 396. l. 33. *Paulum demat*,) *paulum demas*. Conft.

p. 397.

p. 397. l. 10. *Trahat,*) *detrahat.* Const.
p. 397. l. 28. *Ibi*) Dele. *Const.*
p. 397. l. 29. *Oriri*) *ibi oriri.* Const.
p. 397. l. 33. *Quædam etiam nigrities*) Σφάκελος, syderatio. *Const.*
p. 398. l. 20. *Ad ora*) *ad oras,* Cod. *Const.*
p. 398. l. 25. *Ex faba farina*) *cataplasma ex fabæ farina ex mulso cocta cum cumino contrito & ex melle coacto.* Const.
p. 398. l. 31. *Aut si*) *at si.*
p. 399. l. 12. *Quod si ex ictu testiculis aliquid desit, fere quoque increscit,*) *quod si ex ictu testiculis aliquid hæsit, fere pus quoque increscit.* Const.
p. 399. l. 13. *Si ex ictu testiculis aliquid desit*) in editionibus scriptum est. In Codice Morgagnus invenit: si *ex ictu alii desit.* Editionum tamen quædam omittunt voculam *pus,* quæ in aliis & in codice est. Rousseus in ora descripsit lectionem Constantini. Nulla tamen harum variantium sensum reddit planiorem. Emendatio num a casu præcedente qui duplex erat repeti possit, videant alii.
p. 399. l. 18. *Rhagadiis*) *rhagadibus.* Const.
p. 399. l. 20. *Nec in se*) *nec non in se.* Const.
p. 399. l. 20. Pro *inter se* Lindenius scripsit *a se* non verisimili scriptura. Veteres editiones omnes habent *in se.* Morgagnus Livii dicentis, *abhorrent inter se orationes,* auctoritate ductus primo divinavit, dein in codice reperit *inter se.* Illa altera Constantini lectio: *nec non,* verisimilis non est, cum curationes hæ magnam inter se habeant similitudinem. K.
p. 399. l. 20. *Abhorrentes*) *abhorrendas.* Const.
p. 399. l. 21. *At primum in eo sæpe, & quidem pluribus locis cutis exciditur.*) *Ac primum in eo cutis sæpe, & quidem pluribus locis scinditur.* Const.
p. 399. l. 22. Ῥαγάδια) Ῥαγάδας: sic leg. Plinius vocat *fissa ani.* Dicuntur etiam ῥήξεις, i. scissuræ, ut ipse vocat infra. *Const.*
p. 399. l. 25. *Columbina quoque ova*) Ex Hippocr. lib. de Ulceribus. *Const.*
p. 399. l. 26. *Purganda*) Testis & putaminibus. *Const.*
p. 399. l. 31. *Aut hyssopum*) *aut oesypum.* Const.
p. 400. l. 1. *Et quolibet*) *e quolibet.* Const.
p. 400. l. 9. *Ne aridum*) *nec aridum.* Const.
p. 400. l. 14. *Condyloma*) Vide infra, κόνδυλον est articulus, a cuius forma condyloma vocatur eiusmodi excrescentia. *Const.*

p. 400.

p. 400. l. 21. *Verbenæ*) Id eſt, herbarum ſtirpiumque frondes. Sic late vis vocabuli extenditur apud Poëtam:

Verbenasque adole pingues,
De tædiferis. Conſt.

p. 400. l. 23. *Sertula campana*) Melilotus. *Conſt.*

p. 400. l. 28. *Hyſſopo ac roſa*) *Oeſypo ac roſa*, i. roſaceo. *Conſt.*

p. 400. l. 32. *Quibus dum teruntur,*) Vide lib. VII. cap. 22. in curatione ramicis. *Conſt.*

p. 401. l. 3. *Poſteriore*) *ſuperiore*, Cod. *Conſt.*

p. 401. l. 13. *Stibis,*) *ſtibii.* Conſt.

p. 401. l. 15. *Ulcera,*) Rhagadas. *Conſt.*

p. 401. l. 16. *Hoc parum*) *id nondum*, Cod. *Conſt.*

p. 401. l. 23. *Tanquam ex capitulis*) *ex* videtur expungendum. *Conſt.*

p. 401. l. 27. *Atque in quibusdam parum* &c.) Vide Galenum in Aphor. 12. lib. VI. *Conſt.*

p. 401. l. 31. *Cum ſanguinis exitum non haberent,*) *cum ſanguis exitum non haberet.* Conſt.

p. 401. l. 34. *Id nocet,*) Sanguinis fluor. *Conſt.*

p. 402. l. 4. *Oriri*) *ibi oriri.* Cod. *Conſt.*

p. 402. l. 5. *Dura alvus*) i. duræ alvi excrementum. *Conſt.*

p. 402. l. 11. *Sciſſuris*) Rhagadibus. *Conſt.*

p. 402. l. 20. P. v. *) P. * VI. *Conſt.*

p. 402 l. 21. *Compungendum*) Capitulum venarum. *Conſt.*

p. 402. l. 21. *Aduſtis capitulis fit cicatrix*, quæ *ſanguinem fundi probibet*) Hæc Translator Britannus reddit ſuſpecta, & *cruſta* pro *cicatrix* legit, propterea, quod adurentia non hanc ſed illam creent, a vivo ſeparandam detergendam & ad cicatricem perducendam. Sed quia Celſus aduſtorum curationes alibi ſatis explicuit, nullam his verbis ſubeſſe difficultatem puto. K.

p. 402. l. 23. *Sed quoties*) Vide Aëtium lib. XIV. cap. 5. *Conſt.*

p. 402. l. 29. *Procidentia ſedis* Plinio. *Conſt.*

p. 402. l. 34. *Circumdatum.*) *Circumdetur*, Cod. *Conſt.*

p. 403. l. 16. *Squamæ fuliginis, calcis ſit adiectum. Si in hac ratione*) *aeris ſquamæ, thuris fuliginis, & calcis ſit adiectum, ſi hac ratione.* Conſt.

p. 403. l. 18. Lindenius ſententiam Celſi mutavit, ſcribendo, *vel aliis medicamentis ſimilibus vel veh.* Nam ſi priora adurentia inutilia erant, quæ ſperanda erit utilitas a ſimilibus h. e. æque minus vehementibus? K.

p. 403.

p. 403. l. 28. Πτερύγιον *Graeci appellant*) *Reduviam* vel *redivivam* vocant Latini. *Casaub.*

p. 403. l. 31. *Radicula*) *rudicula*. Conſt.

p. 404. l. 1. *Simul malvam ſolent, cum*) *ſimul malunt: cum*, Cod. *Conſt.*

p. 404. l. 7. Legitur *cocto* & in omnibus libris. Non plane improbanda eſt Lindenii mutatio. Nihilominus reſtitui Priorum lectionem in re dubia. Sed *&* pro *ex* nullo modo ſubſtituere licet. Non enim, ex quo ficus coqui debeat, intelligeretur. K.

p. 404. l. 11. *Squamae*) *Squama aeris*. Conſt.

p. 404. l. 22. *Scabri ungues*) Scabritia unguium Plin. *Conſt.*

p. 404. l. 24. *Aeque imponi*) *aliquid imponi*, Cod. *Conſt.*

p. 404. l. 27. P. II. *) Alias P. IV. *Conſt.*

p. 404. l. 30. *Renaſcuntur.*) Alias *naſcuntur*. Conſt.

p. 405. l. 13. *Eademque*) Medicamenta. *Conſt.*

p. 405. l. 25. *Plurimum*) *ut plurimum*. Conſt.

p. 406. l. 3. *Hieron,*) *Herones*, Cod. *Conſt.*

p. 406. l. 8. *Euelpiſtus, &*) *Euelpiſtus Phlegetis filius, &*, Cod. *Conſt.*

p. 406. l. 17. *Immiſericors,*) *aegrorum*. Conſt.

p. 407. l. 8. *Luxata igitur*) At de luxatis libro ſequenti, & quod hic tractatur ἐκχύμωσις eſt, id eſt, ſugillatio, quae contuſione fit. Ergo hoc loco mendoſe editur *luxata* pro *ſugillata*. Itaque & *contuſa* ſcriptum inveni: itemque *vexata*, quod plane non diſplicet, ſi pro *contuſis* ſumatur, ut apud Gellium. *Conſt.*

p. 407. l. 10, 11. Ante Lindenium omnes ſcripſere *Luxatis*, *Luxata*, manifeſto errore, eoque magis improbando, quod ne ſemel quidem verbo *luxare*, & huic affinibus uſus eſt Celſus vid. Morgagni *Epiſt.* V. p. 11.

p. 407. l. 11. *Detergatur*) *detergeatur*, Cod. *Conſt.*

p. 407. l. 16. *Id optimum*) *id idem optimum*, Cod. *Conſt.*

p. 408. l. 9. *Excidat*) *excedat*. Conſt.

p. 408. l. 10. *Nihil cucurbitula agere.*) *nihil cucurbitulam agere*. Conſt.

p. 408. l. 6-25. Multa quae perperam mutavit Lindenius reſtitui. Quae de iis Morgagnus ad haec loca dixit, vid. *Epiſt.* VI. p. 130. K.

p. 408. l. 23. *Maturior*) *maturiore*. Conſt.

p. 409. l. 3. *Curantis imbecillitas*) *cubantis imbecillitas*. Conſt.

p. 409. l. 4. *Cataplasmata*) *cataplasmatis.* Const.

p. 409. l. 13. *In his periculum est*) *in hoc periculum est, ne.* Const.

p. 409. l. 19. *Itemque aliam rectam plagam desiderant in carne, quia fere vehementer cutem extenuat, tota*) *Itemque alia rectam solum plagam desiderant in cute: Alia, quia fere vehementer cutem extenuant, tota.* Const.

p. 409. l. 19. Hunc a Constantino tactum locum restitui, quam melius potui. Morgagnus autem putat fieri potuisse, ut Celsus, postquam dixisset de prorsus maturis, verba faceret de subcrudis, & quod consequitur, magis de carne, quam de cute incidenda, repetita autem esse per librariorum incuriam, quæ de extenuata cute dixisset Celsus. De cute vero tota excidenda si hic quidquam dixisset; non videri paucis post versibus de eadem rescripsisse: *Est etiam in rerum natura ut cutis latius operienda sit.* Quod si non *tota* sed *tuto* (quod in Codice scriptum fuit) *super pus* excidenda, imo forte *incidenda* scripserit, hoc quoque ad ultimam illam maturitatem pertinuisse. *Epist.* VII. p. 180.

p. 409. l. 24. *Parcissimæ*) *paucissimæ.* Const.

p. 409. l. 29. *Exitum*) ὑπόῤῥυσιν vocant. *Const.*

p. 409. l. 31. *Est etiam in rerum natura,*) Id est, in rerum naturam cadit. Quintilian. pro *interdum fit.* Const.

p. 409. l. 34. *Sinus diffundit,*) *sinus suffudit,* Cod. *Const.*

p. 410. l. 5. *Exercuit,*) *exhausit.* Const.

p. 410. l. 5. *Fluens alvus exercuit;*) *Fluens alvus exhaurit.* MS.

p. 410. l. 9. *Est. Ubicunque medicus ex quacunque causa cutem excidit, pure*) *Est, ubicunque medicus, & quacunque de causa cutem excidat. Pure.* Const.

p. 411. l. 6. *Carnosæ*) *callosæ.* Const.

p. 411. l. 6. Omnes priores editiones scriptum habere *carnosæ*, idque optimo sensu cum ea continuo sequantur, *illa quoque ipsa carne hebete nec firma* monet Morg. *Epist.* V. p. 136.

p. 411. l. 6. *Fiunt. Illa quoque ipsa carne hebete nec firma, deficere tamen animam, vel ipsa*) *fiunt, illa quoque ipsa carne hebete nec firma. Deficere tamen animam, vel in ipsa.* Const.

p. 411. l. 15. *Discernit,*) *decernit.* Const.

p. 411. l. 15. *Fortuna huc illucve discernit*) Lege *decernit.* Casaub.

p. 411. l. 16. *Reperiendam*) *recuperandam.* Const.

p. 411. l. 17. *Resiluerit,*) *resilierit.* Const.

p. 411.

p. 411. l. 30. *Reficiendo. Apteque omnia, quæ per medicamenta ſuppuratione quoque rupta ſequuntur,) reficiendo aptæ. Quæ omnia per medicamenta ſuppuratione quoque rupta, ſequuntur.* Conſt.

p. 411. l. 30. Lindenii lectionem *faciendo* dignam quidem videri quæ probetur, ſed tamen in ſolis oris editionum Conſtantini & Ronſſei legi, ait Morg. *Epiſt.* V. p. 122.

p. 412. l. 2. *De fiſtulis.*) Vide lib. V. ubi de fiſtulis, & collyriis fiſtularum. *Conſt.*

p. 412. l. 9. *Recte*) *rectæ*, Cod. *Conſt.*

p. 412. l. 13. *Perſequendi*) *perſeaundi.* Nihil muto. *Conſt.*

p. 412. l. 16. *Fibulæ*) Vulgo *bapes, attaches.* Conſt.

p. 412. l. 19. *Excidi*) *incidi.* Conſt.

p. 412. l. 26. *Subter exire,*) *ſubter ire.* Conſt.

p. 412. l. 29. *Solent*) *ſolent quoque,* nempe fiſtulæ. *Conſt.*

p. 413. l. 3. *Hunc ore ille continuit.*) *ſpiritum ore æger continuit.* Conſt.

p. 413. l. 8. *Sicca linamenta,*) Vulgo *charpie, plumaceaux.* Conſt.

p. 413. l. 19. *Ibi ſit*) In inteſtinis. *Conſt.*

p. 413. l. 21. *Auctores parum modum*) *auctores ſcripſerunt, parum tamen modum.* Conſt.

p. 413. l. 29. Pro *intus*, quod omnes habent, ſecure poſui *latius.* Nam tenui fiſtulæ abdomen perrumpenti opponi non poteſt fiſtula intus patens, neque neceſſe eſt, latius foramen ſit, niſi ipſa fiſtula latius patet. Sed non vereor, ne cuiquam improbetur ea emendatio. K.

p. 414. l. 8. *Deſiderant ea*) *deſiderant eæ.* Conſt.

p. 414. l. 8. *In hoc*) *in hanc*, nempe fiſtulam. *Conſt.*

p. 414. l. 16. *Linum debet eſſe crudum,*) Vulgo *fil écru* filum rude ac novum, nondumque lixivio maceratum. *Conſt.*

p. 414. l. 21. Pro *ſalvo* male poſuiſſe *ſoluto* tum ex Celſi verbis *tertio quoque die nodus reſolvendus eſt*, tum ex eo, quod illa ſolutione opus non eſt, intelligi monet Morg. *Ep.* VI. p. 151. Reſtitui quidem lectionem *ſalvo*, quam ad unum omnes habent. Hæc tamen animadverto, textus mutationi Lindenianæ, niſi Celſus ipſe forſan ita ſcripſit, occaſionem dediſſe videtur locus Hippocratis p. 885. *edit. Foeſ.* ubi ſimilis ani curatio docetur, ſed ita, ut lini ductio ſolutionem nodi requirere videatur. Hic autem Hippocratis locus ſicut alii etiam, redarguit eos, qui Celſum non bonum Hippocratem interpretem facere non dubitant. Ex eo enim mani-

 feſtum

ſeſtum eſt, Celſum auctoritate Hippocratis uti quidem, ſed interpretis partes in ſe non ſuſcepiſſe. K.

p. 414. l. 22. *Superior*) *exterior* quidam legunt. *Conſt.*

p. 415. l. 1. *Penicillo*) *ex penicillo.* Conſt.

p. 415. l. 13. *Ora*) *oræ.* Conſt.

p. 415. l. 18. *Recte*) *recta.* Conſt.

p. 416. l. 13. *Id tranſit,*) *id tranſiit.* Conſt.

p. 416. l. 14. *Itaque*) *eaque*; vel *ac ita.* Conſt.

p. 416. l. 26. *Parte ita*) Dele *ita*, vel lege *iſta.* Conſt.

p. 416. l. 26. Non *in ſumma*, ſed *ſumma - - cura.* K.

p. 416. l. 29. *Hamo retuſo*) τυφλαγκίστρῳ. *Conſt.*

p. 416. l. 30. *Scalpello.*) *A ſcalpello,* ἀπὸ τῦ σμιλίυ, ἢ μήλης ἰσχυρᾶς. Hippocrat. *Conſt.*

p. 416. l. 33. *Sub eo*) *ab eo.* Conſt.

p. 417. l. 3. *Generibus ſubiicienda ſunt, quæ*) *generib. adiicienda ſunt, quæ.* Conſt.

p. 417. l. 5. *In corpore*) *in corpus.* Conſt.

p. 417. l. 6. *Inſedit.*) *incedit*, vel *inſidit.* Conſt.

p. 417. l. 8. *Ipſa in anguſto eſt.*) *ipſa anguſta eſt.* Conſt.

p. 417. l. 15. *Si mucro, ſi arundo inhæret*) *ſi mucroni arundo inhæret.* Conſt.

p. 417. l. 19. *Forfice,*) *forcipe.* Conſt.

p. 417. l. 25. *Forfice*) *forcipe.* Conſt.

p. 417. l. 28. *Fiſſis*) *fixis.* Conſt.

p. 418. l. 3. *Diocleum graviſcum*) Διόκλεος γρᾱ́φισκον *Græci vocant.* Βελυλκόν. Γρᾱ́φισκος, ſic dicitur a forma graphii. *Conſt.*

p. 418. l. 9. *Lateribus, leviterque extrema in eam*) *a lateribus extrema leviterque in eam.* Conſt.

p. 418. l. 24. *Forfice*) *forcipe.* Conſt.

p. 418. l. 33. *Quoque ictum*) *quoque victum.* Conſt.

a

p. 419. l. 2. *Literæ* Ψ) b. Ψ b. a. *telum.* b. *terebra.* Conſt.

p. 419. l. 3. *Diducuntur*) *deducuntur.* Conſt.

p. 419. l. 25. *De qua ſatis alio loco dictum eſt.*) Vide Libro VI. *Conſt.*

p. 419. l. 1. Γάγγλας,) γάγγλια. *Conſt.*

p. 420. l. 11. *Tunica ſua includuntur,*) Tunica includi ganglia quidam negant. Vide pag. 410. *Conſt.*

p. 420. l. 17. *Eiecta*) *exſecta.* Dicet tamen infra: *eiiciendaque cum eo, quod intus tenet.* Conſt.

p. 420. l. 24. *Aliqui*) *aliique*, Cod. *Conſt.*

p. 420.

p. 420. l. 24. *Quibus aliqui*) *alii aliique* i. e. *diverſi:* cuius coniectura ex V. C. in quo *aliique* legitur. *Scal.*

p. 420. l. 26. *Meliceridi*) De meliceria ulceris fiſtuloſi genere. Vide lib. V. *Conſt.*

p. 421. l. 2. *Subiecta earne, ea ſepararetur,*) *& ſubiecta carne ea ſepararetur,* Cod. *Conſt.*

p. 421. l. 24. *Veſicæ*) ὑδατίδες Aeginetæ. *Conſt.*

p. 421. l. 25. *Levesque pituitæ curſus,*) ἐπιφορᾶς. *Conſt.*

p. 421. l. 29. *Transverſam*) *transverſa.* Conſt.

p. 421. l 31. *Et ut locus*) *& ut qua locus.* Conſt.

p. 422. l. 1. *Superinungi collyrio debet ex iis aliquo, quo lippientes oculi ſuperinunguntur*) Ad verbum *Superungo* in Theatro Iunckeriano, & Fabri Theſauro affertur locus hic. Revera codices variant; & ſi quidem Scribonius Largus compoſ 29. ſcripſit *ſuperunctum,* non eſt temere huic verbo auferenda Romana Civitas. Tutius tamen adhibetur *Superinungo,* quod hic habent meliores libri, quod repetitur a Celſo l. 6. c. 6. ſect. 1. quod uſurpat etiam Largus compoſ. 27. Non eſt prætereundum, verba hæc Celſi, quæ duo membra complectuntur, in Theatro Junckeriano partim ad Celſum, partim ad Largum referri, ut verbum *Superungo* bina auctoritate nitatur. Sed vix credibile eſt, quam multa in lexicis excudendis peccentur ab Operis. Editiones omnes meæ & *Superungo* & *Superinungo* exhibent in hoc uno loco. Sic enim proponunt: *Superungi collyrio debet ex iis aliquo*, *quo lippientes oculi ſuperinunguntur.* Iuntina tamen, quam utraque Manutiorum imitata eſt, ſic habet, *ſuper ungi* - - *ſuper inunguntur.* Codices quos in altero forte loco inſpexi, quem Animadverſio quoque memorat (lib. 6. c. 6. ſect. 1.) in eo quidem congruunt, quod ambas voces in unum iungunt; ſed hoc tamen diſcrepant; quod Forolivienſis habet, *ſuperinungi*; Venetus *ſuperungi.* Pariter apud Largum, ut non modo Compoſ. 27. lego *ſuperinungantur*, ſed etiam Comp. 26. *Superinungere*; ſic Compoſ. 29. in quatuor meis Editionibus, & his quidem Cratandri A. 1529; Manutiorum A. 1547. Stephani A. 1567. Rhodii A. 1655; Conſtanter lego, *ſuperunctum.* Morg.

p. 422. l. 9. *Crithe.*) κριθὴ vel ποσθία Galeno lib. IV. τῶν κατὰ τόπους. *Conſt.*

p. 422. l. 24. *Chalazio*) *grando*, χάλαζα, vel χαλάζιον. *Conſt.*

p. 422. l. 26. *Sed neque utique*) *ſed nec utique.* Conſt.

p. 422. l. 29. *Ideoque ea χαλάζια vocant.*) *Grandini similia sunt, ideoque ea χαλάζια Græci vocant.* Conſt.

p. 422. l. 29. χαλάζια) Bochart. Hieroz. Part. II. l. 5. c. 9. p. 721.

p. 422. l 32. *Diducenda*) *deducenda.* Conſt.

p. 423. l. 4. πτερύγιον) Unguis, vulgo *la maille.* Vide Aeginetam lib. III. cap. 22. *Conſt.*

p. 424. l. 6. *Pateſcit*) *pateſit*, leg. *pateſecit.* Conſt.

p. 424. l. 6. *Per quod poſtea ſemper humor deſcendit, ῥυάδα Græci vocant.*) *Rhyada*, non *rhypada*, ut hactenus, legendum mihi videtur, idque partim ratione vocabuli ad rei ſignificationem alludentis reſpondentisque; partim quia huic lectioni Symon Genuenſis adſtipulari videtur, ex ſententia Demoſt. cuiusdam, quem crebro ille citat, cuius & hæc verba citat, quibus rhyada ille ita deſcribit: *Rhyas*, inquiens, *eſt continuus lacrymæ fluor.* Quanquam dicat idem auctor, qualisqualis eſt apud Celſ. *rhypada legi.* Quin & huic ſententiæ meæ adſtipulari videtur Hermolaus Barbarus in ſuis Corrol. Quid quod & apud ipſum Galen. lib. 14. Θεραπευτικῆς ita legitur, ubi de oculorum vitiis agit, ῥυαδόςque appellat, de quo hic differit Celſ. oculorum vitium. *Cæſar.*

p. 424. l. 7. Ῥυάδα) ἀπὸ τȣ̃ ῥύειν, vel ῥοιάδα. *Conſt.*

p. 425. l. 13. *Excidi*) *excipi.* Conſt.

p. 425. l. 15. *Ex ipſo abſcindat*) *ex ipſo abſcindatur*, nempe angulo. *Conſt.*

p. 425. l. 24. *Inter ſe palpebræ coaleſcunt*) Aëtius lib. VII. cap. 66. πρόσφυσιν τȣ̃ βλεφάρȣ dixit, Paulus Aegineta lib. VI. cap. 15. σύμφυσιν βλεφάρων. *Conſt.*

p. 425. l. 30. *Glutinabit*) *glutinavit.* (alii *agglutinatur*) ἀγκυλοβλέφαρον, ſed utrumque vitium. Ego ſub utroque retineo. Nam ibi *ſub* pro *in* ponitur, ut cap. 5. lib. VII. ſic ὑπὸ vice ἐν interdum. *Conſt.*

p. 426. l. 1. *Adverſum ſpecillum*) Adverſum ſpecillum eſt μήλης πυρὴν (μηλωτρὶς vero ſive μηλωτὶς Aeginetæ, ἡ μήλη ἐξωτὶς Hippocr. *ſpecillum oricularium* ſeu potius *auricularium*) ſupra dicebat *ſpecilli manubriolo.* Conſt.

p. 426. l. 5. *Aut ubi*) *at ubi.* Conſt.

p. 426. l. 7. *Cum moderatione,*) *Temperata manu* ſupra. *Conſt.*

p. 426. l. 11. *Medicamentis, quibus aſpritudo curatur,*) Λεπτύνοντα φάρμακα (niſi potius λειαίνοντα) apud Aeginetam. *Conſt.*

p. 426. l. 12. *Vertatur*) *evertatur.* Conſt.

p. 426.

p. 426. l. 14. *Ipsique etiam*) *ipsique ægro etiam.* Const.

p. 426. l. 23. Ἀιγιλῶπα) αἰγιλώπη vel αἰγίλωψ (& antequam disruptum exulceretur, ἀγχίλωψ Aëtio) lacrymalem fistulam vocant. *Const.*

p. 426. l. 27. *Recurvatæ*) *æquatæ.* Const.

p. 426. l. 28. *Color pallet*) *colore pallent.* Const.

p. 427. l. 1. *Ea vero*) *eos vero.* Const.

p. 427. l. 4. *Cum eam non ignotum*) *quamvis.* Alii *cum ea ne.* Const.

p. 427. l. 14-15. Legendum mihi videtur: *Os quod iam carie vexatum est, ferro adurendum est, vehementius, quo crassior &c.* K.

p. 427. l. 15. *His squama accedat,*) *huic squama abscedat.* Const.

p. 427. l. 24. *De pilis palpebrarum oculum irritantibus,*) Πτῶσις βλεφάρων, καὶ φαλάγγωσις. *Const.*

p. 427. l. 27. *Modo sub ordine naturali*) Διστιχίασις. *Const.*

p. 427. l. 31. *Tenuis acus ferrea*) Hæc curatio Aeginetæ lib. VI. cap. 13. καῦσις. *Const.*

p. 428. l. 1. *Sub ipsis*) *super ipsis.* Const.

p. 428. l. 1. *Sub ipsis pilorum radicibus angulo immittenda est, ut ea tertiam partem palpebræ transvehat.*) Non puto, vocem hanc ultimam retineri posse, quamvis etiam in Fabri Thesaurum postrema editione recepta fuerit. In Gryphiana, & aliis quibusdam legitur *transuat,* quod consonum est verbis paulo post sequentibus: *Quidam aiunt, acu transui iuxta pilos exteriorem partem palpebræ oportere.* Acus autem, & quodlibet instrumentum acui simile transsuere dicitur, quoties perforat, tametsi filo careat. Si quis pro *transvehat* pugnare velit, is ostendere debebit, verbum hoc neutrorum more usurpari posse. In eodem Fabri Thesauro habetur & *Travebo,* quod firmatur Varronis auctoritate tanquam certa ex lib. 2. R. R. c. 7. *Flumen travehundum est.* Verum in Editione Veneta principe, & in Aldina leg. *traiiciendum.* In Forolovienfi codice legimus, *transvehat;* in Veneto *transueat.* Illius scripturam habent Editiones Iuntæ, Cæsarii, Stephani; huius ambæ Manutiorum. Pantinus tamen, Constantinus, Ronsseus ediderunt, *transuat;* hic etiam in margine adscripsit, *transeat.* Morg.

p. 428. l. 10. *Acu transui*) Ἀναβροχισμὸς dicitur hæc curandi ratio a Paulo Aegineta lib. VI. cap. 13. *Const.*

p. 428. l. 18. *Foramen*) *ferrumen* in antiquo: infra vocat *gluten,* quo vinctus est pilus. *Const.*

p. 428. l. 30. *Ea vero curatio*,) Ἀναῤῥαφὴ sive καταῤῥαφὴ Aeginetæ lib. VI. cap. 8. & 11. *Conſt.*

p. 428. l. 30. *Quæ palpebræ laxioris*) Elegans relativi traiectio, quæ rotundiorem numeroſioremque efficit orationem, quam *palpebræ laxioris*, *quæ*. Conſt.

p. 429. l. 7. *Qua deinde*) *quod deinde*. Conſt.

p. 429. l. 9. *Ut de interiore quæ*) *ut de inferiore*, *quæ*. Conſt.

p. 429. l. 13. *Palpebra*) *palpebra eſt laxata*. Conſt.

p. 429. l. 23. *Habenula*) Cutis ſegmentum oblongum. *Conſt.*

p. 429. l. 25. *Quæ ſupra tres*) Aegineta *tres*: vet. *quatuor*: Aëtius *quinque* dixit. *Conſt.*

p. 429. l. 30. *Satis tuetur*) A pilorum punctione. *Conſt.*

p. 430. l. 5. *Interdum etiam alia de cauſa*) Fit a natura, uſtione, cicatrice, ſenectute, ſutura latiore & male facta. *Conſt.*

p. 430. l. 15. *Cute*) *cutis*. Conſt.

p. 430. l. 29. *Senectute*,) Aegineta *relaxatione*. Conſt.

p. 430. l. 32. *Plagæ*) Lunatæ. *Conſt.*

p. 431. l. 2. Hic etſi codex habeat *ut quarto*, alii autem *&* *quarto*, neminem tamen habere *a quarto*, monet Morgagnus. Cuius auctoritate motus lectionem priorem reſtitui. Sero demum video, lectionem Lindenii *a quarto* meliorem eſſe. K.

p. 431. l. 8. *Tunica*,) Cornea. *Conſt.*

p. 431. l. 11. Σταφύλωμα) Vide Aëtium lib. VII. cap. 34. Aeginetam lib. III. cap. 22. *Conſt.*

p. 431. l. 15. *Ex interiore*) *ex inferiore*. Conſt.

p. 431. l. 31. *Alias feci mentionem*,) Pag. 367. Sex oculorum tunicæ.

1. Ἐπιπεφυκὼς, *adnata*. Oritur ex pericranio.
2. *Incognita* veteribus, ob idque *innominata*. Fit ex nerveis muſculorum oculi tenuitatibus.
3. Κερατοειδὴς, *cornea*. Oritur a dura membrana cerebri.
4. Ῥαγοειδὴς, *uvea*, vel κοροειδὴς (quia κόρης, *pupilla*, quæ in eius foramine,) naſcitur ex tenui menynge, nervumque opticum conveſtit.
5. Ἀμφιβλῆς ροειδὴς, *reticularis*. Gignitur ex nervo optico.
6. Ἀραχνοειδὴς, telæ aranearum ſimilis. Ipſa ſimiliter ut quarta ex tenui menynge naſcitur. *Conſt.*

p. 432. l. 9. *Ea qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillæ*) *eaque, qua parte alba, eſt ſatis craſſa: pupillæ*, Cod. *Conſt.*

p. 432.

p. 432. l. 18. *Ad membranam cerebri perveniunt, eique*) *Ad membranas cerebri perveuiunt* (immo ex eis nafcuntur), *eisque.* Vid. adnot. *Conft.*

p. 432. l. 23. *Eoque*) *eaque.* Conft.

p. 432. l. 27. *Ex cuius colore*) Color iridis fit ab uvea tunica. Color pupillæ apparet ex reflexione humoris vitrei, cum e fundo obfcuro exferit fe fpecies. *Conft.*

p. 432. l. 30. *Membranula*) Uvea & cornea. *Conft.*

p. 432. l 32. *A qua videndi facultas proficifcitur,*) Tres humores oculi:

1. Ὑδατώδης, *aqueus*, vel ὠοειδὴς, *albugineus*, qui paucus, femicircularis iacet in parte anteriore: gignitur ex nutritione; effufusque vulnere reftauratur interdum, nec vifus amittitur. *Conft.*
2. Κρυσταλλοειδὴς, *cryftallinus*, qui fplendidus, fphæricus, globi, quem reliqui duo conftituunt, in centro locatus, pene princeps videndi inftrumentum. Ex vitreo alitur.
3. Ὑαλοειδὴς, *vitreus*, qui multo copiofior femicircularis, concavus (nam cavitate fua cryftallinum excipit) pofteriorem partem præcipue occupans. Alitur a tunica reticulari.

Locus autem corruptiffimus ita caftigandus: *Id autem, fupervenìens ab interiore parte membranula includit* (*fub his gutta humoris eft, ovi albo fimilis*) *a qua videndi facultas proficifcitur.* Κρυσταλλοειδὲς *a Græcis nominatur* *Gutta humoris*, intelligit ὑδατῶδες five ὠοειδὲς, *aqueum humorem.* *Facultas proficifcitur.* Si ut a caufa falfum: fi ut ab inftrumento ferme præcipuo verum. Ἀραχνοειδὴς membranula vitreum & cryftallinum complectitur. *Conft.*

p. 2. 433. l. 1. Κρυσταλλοειδὴς) ἀραχνοειδής. *Conft.*

p. 433. l. 5. *Interiori potentiæ*) Videndi. *Conft.*

p. 433. l. 6. *Vitiique eius*) *vitii eius.* Conft.

p. 433. l. 12. *Figura in aliam vertit*) *figura, in aliam vertitur.* Conft.

p. 433. l. 14. Pro *coeruleus* fubftitui *cereus* volunt Hier. Mercurialis Var. Lect. L. V. c. 5. & Clericus in Hift. Med. P. 2. L. 4. S. 2. c. 5. quos fecutus Interpres Britannus vertit: *Of the colour of wax.* Sed miror, viris doctiffimis ignotum effe Hippocratis περὶ ὄψιος. K.

p. 433. l. 19. *Curatio*) *curationi.* Conft.

p. 433. l. 22. *Neque exiguus neque concavus*) Negatio cadit in Adiect. *Conft.*

p. 433. l. 26. *Durities quædam*) *duritie quadam.* Conft.

p. 433. l. 31. *Lumine adverso, sic ut contra medicus*) *lumini adversus, sic ut contra medicum.* Const.

p. 433. l. 34. *Et immobile*) *ut immobile.* Const.

p. 434. l. 2. *Acies*) Oculi acies videndique facultas, læso humore crystallino. *Const.*

p. 434. l. 7. *Aut acuta, aut forte non nimium tenuis, eaque demittenda. Sed recta est per*) *est acuta, aut certe non demittenda, sed recta est, per.* Const.

p. 434. l. 7. 8. Loci huius corruptio in omnibus editionibus manifesta est. Ante legebatur: *Acus admovenda est, aut acuta, aut forte non nimium tenuis.* Lindenius pro *forte* posuit *certe.* Sed neutra lectio probari potest, cum oppositio in neutra probabilis sit. Si diviuando liceret veram lectionem præcipere, eam putarem ita se habere: *Acus admovenda est, acie acuta, & (vel at) fortis, aut certe non nimium tenuis.* K.

p. 434. l. 9. *Summas duas tunicas*) Adnatam & corneam. *Const.*

p. 434. l. 13. Pro *timide* Interpres Britannus vult *temere* legi. Sed doctissimum virum, cum hæc scriberet, parum hæsitasse valde miror. Vox enim *timide* & supra & infra a Celso dictis magis, non *temere* convenit. Dixerat Celsus, acum ita esse demittendam *ne qua vena lædatur.* Ne quis vero timidius agat, adiicitur, *neque tamen timide demittenda est, quia inani loco excipitur*, ubi scil. *nec lædi quicquam, neque medicocriter quidem peritus falli potest.*

p. 434. l. 21. *Parti*) *parte.* Const.

p. 434. l. 25. *Late*) *latis.* Const.

p. 435. l. 3. *In hoc capite Græcorum* ὑποσπαθισμὸς, περισκυφισμὸς, & ἀγγγειολογία tractatur. *Const.*

p. 435. l. 11. *Ex levibus*) *& levibus.* Const.

p. 435. l. 21. *Necessario*) *necessaria.* Const.

p. 435. l. 26. *Patent*) *parent.* Const.

p. 435. l. 27-32. Ex hoc loco patet, vehementer errare eos, qui Celsum subtilibus dissectionibus adversari credunt. Morg. *Epist.* V p. 104.

p. 435. l. 33. *Os*) *calvariæ os.* Const.

p. 436. l. 17. *Nationes quoque*) *nationes quasque.* Const.

p. 436. l. 19. *Qui novem lineis*) περισκυφισμὸς & ὑποσμάθισμός. *Const.*

p. 436. l. 25. *Recte*) *rectas*, vel *recta.* Const.

p. 436. l. 25. *Diducerent,*) *deducerent.* Const.

p. 436. l. 28. *Inductisque*) *diductisque*, Vet. *Const.*

p. 437.

p. 437. l. 3. *Post sanguine fuso,*) *post sanguinem effusum.* Const.

p. 437. l. 17. *Valentior*) *violentior.* Const.

p. 437. l. 18. *Legi*) i. *seligi.* Nam hic & infra περὶ ἀγγειολογίας. *Const.*

p. 437. l. 22. *Cervicem, ac frontem, deinde*) *verticem ac frontem oportet, deinde.* Const.

p. 437. l. 27. *Maxillas*) *maxillam.* Const.

p. 438. l. 5. *Erumpat*) Crustis decidentibus. *Const.*

p. 438. l. 6. *Per hoc*) Puris diuturnam vacuationem. *Const.*

p. 438. l. 7. *Per illud*) sanguinis eruptionem. *Const.*

p. 438. l. 7. *Exhauriri*) Alimento privari, unde oculi ἀτροφία, & φθίσις sive tabes. *Const.*

p. 438. l. 23. *Cicatricem*) In qua caro excreverit. Nam ὑπερσάρκωσιν posuit Aegineta. *Const.*

p. 439. l. 10. *At ubi aures, in viro puta, perforatæ sunt,*) Ut olim in servitiis Thracum. *Const.*

p. 439. l. 28. *Curta in auribus*) Κολόβωμα. *Const.*

p. 440. l. 8. *Mutatione,*) *mutilatione.* Const.

p. 440. l. 8. *Quod etsi in levi mutilatione &c.*) Per hunc unum Celsi locum vox *mutilatio* inter latinas obrepsit, & in Iunckeri Fabrique Thesauro sine ulla controversia sedem posuit. At mihi dubia erit, donec certiore auctoritate firmetur. Hic enim quinque Editiones meæ habent: *Quod in levi mutatione &c.* Idem habent quinque aliæ meæ; quanquam Constantinus atque Ronsseus in libri ora scripserunt, *mutilatione.* Quam ego vocem in neutro codice inveni; sed in utroque, *mutatione.* Morg.

p. 440. l. 17. *Curatum*) *Curtum, curtatum* reperi: *curandum* Alii. *Const.*

p. 440. l. 21. *Reposuimus*) *resolvimus*, Vet. *Const.*

p. 440. l. 30. *Interdum autem*) *interdum tamen.* Cod. *Const.*

p. 440. l. 31. Particula *haud* parum attento videri potest non a Celso esse. Britannus expunctam vult. Sed verbum *relinquere* duplicem explicatum admittit. K.

p. 441. l. 1. *Imis venarum*) *imisve narium.* Sic in antiquo. Alii *genarum.* Const.

p. 441. l. 4. *Si quid aut medio naso,*) Hæc videntur e margine irrepsisse. *Const.*

p. 441. l. 6. *Curata*) *curta.* Const.

p. 441. l. 16. *Illita ſpuma argenti*) Sic etiam ſequenti pag. *Conſt.*

p. 441. l. 32. *Poſui.*) Cap. 8. lib. VI. *Conſt.*

p. 442. l. 4. *Implicitum linamentum,*) ϛρεπτὸς μοτός. *Conſt.*

p. 442. l. 5. *Ex penicillo reſpergendum*) ἐλλυχνιωτὸς μοτὸς Aeginetæ. *Conſt.*

p. 442. l. 8. *Vulnus purgandum*) *ulcuſculum purgandum.* Conſt.

p. 442. l. 23. *Sutilem*) *ſubtilem.* Conſt.

p. 443. l. 10. *Areſcentium*) *madeſcentium.* Alii exponunt *ulcere putri corroſarum.* Conſt.

p. 443. l. 13. *Incidat*) *inſidat.* Conſt.

p. 443. l. 28. *Forfice*) *forcipe.* Conſt.

p. 443. l. 32. *Forfice*) *forcipe.* Conſt.

p. 444. l. 1. *Forfex*) *forceps.* Conſt.

p. 444. l. 2. *Os carum,*) *os rarum, cui dens inhæret.* Alii *earum*, nempe maxillarum. *Conſt.*

p. 444. l. 6. *Forfex*) *forceps.* Conſt.

p. 444. l. 15. *Fractum*) *factum.* Conſt.

p. 444. l. 16. *Indureſcit*) *intumeſcit.* Conſt.

p. 444. l. 16. *Quod ſi fractum ſtatim non eſt, ſed intumeſcit extrinſecus maxilla &c.*) Non ſine iis legi oportuit, quæ ipſorum loco ſunt, tum in pervetuſto Nicolai libro, tum in illis, quos Iunta, & Cæſarius edidere, quorum quidem verborum præcipua pars eſt a Conſtantino, Ronſſeo, aliiſque in margine propoſita: *Quod ſi factum ſtatim non eſt, indureſcit extrinſecus maxilla, ut os hiare non poſſit;* hoc eſt, ſi fracti oſſis particula educta ſtatim non ſit, MS. *quod ſi factum ---- ut is.* Morg.

p. 445. l. 6. *Is qui*) *is autem qui.* Conſt.

p. 445. l. 10. *Forfice, quam rhizan*) *forcipe, quam* ῥιζάγραν. *Conſt.*

p. 445. l. 11. *Quam* ῥιζάγραν *Græci vocant*) Vox *Rhizagra*, quæ hic Græce ſcribitur, in Fabri Theſauro latinam formam induit. *Eſt* autem ῥίζαγρα forceps ad evellendas dentium radices *a* ῥίζα radix, & ἄγρα captura. Cælius Aurelianus *dentiducum* appellat de tard. paſſ. cap. 4. prope finem. Quidam codices pro ῥίγρα habent ῥίζα. Eadem, opinor, cauſa, quæ Nicolaum in Ed. Florentina, coegit Iuntam in Veneta A. 1524. edere, *antidyades*, idque non ſine manifeſto errore, &*rizan.* Cæſarius tamen, Pantinus, Conſtantinus, Ronſſeus, cum primam illam vocem Græcis litteris propoſuiſſent, hanc Latinis ſcripſere *rhizan*, quan-

quam

quam duo postremi in margine Græcis litteris addiderunt, ῥιζάγραν. *Morg.*

p. 445. l. 14. *Ἀντιάδες autem a Græcis appellantur)* Græci dicunt Ἀντιάδα (vel παρίσθμια, ut est apud Pollucem lib. 2. c. 4. sect. 201.) faucium tumores tumores post hypoglottida utrinque prominentes, ab ἀντιάζω, *adversus sum*, quod hic morbus rebus glutiendis adversetur, vel ut docent Grammatici, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἀντία ἀλλήλαις κατὰ τὴν διάνοιξιν τοῦ στόματος, *quod appareant invicem opposita aperto ore.* Basilii Fabri Thesaurus recepit hanc vocem inter latinas, fortasse quod in Florentina Celsi Editione 1478. latinis litteris scripta sit. Verum Typographus ille Græcis typis carebat, ideoque non hanc solum, sed omnes Græcas voces latinis formis expressit. Affertur etiam in eo lexico lex 14. tit. 1. lib. 21. Digest. Sed ibi quoque optimæ Editiones; imo omnes, quas ego vidi, habent ἀντιάδες per Græcas litteras. *Morg.* Ep. III.

p. 445. l. 21. *De Uva.)* Vide pag. 389. de Uvæ morbis. *Const.*

p. 445. l. 24. *Solet enim)* Ex Hippocrat. Prognost. lib. III. cap. 10. *Const.*

p. 445. l. 29. *Deducta) diducta.* Const.

p. 445. l. 31. *Summa, tenuis est) summa vero, tenuis est.* Const.

p. 445. l. 32. *Volsella)* τῷ μαδίῳ, σταφυλάγρᾳ, vel σταφυλοπάρτῳ. *Const.*

p. 446. l. 9. *Lingua vero quibusdam)* Hoc vitium vocatur ἀγκυλόγλωσσον, (quo qui laborant, μογιλάλοι vocantur.) De eius curatione Aetius lib. VIII. cap. 38. *Const.*

p. 446. l. 13. *Membrana incidenda)* τῷ ἀγκυλοτόμῳ, id est, ferramento, quo ἀγκύλωσις linguæ tollitur. *Const.*

p. 446. l. 20. *Eam premeret) eam promeret.* Const.

p. 446. l. 27. *Consistit in tunica) contegitur velamento.* Vid. VII. cap. 2. *Const.*

p. 446. l. 28. *Movet:) non movet.* Cod. *Const.*

p. 446. l. 29. *Semel) simplici plaga.* Const.

p. 447. l. 2. *Labra autem sæpe finduntur) Labrorum fissuras* vocat Plinius. *Const.*

p. 447. l. 16. Βρογχοκήλην) Βρογχοκήλη, vulgo *le gros gosier* vel *le goitre.* Plin. lib. XXII. cap. ult. *guttura* vocat. & lib. XXII. cap. 17. [dixit *guttura incipientia turgescere:* unde guttur. *Const.*

p. 447. l. 23. *Exeditur) exuritur.* Const.

p. 447. l. 27. *Tumore una linea*) *tumor una linea.* Conſt.

p. 447. l. 28. Morgagnus *Epiſt.* V. p. 121. monet, in omnibus editionibus ſcriptum eſſe, *medio tumore*, Pinziana excepta; eiusque lectionem *tumor* recte quidem annotaſſe Conſtantinum & Ronſſeum, cum & Celſus alibi ſcribat *maiores ſinus - - - duobus aut tribus lineis incidendi ſunt;* attamen & p. 440. l. 17. ſcripſciſſe: *ab interioribus eius angulis lineas transverſas incidere.*

p. 447. l. 30. *Velamento*) *tunica.* Conſt.

p. 448. l. 3. *Inſpergeuda adurentia, linamentisque id curandum eſt, cæteris*) *inſpergenda adurentia linamentis, idque curandum eſt cæteris.* Conſt.

p. 448. l. 30. *Frigore comminuitur:*) *frigore non imminuitur*, Cod. *Conſt.*

p. 449. l. 2. *Latus extenuatum in ventrem eſt:*) *latus, extenuatus in verticem*, Vetus Exemplar. *Conſt.*

p. 449. l. 20. *Iisdem*) *iisdem.* Al. ſæpe ita. *Conſt.*

p. 449. l. 23. *Uterem*) *ventrem.* Al. ſæpiſſime ſic. *Conſt.*

p. 449. l. 26. *Exceptus eſt*) *excipitur.* Conſt.

p. 449. l. 32. *Nam ſic id quod ſupra*) *Nam ſic adſtricta, id quod infra*, Cod. Vide pag. 366. *Conſt.*

p. 449. l. 34. *Vinxerunt*) *vincirent.* Conſt.

p. 451. l. 4. *Alias dixi.*) Cap. 21. lib. III. *Conſt.*

p. 451. l. 20. *Media circum ſurgente quodam nodo,*) *medio circum ſurgente quadam mora.* Conſt.

p. 451. l. 23. *Ulteriorem*) *interiorem.* Conſt.

p. 452. l. 24. *Alienantur*) Alterari, ἀλλοιοῦσθαι. *Conſt.*

p. 452. l. 33. *Membranæ interiori*) Peritonæo. *Conſt.*

p. 453. l. 6. *Concidant*) *conſidant.* Conſt.

p. 453. l. 10. *Leviter*) *leniter.* Conſt.

p. 453. l. 10. *Diduci*) *deduci.* Conſt.

p. 453. l. 11. *Summæ cutis*) Epigaſtrii. *Conſt.*

p. 453. l. 14. *Vincienda*) *facienda*, vel *iniicienda.* Conſt.

p. 453. l. 24. *Sit, quæ retuſa eſt. Semel*) *ſit quæ acuta, propinqua quæ retuſa eſt. Simul.* Conſt.

p. 454. l. 3. *Traiectis.*) Quod ſupra dixit *permutatis.* Conſt.

p. 454. l. 5. *Impreſſam*) *expreſſam.* Conſt.

p. 454. l. 14. *Abdominis membrana*) Peritonæum. *Conſt.*

p. 454. l. 15. *Rumpitur.*) Quid vociferatione? quid ſaltu? *Conſt.*

p. 454. l. 25. *Super*) *ſupra.* Conſt.

p. 455. l. 2. *Immittendæ*) *incidendæ.* Conſt.

p. 455.

p. 455. l. 24. *Medulis*) *glandulis.* a Galeno III. Alimentorum glandulis testes accensentur. *Const.*

p. 455. l. 25. Pro *medullis*, quod in omnibus editionibus legitur, Lindenius posuit *glandulis*, Sectatus) Constantinum, Ronsseum, qui Galeni auctoritatem reveriti, aeque ac Rubeus in *annot. in* hunc locum, maluerunt *glandulis.* K.

p. 455. l. 30. Ad hunc locum annotatio Morgagni *Epist.* IV. p. 95. prolixior illa meretur legi, qua docet, a Celso, temporum suorum morem secuto non cremasterem, quod Rubeus & clericus putarunt, sed vas deferens indicari.

p. 455. l. 32. Ἐρυτροειδής) Verbum hoc, cum de eo iam diu dubitassem, quonam modo scribendum esset, propterea quod nondum mihi ad manum erant Galeni opera Graeca omnia, unde ipsum posse restitui coniectabam, nec falso, tandem a doctiss. Georgio Agricola restitutum accepi. Qui tamen & ipse de eius verbi scriptura se aliquando addubitasse, literis ad me datis testatur, quod apud ipsum Galenum loco uno aut altero ita scriptum invenerit, ἐρυτροειδὴς per τ non per θ in eodem significatu, id quod Atticorum consuetudine, proprietateve factum a Galeno opinatur, ut qui ϱ pro λ scribere consuevernnt, ut κρίβανον ἀντὶ τȣ κλίβανον. Verum cum idem verbum apud eundem Galenum locis compluribus & apud alios eiusdem professionis auctores scriptum invenisset, eo quo nunc modo adnotatum est, hoc quoque scribendum hic adiudicabat, verbum videlicet deductum ἀπὸ τȣ ἐλύτρου καὶ εἴδους. *Caesar.*

p. 455. l. 32. *Hae autem*) *Hi*, nempe testiculi. *Const.*

p. 455. l. 32. *Tunica*) Prima testiculorum intimaque ἐπιδίδυμις, 2. ἐρυθροειδής, 3. δαρτός, 4. extimaque, ὄσχεον, *scrotum.* Const.

p. 455. l. 34. Quae ἐλυτροειδὴς) Nicolaus Loensis cum quibusdam codicibus ἐλυθροειδὴς legendum esse putat, Miscellan. l. 9. c. 7.

p. 456. l. 21. *Tunica,*) Peritonaei. *Const.*

p. 456. l. 27. *Tunicas, & ob id eius rei patientes diducit,* ἐντεροκήλην) *tunicas, & eius rei patientes diducit, ob id* ἐντεροκήλην. *Const.*

p. 456. l. 30. *Herniae nomen est*) *Herniosus* apud veteres *ponderosus* dicebatur, ut in Levitici veteri versione latina & in fabula Querelo i. e. Aulularia ad Plauti imitationem facta. Sed proprie de *enterocele* intelligitur. *Scal.*

p. 456. l. 34. *Aliquo modo collocatum.*) *Alio quovis modo collocatum est.* Const.

p. 457.

p. 457. l. 8. *Desidit, interdum sic dividitur*) *desinit, interdum sic discutitur.* Conſt.

p. 447. l. 10. *At si clamore*) *at clamore.* Conſt.

p. 457. l. 12. *Diffunditur,*) *distenditur.* Conſt.

p. 457. l. 14. Hic vero ſcribendum: *tactu læve*, ipſe per ſe Auctor indicat, qui paulo ſupra inter ſigna, quibus nos docuit Epiplocelen ab Enterocele diſtinguere, *tactu vero,* inquit, *tumor inæqualis est.* Morg.

p. 457. l. 19. *Accepto,*) *concepto,* Al. *Conſt.*

p. 457. l. 27. *Distringit*) *distendit*; aut *distringit* intelligitur ex diſtentionis ſenſu. *Conſt.*

p. 457. l. 30. *Hæ gravatæ occaluerunt*) *hæ genitæ* (Aetius ἐπιγεννητόν χιτῶνα vocat) *occuluerunt.* Conſt.

p. 458. *Priora*) *Propiora.* Cod. *Conſt.*

p. 458. l. 8. *Subesse dicimus: si tumor*) *ſubesse dicimus: humor sic deprehenditur, si tumor,* Cod. *Conſt.*

p. 458. l. 14. *Arte*) *arcte.*

p. 458. l. 26. *Visu,*) *nisu,* vel *nixu.* Conſt.

p. 459. l. 8. *Præterquam quod*) *præterquàm etiam quod.* Conſt.

p. 459. l. 19. Σαρκοκήλην) Σαρκοκήλη proprie glanduloſæ teſtium carnis incrementum. *Conſt.*

p. 459. l. 25. *Nervus ex quo*) Κρεμαστής. *Conſt.*

p. 459. l. 29. *Varices*) *Ramices* plane legend. Nam βουβωνοκήλη, *inguinis ramex*, ut cap. 24. eſtque prolapſus inteſtini, aut omenti, aut utriusque in inguem: fitque rupto, aut extenſo peritonæo. Lege Aeginetam lib. III. cap. 54. *Conſt.*

p. 460. l. 12. *Simul ad*) *simulac ad.* Conſt.

p. 460. l. 15. *Triduum*) *triduo.* Conſt.

p. 460. l. 25. *Ad eam, quæ media est plaga facta. Foramen*) *ad eam, quæ media est. Plaga facta, foramen,* Cod. *Conſt.*

p. 460. l. 29. *Simul laxet*) *sinum laxet.* Conſt.

p. 460. l. 30. *Verſus eum*) *verſus eam,* aut *id.* Conſt.

p. 460. l. 30. *Verſus eam*) Omnes libri habent: *eum*, vix Conſtantino, ſed in ora, ſcribente: *eam*, aut *id*, quam videlicet poſteriorem voculam, aut aliam nullam in vetuſtiorum librorum aliquo me invenire poſſe, ſperaveram. *Morg.*

p. 560. l. 32. Locus hic ex iis eſt, quos ergo integros, Morgagnus, vitioſos aut certe intellectu difficiles iudicat. Hæret autem vir plane eximius in vocula *eum*, pro qua vel *id* vel *eam* in codice ſe, inventuarum, fruſtra tamen, ſperaverat.

verat. Sed quam ob rem vocula *eum*, non percommode ad *ſinum*, quem medicus laxat, referri poſſit, equidem non video. Extenſio enim ſive ſcroti, ſi voculam *id* ponas, ſive cutis, ſi *eam* ſubſtituas, fieri debet propterea, tum ut ſinus ille extendatur & diductionem membranularum abſciſſionem, faciliorem reddat, cum maxime vero ut ſinus ab inguinibus abducatur, quo tutius omnia perſici a Medico ſecanti poſſint. K.

p. 461. l. 3. *Delapſus*) *elapſus*. Conſt.

p. 461. l. 25. Et in omnibus libris & in codice ſcriptura *ſurſum* reperit Morgagnus. Adiicit autem. Etſi quæ proxime præcedunt: *ſed non a ſumma inguinis plaga, verum infra paululum ea abſcindenda*, utrumlibet legere permittunt, placetque ibi *rurſum* dici pro *e contrario;* decebet tamen, non ignorari, Celſum fortaſſe ipſum quoque ita *ſurſum* poſuiſſe, ut motum non ſignificaret locum verſus.

p. 461. l. 27. *Purgatus ita*) *purgatus itaque*. Conſt.

p. 461. l. 92. *Leviter*) *leniter*. Conſt.

p. 462. l. 4. *Glutinentur*) *glutinetur*. Conſt.

p. 462. l. 8. *Super non fulcienda*) *Tu poſitas audes pedibus fulcire pruinas* i. e. *calcare*. Propert. Lib. I. *Scal.*

p. 462. l. 13. *Infra*) *inguen* Conſt.

p. 462. l. 25. *Transverſa membrana*) *transverſas membranas*. Conſt.

p. 462. l. 30. *Ubicunque repertum*) Hæc curationis pars ſpectat ad ὑδροκήλας, abſceſſus ſuppuratos, aliosque id genus affectus ſcroti. *Conſt.*

p. 462. l. 33. *Digito, manubriolo, vel ſcalpello diductam inferiorem partem tunica*) *digitis manubriove ſcalpelli diductam inferiorem partem tunicæ*. Conſt.

p. 463. l. 2 *Quod ad ſimilitudinem curvum*) *quod ſimilitudine Corvum*. Conſt.

p. 463. l. 3. *In eandem intrare*) *in eandem.** Hoc non eſt in antiquo. *Conſt.*

p. 463. l. 3. *In eandem intrare*) *in eandem* gloſſema. *Scal.*

p. 463. l. 4. *Coniectis,*) *confectis*, Cod. *Conſt.*

p. 464. l. 11. *Quam altiſſime ab inguine*) *quam altiſſime ad inguen*, ut ſupra dixit: *ut alte ad ipſum inguen præcidatur*. Conſt.

p. 463. l. 13. Pro *hæ* legendum eſt, *venæ*. K.

p. 463. l. 14. *Line ſumme*) *lino ſummæ*. Conſt.

p. 463. l. 19. *In aliis*) *in illis*. Conſt.

p. 463. l. 33. *Irroranda*) *irrorandum*, Cod. *Conſt.*

p. 464. l. 1. *Fibulæ*) ἀγκτῆρες, nodi fili traiecti. *Conſt.*
p. 464. l. 16. *Initium fuit*) *vitium fuit*, Cod. *Conſt.*
p. 464. l. 23. *Priore*) *propiore* plane legend. ut & vetus Codex oſtendit. *Conſt.*
p. 464. l. 33. *Inteſtinum*) Maxime τυφλὸν, i. cæcum. *Conſt.*
p. 465. l. 1. *Iunctura*) Peritonæi rupti. Laxatum iunctura non eget. *Conſt.*
p. 465. l. 9. *Dolor*) *dolores*, Cod. *Conſt.*
p. 465. l. 9. *Longiſſime*) *longiſſima*.Conſt.
p. 465. l. 25. *Cibi lenis*) *cibi levis*. Conſt.
p. 466. l. 9. *Enim cum*) *enim non niſi cum*. Conſt.
p. 466. l. 10. *Quæ excidenda*) *quæ incidenda*, Alii. *Conſt.*
p. 466. l. 12. *Deducta*) *diducta*, Cod. Conſt.
p. 466. l. 10. *Ne ipſe*) *ne is ipſe*. Conſt.
p. 477. l. 2. *Habenula*) Vide ſupra cap. VII. *Conſt.*
p. 467. l. 7. *At ſi omentum deſcendit*,) Ἐπιπλοκήλη. *Conſt.*
p. 467. l. 15. *Ex utero*) *ex ventre alvo*. Conſt.
p. 467. l. 22. *Super vinculum*) *ſupra vinculum*. Conſt.
p. 467. l. 26. *Parvulo*) *malo*. Conſt.
p. 467. l. 30. *Si diſcuſſo*) *ſi diſciſſo*. Conſt.
p. 468. l. 1. *Si relictum*) *ſi reductum*, Alii. *Conſt.*
p. 468. l. 2. *Fuit*) *fluit*. Cod. *Conſt.*
p. 468. l. 8. *Liquoris*) *id liquoris*. Conſt.
4. 468. l. 11. *Ea protractis*) *ea protractis*. Conſt.
p. 468. l. 12. *Protinus*) i. *protenus*. Conſt.
p. 468. l. 14. *Membranæ*) Ἐπιγεννητὰς χιτῶνας intelligit. *Conſt.*
p. 468. l. 22. *Ramex*) Κιρσοκήλη. *Conſt.*
p. 469. l. 2. *Tunicam*) ἐρυθροειδῆ. *Conſt.*
p. 469. l. 3. *Promovenda*) *producenda & proferenda*. Conſt.
p. 469. l. 5. Et exemplarium vetuſtorum fide & ratione duce delendum eſt *vero*, & minor diſtinctionis nota ponenda eſt poſt verbum *ſeparandæ*; nam verba: *qua parte inhærebunt* ad præcedentia referri debent. K.
p. 469. l. 9. *Tertiam tunicam*) δαρτόν. *Conſt.*
p. 469. l. 11. *Pars aliqua*) Eius tunicæ. *Conſt.*
p. 469. l. 12. *Maior vitio*) *Maiore ſui parte*. Al. *maior*. Conſt.
p. 469. l. 15. *Totum id*) Totam tunicam. *Conſt.*
p. 469. l. 20. *Si vinciendæ.*) *ſic iniiciendæ*, Cod *Conſt.*
p. 469. l. 28. *Et filo*) *& filum*. Conſt.
p. 469. l. 31. *Adverſo ſpecillo comprehendi*) *averſo ſpecillo compelli*. Cod. *Conſt.*

p. 469.

p. 469. l. 34. *Ut una*) *ut ima*, Cod. *Conſt.*

p. 470. l. 1. *Inter imam tunicam*) Quæ ἐπιδιδυμὶς. *Conſt.*

p. 470. l. 9. *Nervuſque*) κρεμαςήρ. *Conſt.*

p. 470. l. 21. *Urgent enim febres*) Si manu curando vulneretur. *Conſt.*

p. 470. l. 28. *Sine ratione*) ἀλόγως Hippocr. *Conſt.*

p. 371. l. 3. *Ubi vero in ipſo inguine ramex &c.*) Βυβωνοκήλης *curatio*. Conſt.

p. 471. l. 15. *In quo ſi glans nuda*) Hoc vitium περιφίμωσις. Vide lib. VI. cap. 18.

p. 471. l. 25. *Apprehenditur*) *prehenditur*, Cod. *Conſt.*

p. 471. l. 27. *Tergus*) Cutis penis. *Conſt.*

p. 471. l. 31. *Circulus, eoque*) *circulus, ſuper eoque.* Conſt.

p. 472. l. 2. *Præſtat*) *præſtet.* Conſt.

p. 472. l. 7. *Non ita dolet,*) *non ita vero dolet*, nempe cum glans detegitur. *Conſt.*

p. 472. l. 12. *Emplaſtrumque circumdatur, quod valentem*) *emplaſtroque circumdatur, quod valenter*, Cod. *Conſt.*

p. 472. l. 15. *Eam partem*) *eam* (nempe inflammationem) *part.* Conſt.

p. 472. l. 26. *Frænum*) δεσμὸν Galeno. *Conſt.*

p. 473. l. 6. *Infibulandi ratio*) ἀγκτηριασμὸς. *Conſt.*

p. 473. l. 6. *Infibulare quoque adoleſcentibus*) Fibula hæc ſimile aliquid habet iis, quæ vocamus *Cadenats*. Mira ſunt, quæ ſuper his narrantur de Monachis Turcarum. *Caſaub.*

p. 473. l. 6. Primi editores omiſerunt verba: *interdum vocis*, quæ Manutii, Stephanus, Ronſſeus & Genevenſis editor ſervaruut, quæque a Celſo ipſo ſcripta eſſe veriſimile videtur. K.

p. 473. l. 10. *Qua perforatur,*) *qua perforetur.* Conſt.

p. 473. l. 14. *Neceſſarium eſt*) gloſſema. *Scal.*

p. 473. l. 19. *Additur, quæ quo melior, eo levior eſt.*) *inditur, quæ quo levior, eo melior, eo melior, eſt*, Cod. *Conſt.*

p. 473. l. 24. *Res vero interdum cogit*) Vide Aeginetam lib. VI. cap. 59. *Conſt.*

p. 474. l. 8. *Leveſque*) *læveſque.* Conſt.

p. 474. l. 12. Lindenius pro *ani* habet *calculi;* male: Ea enim, quæ a Celſo infra in calculi curatione proponitur, figura & moleſta & minus hic neceſſaria eſt. Omnes autem libri & codex ipſe habet *ani curatione*, in qua alienam omnino a propoſito requiri figuram manifeſtum eſt; neque ea Celſo unquam fuit deſcripta. Itaque aut nomen alterius curationis

hic posuit, aut ab eius manu non sunt ista, *eo modo, quo in curatione ani figuratur.* Morg.

p. 474. l. 16. *Iter urinæ*: Meatus urinarius, οὐρήθρα, de quo vide cap. 1. lib. IV. infra & *fistulam* vocat. *Const.*

p. 474. l. 22. *Super naturale*) *super vulvæ cervicem.* Const.

p. 474. l. 22. Pro *mammula*, quod priores omnes habent, Lindenius scripsit *carunculæ*, eadem sententia & voce non minus latina. Sed vox *mammulæ* rursus in periculum adducitur, nequem ad modum in Varronis libris *de re rust.* l. 2. c. 3. expuncta fuerat, ni viri doctissimi ex codicibus antiquis restituissent, ita libris Celsi quoque eliminetur. Morg.

p. 474. l. 24. *Aliquanto minus difficultatis exigit*) *sed aliquanto minus difficultatis exhibet.* Const.

p. 474. l. 26. *Ea*) *urina:* vel subaudi. *Const.*

p. 474. l. 26. In his verbis ne Constantinus quidem id exhibuit, quod quærebamus. Nam quod in margine ad vocem *ea* adnotavit; *urina, vel subaudi*, nimis id longe petitum videtur, cum vox *urina* non ita prope posita sit; neque præterea urina extenuat hærentem calculum, sed auger; vel si extenuat, cur igitur extenuatus sic inhærescit? Ego vero pro *qui* sperabam vel *quia*, (quod in MS. Cod. deinde Morg, se deprehendisse dicit in Ep. II.) vel *qua* in libro aliquo posse invenire, ut Celsus hoc diceret: quia; vel qua parte subinde urethra extenuatur, propterea; vel ea in parte calculus inhærescit. Videndumque esse, censebam, num forte huc pertineret quod Aretæus (De Sing. Diut. Morb. Lib. 2. cap. 4.) vidisse se, dicit; postquam enim scripsit: *Secunda porro callamitas est, cum per colem calculus transmittitur. Nam si amplior sit quam urinæ iter (Græci urethram vocant) capere possit; in eo multum temporis hæsitat*, uc. tum hæc subiicit: *Aegerrime autem tortuosi calculi exeunt: quosdam enim & hamatos vidi, in meatibusque adnatas quasdam duritias.* Sed & secundum naturam solere urethram contrahi in ipso primo, sive exteriore suo orificio, in ipsis etiam feminis observavimus Adversf. Anat. IV. Anim. 24. *Morg.*

p. 474. l. 29. *Vellere,*) *evellere.* Const.

p. 474. l. 32. *Cutis*) Præputii. *Const.*

p. 474. l. 32. De *quam plurimum attrahenda cute* præceptum merito laudat Morgagnus *Epist.* I. p. 13. utilemque & alibi, velut in iugularium venarum sectione, recte indicat.

p. 475. l. 18. *Non quo non*) *non quo tamen non.* Const.

p. 475. l. 32. *Demissis*) Nempe in anum, ut docet infra Const.

p. 476. l. 2. *Prævalens*) *prudens*. Nam sæpe *al.* in veteribus codicibus pro *d* legitur, ut hic & supra: & contrario *d* pro *al* in *duo*, quod pro *alio* scriptum erat. *Scal.*

p. 476. l. 2. Ad hæc Scaligeri verba Morgagnus *Epist.* VIII. p. 221. respondet. Fac sæpe ita legi. Num semper num hic ita lectum credemus? ubi non prudentia modo, quæ satis hic quidem voce illa *peritus* significatur, verum etiam vires adeo requiruntur, ut mox admoneat Celsus. l. 10. 12.

p. 476. l. 3. *Considit,*) *considet*. Const.

p. 476. l. 3. *Adversum*) *aversum*, aut *adversum* respectu Medici, non ministri. *Const.*

p. 476. l. 5. *Reductisque eis cruribus,*) Crus ducitur extensione: reducitur flexione, qua genu attollitur, poplesque attrahitur. Aeger suis poplitibus manus subiicit exterius: minister ipsas suis interius demissis comprehendit. Sic dextra manu utriusque velut habena, crus dextrum ægroti, item sinistra sinistrum suspenduntur, atque divaricantur ministri arbitrio. *Const.*

p. 476. l. 7. *Eos quam maxime*) *ea* nempe crura. *Const.*

p. 476. l. 8. *Eos continet*) *eas*, scilicet manus. *Const.*

p. 476. l. 10. *Insidunt*, *quo &c.*) *insident*, *quorum &c.* Alii *quo ---- deligentur*. Const.

p. 476. l. 23. *Levare*) *levari*. Cod. *ablevari*. Alii *labare*, Const.

p. 476. l. 27. *Atque sinista manu duos eius digitos,*) *sedet, atque sinistræ manus duos digitos*, Cod. *Const.*

p. 476. l. 28. Lindenii verba: *leviter prius unctas oleo simul in anum* improbat Morgagnus, quod nulla causa sit, quam ob rem puero doloribus cruciato, digitos *simul* immittendo novos creemus. *Epist.* VI. p. 152.

p. 477. l. 13. *Leviorque*) *læviorque*. Const.

p. 477. l. 16. *Sinistræ digiti deorsum eum compellunt,*) *sinistra digitis eum compellit*, Cod. *Const.*

p. 477. l. 19. *Ut pronus exeat: Ut ne pronus exeat.* Nam hic contra erectum distinguitur. Iacens ovum oblongum pronum est: stans erectum. Pronus minime, aut vix extrahi posset. *Const.*

p. 477. l. 19. Ad hanc mutationem respondet Morgagnus *Epist.* V. p. 128. Ovi exemplum adversatur; neque enim per id foramen, per quod iacens traduci potest, traduci poterit erectum. Itaque Celsus ovi similem calculum. i. e. altera parte

te pleniorem educi pronum, voluit, cum dari operam iussit, ut prius tenuior pars evadat.

p. 477. l. 20. *Transversus fit:*) πλαγίως veniat, non in latitudinem: vulgo *de cant.* Const.

p. 477. l. 21. *Ut duobus angulis sedeat:* Sedet binis angulis, immo quaternis, cum per totam planam superficiem iacet, nec in latus procumbens carinatur. *Const.*

p. 477. l. 24. *Levior*) Scribend. *lævior.* Const.

p. 477. l. 27. *Ut incidi*) Expunge *ut:* & pro *debeat* repone *debet.* *Const.*

p. 477. l. 27. Recte hæc præcipit Constantinus. Sed Lindenius omnia alia fecit; adievitque *fit*, sine ratione; nam verbum *eo* pertinet ad supra l. 17. dicta: *ad cervicem perv.* K.

p. 477. l. 27. *Plaga lnuata*) Vide sis Th. Bartholinum de Unicornu cap. XXIII. pag. 194.

p. 477. 30. *Strictior ima plaga est,*) Plaga unica, non transversa nec lunata, sed lunata, sed obliquando per longitudinem nunc fit, non iuxta anum, sed digitis minimum duobus a sede, interfemineo (περινaιόν Græci vocant) nec ea quidem in commissura (quæ τραμὶς vel ὄῤῥος) ne fiat convulsio haudque vulnus coeat. Sed ad latus. *Const.*

Ibid. In Codice Mediceo vetustissimo scriptum prius fuerat optimo sensu: QUA RESIMA *plaga est.* Licet ea lectio a recenti nimium sedulo emendatore fuerit immutata, nunc apparet in omnibus quos ego viderim impressis. *Ant. Cochi* in *Dell' Anatomia discorso* p. 87. item Morgagni *Epist.* VII. p. 187. In aliis Mediceis codicibus antiquis scriptum est: *Qua stragesima.* vid. Ant. Cocchii opera editi *Græcorum chirurgici Libri Sorani* &c. *Florentiæ* 1754. p. 52. K.

p. 477. l. 34. *Nam qui fistulæ, quam illo loco οὐρήθραν Græci vocant, parum patefaciunt*) Alias *meatum.* Οὐρήθραν, nisi malis legere *corbyada*, ut hactenus in impressis exemplaribus. Verum quid id sibi velit, nondum usquam comperi apud idoneos auctores. *Cæsar.*

p. 478. l. 12. Non me præterit, Almeloveenium, quamvis omnibus, quos vidi, libris, atque adeo ipsius etiam Lindenii, repugnantibus, qui nempe constantissime habent: *cum vero patefacta est;* scribere eo in loco maluisse: *cum via perfecta est*; tamen & ipse, idem locutionis genus in eadem re ante paucos versus in Celso servavit. *Morg.*

p. 478. l. 13. *In cuius corpore nullum discrimen est.*) Hoc falsum: itaque legendum, *colore*, ut in MS. aut *nonnullum discrimen est.* Const.

p. 478.

p. 478. l. 17. *Uncus est*) Hic uncus angustioris cochlearis formam æmulatur: vocetur a Lithotomis *Crochet.* Const.

p. 478. l. 20. *Levis*) *lævis.* Const.

p. 478. l. 22. *Extrahendi vim habet*) Uncos tres habent sola magnitudine differentes. Duobus simul utuntur: maiore calculus attrahitur, extrahitur minore: aut brevioris loco ferramento utuntur, quod vocant *boc de cane*, a rostri anatis similitudine. Ergo lego, *brevior.* Alii tamen, *brevis extrahendi vim non habet.* Const.

p. 478. l. 23. *Ubi iniectus est, in utrumque latus inclinandus est*) Quidam ita distinguunt, *ubi iniectus est in utrumque latus, inclinandus est.* Const.

p. 478. l. 25. Legendum puto, *qui si* (sc. calculus) *apprehensus est.* Cum Lindenio tamen omnes editiones consentiunt. K.

p. 478. l. 26. *Ideoque eo minimo opus est*) *ideoque eo minore opus est*, Cod. *Const.*

p. 479. l. 2. *Attrahatur:*) *attrahitur.* Const.

p. 479. l. 3. *Uncus extremus*) Qua parte calculum venatur. *Const.*

p. 479. l. 19. *Duplicavit.*) Nempe tunicarum soluta unitate. *Const.*

p. 479. l. 24. Pro *consistit* Lindenii omnes legunt *constiterit*, etiam *codex*. Quam lectionem illud confirmat, quod supra inculcatum fuerat, *ne curandum quidem, nisi cum hoc*, nempe calculum descendisse in cervicem, *indiciis suis cognitum est*, Morg. *Epist.* V. 127.

p. 479. l. 33. *Ferramentum*) Latum est & breve. labrisque inter digitos cohibetur, ne possit elabi: acie semicirculatæ partis tantum secat. *Const.*

p. 480. l. 2. *Pollice imposito*) *pollice impresso labrorum vertici.* Const.

p. 480. l. 4. *Quo cum sequebatur,*) *quo consequebatur.* Const.

p. 480. l. 6. Haud equidem diffiteor, hunc locum in aliis omnibus, quos consului, libris, manifesto esse vitiatum; sic enim in cunctis legitur: *Quocunque autem modo Cervix ea parte facta est;* Attamen cum proxime scriptum fuerit, non qua parte, sed quo & ferro, & modo Cervix vesicæ sit aperienda, semper ego potius in *ea parte*, quam in *facta* subesse vitium existimavi, & hac propterea ratione esse tollendum: *Quocunque autem modo cervix patefacta est*; præsertim cum supra Auctor, de eiusdem cervicis sectione, ad hunc ipsum modum locutus sit: *Cum*

vero patefacta est (hoc est cervix; hæc enim proxime antecedunt: *rupta cervice, quam habuisset incisa in conspectum calculus venit.* Morg.

p. 480. l. 7. *Facta est,*) *secta*, vel *patefacta est.* Const.

p. 482. l. 15. *Aeque leniter*) *æque, sed leniter.* Const.

p. 480. l. 18. *Compositus iudicatur, in se adtrahens*) *compositus iudicatur, de se abstrahens.* Const.

p. 480. l. 22. *Abducere,*) *adducere.* Const.

p. 480. l. 24. *Curationi*) *curationis.* Malim *curationi*, ut ἐνοχλεῖν τῇ θεραπείᾳ exprimatur. *Const.*

p. 480. l. 33. Omnes editiones ignorant illud *non*; & quamvis Morgagnus in Codice legisset. *quidam non secuti, quidam secti* tamen præferre videtur. *Epist.* V. p. 33.

p. 481. l. 3. *Promovente, excidit.*) *promovetur, & excidit,* Cod. *Const.*

p. 481. l. 8. *Eum concussum*) Al. *eum concussus.* Const.

p. 481. l. 10. *Tum ferramentum*) Nunc utuntur forcipe, cuius brachia implicata coeunt uno ter alterum ineunte: quorum & ora acuta calculum apprehensum citra periculum concidunt *Const.*

p. 481. l. 14. *Quod admotum &c.*) Alias, *quod admotum calculum, ex - - vesicam ferram - -* Const.

p. 481. l. 18. *Tamen parum, proprie quædam*) *Parum, proprie tamen quædam.* Const.

p. 481. l. 21. *Quia is urinam in cervicem non compellit,*) *Quia eum urina in cervicem compellit.* Const.

p. 481. l. 23. *In primo*) nempe urinæ itinere, quod compressius. Vide cap. I. lib. IV. *Const.*

p. 381. l. 23 Almeloveenii, ac Lindeni exemplaria, omnino abiecta (quam bene alii viderint) illa voce: *primo*, hæc exhibent: *&, si in urinæ itiuere, quod est angustius, inhæret.* Morg.

p. 481. l 24. *Eodem tamen unco*) Eodem unci genere, quod supra descriptum. *Const.*

p. 481. l. 27. *Subiici*) in anum. *Const.*

p. 482. l. 13. *Metus excipitur*) *metus excipit.* Const.

p. 482. l. 20. *Agglutinanda cucurbitula est*) lib. IV. cap. 14. *cucurbitulam defigere.* hic *agglutinare* dixit. *Const.*

p. 482. l 25. *Super ulcus*) *super vulnus.* Cod. *Const.*

p. 482. l. 29. *Aqua*) Al. *in aqua.* Const.


p. 482. l. 32. *Digeratur*) διαφορεῖσθαι dicunt Græci. *Const.*

p. 482. l. 34. *Subinde facile*) *subinde in facie*, Cod. *Const.*

p. 483. l. 3. *Inducendusque hapsus lanæ mollis,*) *Hapsus* id Latinis dici videtur, quod Græcis πίλημα. Ita enim Linac. verbum illud

lud vertit πίλημα in Therapeuticis Galeni locis duobus, quos obſervavi. Cæterum πίλημα Suidas exponit σκέπασμα. Heſychius ζώθην. Hapſus ergo ſignificare videri poteſt, vel ſacculum, crumenam, vel huiusmodi aliquid aut tectorium, aut velamen, aut cingulum ſacculi aut crumenæ modo factum. *Cæſar.*

p. 483. l. 3. *Hapſus lanæ mollis*) Hapſus non eſt πίλημα (lanas coactas Latini dicunt & coactilia) inepte enim dixiſſet



hapſum lanæ mollis. Quod coactum molle non eſt, ſed durum, Eſt vero hapſus (παρὰ τὸ ἅπτομαι ἅψομαι) quantum lanæ uno

runcinarum contactu & factu carminatores discriminarunt. Vulgo vocant *paumées* a palma. Ergo lanæ δράκα, & quantum vola capere possit, per hapsum intelligo. Usus est etiam ea voce lib. IV. Cap. VI. *Const.*

p. 483. l. 3. *Hapsus lanæ*) Hapsus lanæ videtur esse τῶν ἅπαξ εἰρημένων. *Casaub.*

p. 483 l. 3. *Hapsus lanæ mollis*) *Hapsus* est lanæ particula molliter in globulum formata. *Floccum* dicit *Plin.* 30. 15. Reperitur præterea hæc vox etiam apud *Caprum de verbis dubiis*, & in *Glossario Isidori*, ubi tamen *hapsum* ἀντὶ τῦ *hapsus* scribendum esse docetur, ipsaque vox per *vellus lanæ* explicatur. *Casaub.*

p. 483. l. 11. *Nocent, quæ vesicam*) *nocent, quo vesicam*, Cod. Al. *quia*. Const.

p. 483. l. 26. *Ne quid intus sit*,) Grumus sanguinis. Vide supra initio. *Const.*

p. 484. l. 5. *Et venter imus, sed & mediocris est, cum*) *Et venter imus sedet mediocris, & cum.* Infra contr. *Si venter imus tumet.* Const.

p. 484. l. 12. *Urinæ*) *urina.* Const.

p. 484. l. 15. *Rosa*) *ros.* i. rosaceo. *Const.*

p. 484. l. 16. *Enneapharmacum emplastrum*,) Vide lib. V. cap. 18. *Const.*

p. 484. l. 19. *Medulla etiam, maximeque vitulina, quod in id*) *Medullam etiam, maximeque vitulinam, quæ ad id.* Const.

p. 485. l. 13. *Cancri metus est. His cognoscitur*,) Legi potest, *is cognoscitur*, tamen si legas *his*, subaudire licebit, *notis*, ut sic, *hic notis*. Cæsar.

p. 485. l. 13. *Cancri*) Sic gangrænam vocat. *Const.*

p. 485. l. 13. *Is*) *his.* Const.

p. 485. l. 16. *Cumque eo*) *cumque ea.* Const.

p. 485. l. 18. *Lanulis*) *lamulis.* Alii *squamulis.* Const.

p. 485. l. 32. *Eadem sit*,) *ea sit.* Const.

p. 486. l. 2. *In ventrem:*) Sic inferior potius, quam superior. *Const.*

p. 486. l. 6. *Intus adiiciatur*) *intus iniicietur.* Const.

p. 486. l. 6. *Idemque humor clystere intus adigetur.*) Hic & Auctor Thesauri linguæ latinæ, & Petrus Danetius cum legissent *adiicietur*, quemadmodum sane habent quinque Editiones meæ, retulere inter latinas constructiones *Adiicere intus:* qui quidem modus indiget certiore auctoritate. Fortasse confirmari potest ex Columell. de Arbor. c. 24. *Truncum findito, & in fissuram cuneum pineæ tedæ adiicito.* Verum

rum cum eandem ſententiam iisdem pene verbis expreſſam repetat Columella l. 5. c. 10. moneo, Aldinos & Gryphianos Codices in hoc ſecundo loco habere *adigito*; quod placuit & Commelino. Attamen in Veneta principe 1478. utrobique legitur *adiicito*. In Iuntæ, Cæſarii, & Pantini Editionibus eſt, *adiicietur*. Idemque eſt in ea, quam procuravit Ronſſeus, qui tamen in margine appoſuit, *iniicietur*. Hoc ante ipſum fecerat Conſtantinus, qui edidit, *adiiciatur*. *Epiſt.* 111. *Morg.*

p. 486. l. 17. *Recipiendum*) Al. *decipiendum*. Conſt.

p. 486. l. 21. *Cum eo tamen*) Alibi dicit, *cum eo, ut ne:* & alibi, *cum eo tamen, ut non*. Conſt.

p. 486. l. 27. *Alii poſſit*) *alii poſſe*, id eſt, carne impleri, σαρκῦσθαι. *Conſt.*

p. 486. l. 30. *Diu tuenda*) *die tuenda*. Conſt.

p. 487. l. 3. *Non modica*) Al. *non immodica*. Conſt.

p. 487. l. 11. *Victu venire,*) *victu evenire*. Conſt.

p. 487. l. 13. *Roſa*) *ros*. i. roſaceo. *Conſt.*

p. 487. l. 14. *Agentus,*) *adigendus*. Conſt.

p. 488 l. 5. *Adverſo ſpecillo*) *averſo ſpecillo*, τῷ τῆς μήλης πυρῆνι. *Conſt.*

p. 488. l. 7. *Pura*) *ſupra*, Cod. *Conſt.*

p. 488. l. 9. *Extendique,*) *extendendiqae*. Conſt.

p. 488. l. 10. *Maxime vincti*) *maxime icti*, Cod. Alii *iuncti*. Hoc fit, ut admoveantur labra vulneris. *Conſt.*

p. 488. l. 16. *Sutura*) *fultura*. Al. *futura*. Retineo *ſutura*.

p. 488. l. 27. Vide Plinium lib. VII. cap. 16. *Conſt.*

p. 488. l. 27. *Quod earum naturalia, &c.*) Ἀτρῆτυς vocari, quos Latini *imperforatos* dicunt, unicuique notum eſt; at ampliſſimus Gisb. Cuperus in Harpocrate pag. 28. 29. noviſſimæ editionis, *Harpocratianos*, eiusmodi homines vocatos fuiſſe eleganter ex Ptolomæo demonſtrat, quem locum etiam interpretatur Rutgerſius Variar. Lection. lib. III. c. XVIII. quo quid *concreti*, *conſertum virginal*, *obſignata natura*, ſint, exponit. De Atretis & imperforatis conſule Schenkium Obſervation. l. IV. pag. 519. & ſeqq. ubi varia exempla recenſentur; Patinum Epiſtol. Gallicar. n. 60. edit. tertiæ.

p. 489. l. 5. *At ſi caro*) *at ſi caro*. Conſt.

p. 489. l. 7. *Vel vulſella*) *Vulſella*, quæ & *volſella* dicitur, inſtrumentum fuit veteribus uſitatiſſimum, quo modo partes tenebant aut emplaſtra, & oſſicula ex vulneribus extrahebant, ſed virgines, quin & viri molliores illius ope pilos, tam e barba quam ſupercilio evellebant, unde *acum obliquam*

apud

apud Iuvenal. Sat. II. v. 93. volſelam interpretatur Ptolom. Flavius Coniectaneor. c. 67. vide Mercerum ad Tertullian. de Pallio pag. 768. Græcis vocatur in Philoxeni Gloſſario τριχολαβίον, μαδιστήριον. Harum varias figuras in tyronum gratiam adpingi curavimus.

p. 489. l. 12. *Solvere ulcus, & ſicut*) *ſolvere, & ulcus ſicut.* Conſt.

p. 489. l. 22. *Concipit*) *concepit.* Conſt.

p. 489. l. 29. *Ante omnia*) abundare putat Morgagnus, tum quod hoc loco eorum verborum nullus uſus, tum quod diſertiſſimum ſcriptorem non deceat tam brevi intervallo duo illa verba iterare. *Epiſt.* VII. p. 200.

p. 490. l. 3. *Vulvæ*) *uteri.* Conſt.

p. 490. l. 5. *Paululum dehiſcere.*) *paululum dehiſcit.* Conſt.

p. 490. l. 8. *Iterum ad os aperiatur*) *iterum os aperiatur.* Conſt.

p. 490. l. 12. *Rei facultatem*) *rei facilitatem,* Cod. *Conſt.*

p. 490. l. 19. *Incepiſſe,*) *coepiſſe,* vetus. *Conſt.*

p. 490. l. 29. *Corpus*) Uteri eiusque cervicis: cuius tumoris cauſa inflammatio. *Conſt.*

p. 491. l. 3. *Demitti debet uncus*) Mortui foetus extractionem, uti inſtrumenta; quibus veteres medici uſi ſunt, deſcribit Tertullianus; cuius verba libro de anima cap. XXV. hæc ſunt: *At quin & in ipſo adhuc utero infans trucidatur, neceſſaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum, matricida, ni moriturus. Itaque & inter arma medicorum & organum eſt, quo prius pateſcere ſecreta coguntur, tortili temperamento, cum annulo cultrato, quo intus membra cæduntur anxio arbitrio, cum hebete unco, quo totum facinus extrahitur violento puerperio. Eſt etiam æneum ſpiculum, quo iugulatio ipſa dirigatur, cæco latrocinio, ἐμβρυοσφάκτην, appellant, de infanticidii officio utique viventis infantis peremptorium.*

p. 491. l. 24. *Iniectus facile hebeti corpuſculo elevabitur.*) *iniectus hebeti* (lego *enecti*) *corpuſculo facile elabitur,* Cod. *Conſt.*

p. 492. l. 3. *In interiorem tantum partem per totam aciem exacuitur.*) *in interiore tantum parte per totam acie exacuitur.* Conſt.

p. 492. l. 18. *Protractum eſt,*) *prolapſum eſt,* vetus exemplar. *Conſt.*

p. 492. l. 28. Quem nos *umbilicalem funiculum* nominamus, a Celſo *umbilicum* appellari animadvertit Morg. *Epiſt.* IV. p. 100.

p. 492.

p. 492. l. 33. *Eadem ratione*) *leniter & ſenſim.* Conſt.
p. 493. l. 6. *Roſa*) *roſ.* i. roſaceo. *Conſt.*
p. 493. l. 9. *Adhibeatur*) *adhibetur.* Conſt.
p. 493. l. 14. *Qua ſciſſa*) *qua fiſſa*, i. ῥαγάδες. Vide pag. 239. & de ani fiſtulis pag. 414. atque de paſtillo ad ani fiſſa pag. 269. *Conſt.*
p. 494. l. 5. *De Condylomatum curatione.*) Deeſt. *& hæmorrhoidum.* vide pag. 400. & ſeq. *Conſt.*
p. 494. l. 18. *Alvus acribus*) *alvus acrioribus* Conſt.
p. 494. l. 19. *Magis oræ*) *magis ora.* Conſt.
p. 494. l. 19. *Omnia vela,*) *omnia venarum.* Conſt.
p. 494. l. 20. Morgagnus *Epiſt.* V. p. 127. probat hanc Conſtantini coniecturam.
p. 494. l. 24. *Spongia aqua calida eſt, donec id libeat.*) *ſpongia ex aqua calida eſt, donec id doleat.* Conſt.
p. 494. l. 26. *Exulcerandum eſt.*) Ut evacuato ſanguine ac ſpiritu ibi contento, celerius id emoriatur ac decidat. *Conſt.*
p. 495. l. 2. *Infraque eam*) *infra foramen.* Conſt.
p. 495. l. 10. *Calida*) Ex calida ſubacta. Vult enim fieri cataplaſma. *Conſt.*
p. 495. l. 17. *Oriculario ſpecillo*) μελωτίδι. *Conſt.*
p. 495. l. 25. Varices crurum, temporum ventriſque, κιρσοὶ fiunt etiam in palpebris. Aëtius. *Conſt.*
p. 496. l. 12. *Superimponitur*) *ſuperponitur.* Conſt.
p. 496. l. 14. *At exciditur hoc morbo:*) *Excidendi ratio hæc eſt*, Cod. *Conſt.*
p. 496. l. 19. *Impoſitoque*) *interpoſitoque.* Conſt.
p. 496. l. 26. *Ibi rurſus*) *ibique rurſus.* Conſt.
p. 497. l. 19. *Efficit*) *efficitur.* Conſt.
p. 497. l. 26. *Membrum præcidi oportere,*) Vide pag. 304. Aegineta hanc curationem vocat ἀκροτηριασμόν. *Conſt.*
p. 407. l. 27. *Alio loco mihi dictum eſt.*) p. 304. *Conſt.*
p. 498. l. 8. *Aliquid os*) *aliquid oſſis*, Cod. *Conſt.*
p. 498. l. 11. *Levanda*) *laevanda.* Conſt.
p. 498. l. 18. *Pus moveri debet*) *pus moveri non debet.* Vide pag. 291. *Conſt.*
p. 498. l. 18. Lindenii mutationem non ſuſtuli, dubius tamen. Poſtea incidi in Græcorum libros Chirurgicos a Cochio editor. p. 158. ubi legi, in Codice Mediceo æque atque in editionibus prioribus ſcriptum eſſe: *in quibus pus moveri debet.* Cocchius autem addit, lectionem hanc præferendam eſſe, propterea quod Heliodorus præcipiat: *a tertio quar-*

quartane die, cum iam ſanguinis profuſio deſtitit, curatio adhibeatur puri movendo idonea &c. K.

p. 498. l. 22. *De poſitu & figura totius humani corporis.*) *De poſitu & figura oſſium totius humani corporis.* Conſt.

p. 498. l. 31. *Gignente*) Scribitur *cingente.* Conſt.

p. 499. l. 8. *Locis tamen æſtuoſis &c.*) Vide ad id Herodotum lib. III. cum loquitur de Aegyptiorum & Perſarum ſtrage. Vide etiam Pollucem. *Scal.*

p. 499. l. 9. *Et id caput firmiſſimum,*) Hoc veriſſimum, ſi ſolum externas iniurias conſideres. At ſi etiam internas, falſum. Eſt enim magis morbis obnoxium propter retentos vapores fuliginoſos. *Conſt.*

p. 499. l. 13. *Ne locus quidem*) *nec locus quidem.* Conſt.

p. 499. l. 13. *Fere tamen duæ*) Suturæ propriæ ſunt (i. ῥαφαὶ) ἡ ϛεφανιαῖα, λαμβδοειδὴ, καὶ ὀβελαῖα: impropriæ duæ ſuper aures; quæ potius λεπιδοειδῆ προσκολλήματα. *Conſt.*

p. 499. l. 16. *Ad latera* pro *ad aures* legendum opinatus cum eſſet Paavius, Adſtipulatus eſt Lindenius & Almoloveenius. Sed cum omnes priores editiones habeant ad *aures*, ſola Cæſarii excepta, quæ operarum errore *ad nares* habet, nihil cauſæ eſt, cur mutes; *ad aures* enim tendere ſutura dicitur, non pervenire. Morgagnus *Epiſt.* IV. p. 92.

p. 499. l. 20. Paauvius & Morgagnus *Epiſt.* IV. pag. 91. putant, perpaucos verſus, poſt quartæ ſuturæ deſcriptionem, quintam proponentes, a temerantibus librariis omiſſos eſſe.

p. 499. l. 22. *In unguem*) *ad unguem.* Conſt.

p. 499. l. 24. *Inferiora*) Scriptum *infirmiora.* Conſt.

p. 499. l. 25. *Inſidunt*) *inſident.* Alii *incidunt.* Conſt.

p. 499. l. 26. *Quia capillus*) *qua capillus.* Conſt.

p. 499. l. 26. Per crasſiſſimum hoc os ſignificari proceſſum maſtoideum res ipſa loquitur, & adverſus Pauvium monet Morgagnus *Epiſt.* IV. p. 91.

p. 499. l. 28-30. Antiquiſſimam lectionem ſimul & verisſimam repoſui. Alio loco ſcil. in ſchediasmate de emendando Celſo feci coniecturam, per *os medium* ſignificari *os ſphenoideum*, quod ſane procesſibus ſuis temporalibus ſub his muſculis, qui tempora continent, poſitum eſt. Poſtea incidi in Oribaſii *Coll.* L. XV. c. III. ubi coniecturam meam confirmari non illibenter vidi. Pavvii opinio de oſſis temporum parte petroſa admitti nequit, cum ea non ſub muſculis ſed ſub cerebro reperiatur. Morgagnus vero, quanquam multa diſſerit, decernere tamen non audet.

p. 499. l. 29. *Connectunt*) *contegunt.* Conſt.

p. 499.

p. 499. l. 30. *Inclinatum*) *inclinatam*. Conſt.
p. 500. l. 5. *Gingivis*) *maxilla* alias. *Conſt.*
p. 500. l. 13. *Foramina*) *πόροι*. *Conſt.*
p. 500. l. 14. *Hæc primum*) *hæ primum*. Conſt.
p. 500. l. 17. *In cartilagine*) *in cartilaginem*. Conſt.
p. 500. l. 19. *A ſummis ad imas*) *ab imis ad ſummas*. Alii. *Conſt.*
p. 500. l. 25. *Diſſipantur*,) Id eſt, diſtribuuntur. *Conſt.*
p. 501. l. 2. Pro *molle* legi *mobile* vult Morg. *Epiſt.* VII. p. 210.
p. 501. l. 6. *Nam malæ cum toto oſſe, quod ſuperiores dentes exigit*,) Vel *excipit*. Cæſar.
p. 501. l. 6. *Exigit* habent priores editores & præferendum videtur, ita & monente Morg. *Epiſt.* V. p. 125.
p. 501. l. 7. *Verum ipſius maxillæ partes extremæ quaſi bicornes ſunt. Alter proceſſus, intra latior, vertice ipſo tenuatur, longiusque procedens ſub oſſe iugali ſubit, & ſuper id temporum muſculis illigatur.*) Etſi in nullo eorum, quæ ad hoc tempus vidit, exemplarium aliam, quam hanc ipſam inveni ſcripturam; non poſſum tamen non credere, Celſum potius ita ſcripſiſſe: *Alter proceſſus latior, vertice ipſo tenuatur.* Si enim res id pateretur, ut ſcribere potuiſſet: *Alter proceſſus intra latior, extra tenuatur*; nihil immutandum eſſe, cenſerem; nunc igitur cum & res ipſa, & quod non obſcure oppoſitum eſt: *vertice ipſo tenuatur*, requirant, ut illud ante poſuerit: *infra latior*; non video, cur unius litterulæ mutatione, ut vitiari hic locus a Librariis, ita a nobis reſtitui non poſſit *Morg.*
p. 501. l. 15. *Facultatem*) *facilitatem*. Conſt.
p. 501. l. 18. *Ex his quaterni primi quia ſecant τομικοὶ a Græcis nominantur*,) *τομικοὶ* alias *τομεῖς*. *Cæſar.*
p. 501. l. 19. Τομικοὶ) i. inciſorii ſive *τομεῖς*. *Conſt.*
p. 501. l. 20. *Caninis dentibus*) Canini, *κυνόδοντες*. *Conſt.*
p. 501. l. 21. *Maxillares*) Sive *molares*, *γόμφιοι* ſive *μύλαι* dicti, quini (ſic enim in antiquo exemplari ſcriptum, non *quaterni*) ab utroque latere. *Conſt.*
p. 502. l. 4. *Mediæ*) *medio*. Conſt.
p. 502. l. 4. Pro *exiguunt* poni *exſerunt* fruſtra vult Paavvius ſic & monente Morgagno *Epiſt.* V. p. 125.
p. 502. l. 6. 7. Legatur apud Morgagnum *Epiſt.* V. p. 126. docta aſſertio veteris a me reſtitutæ ſcripturæ.
p. 502. l. 6. *Per duos*) *ſubter duos*. Alii. *Conſt.*

p. 502.

p. 502. l. 6. *Circa quoque per duos processus tenuibus cavis pervia, per quæ*) Vel *per quas*. Cæsar.

p. 502. l. 8-33. Ad loca hæc corrupta docte & eleganter sed prolixius disseruit Morgagnus *Epist.* VII. p. 173-177.

p. 502. l. 15. *Deorsum versus tuberibus exasperetur*) *deorsum versus moveatur & tuberibus exasperetur*. Const.

p. 502. l. 16. *Superiori parti inferiore*) *secunda superiori parti inseritur*. Const.

p. 502. l. 19. *Superior summæ*) *superior summa*. Const.

p. 502. l. 19. In antiquo codice Mediceo legitur COMIS. Hinc patet fuisse in vetusto exemplari ΤΟΜΕΙΣ, quod rectum est. Recenti scriptura additum est, *tenici* unde *teinnici* Florentinæ Editionis aliorumque. K.

p. 502. l. 22. *Sustinere*) *sustineri*. Const.

p. 502. l. 24. *Quos καρότας Græci appellant.*) Sic quidem hos nervos Ludovicus Cælius, auctor latinarum lectionum, dicendos esse contendit, quod & se posse probare dicit per Galenum & Apollonium in Argonaut. Eosdem tamen Hermol. Barbar. *tenontas* appellandos putavit. *Cæsar.*

p. 502. l. 25. Καρότας) Al. κερότας. Melius τένοντας. *Const.*

p. 502. l. 25. *Quos καρότας Græci appellant*) Non est Græcum. *Scal.*

p. 502. l. 25. Cod. Medic. habet *cerotas*. Fortasse fuerat in exemplari ΚΕΡΟΥΤΙΑΣ vid. Hesychium & veterem Aristophanis interpretem Ἱπ. V. 1341. qui κερουτίαν explicat τὴν κεφαλὴν ανατείνειν; neque enim satisfaciunt, quæ Cælius *Antiqu. lect. II.* 43. p. 91. ed. 1516. affert, cum *pro Ceratis publico bonarum litterarum emolumento cerotas aut caroticos sufficiendam putat*. Quam lectionem Cæsarius primus ni fallor admisit. *Cocchius* l. c. p. 162. K.

p. 502. l. 26. *Omnes flexus alter*) Quidam: *omnium flexus alte*. non probo. *Const.*

p. 502. l. 34. *In promptum dato*) *in promptu dato*. Const.

p. 502. l. 34. p. 503. l. 1. 2. Locus hic, prout a priscis editus & a me restitutus est, summam perspicuitatem accipit, si *una* scribas pro *uno*. Nam Celsus ignorare non potuit, homini datum esse flexum & in priora & in posteriora & ad latera; ergo non unus flexus datus est, quare & Cochius, in not. seq. *cæteris* (scil. flexubus) *negatis* probans, errat. Si *una* legeris, facillimus verborum Celsi explicatus est. Scil. quin vertebræ & multa cartilagine & nervis continentur & quia *una* Flexus modicus in proruptum datus est, homo & rectus insistit &c. K.

p. 503.

p. 503. l. 1. *Cæteris negatis*, optimo ſenſu ſed Pallavicinius mutavit *negotiis*, quod habent & reliqui Codices (ſc. Medicei) *Cocchius* l. c. p. 162.

p. 503. l. 4. Locus hic corruptus eſt, ſëu Lindenii ſeu priorum lectionem probes. Si enim legas *ſeptem*, erunt coſtæ tredecum in uno latere. Si *undecim*, repugnant verba Celſi deſcribentis *nothas quinque*. Morgagnus *Epiſt.* VII. p. 178.

1. p. 503. l. 8. *Inſinuatis*) *ſinuatis*. Conſt.

2. p. 503. l. 9. *Inde pateſcunt*,) *inde lateſcunt*, Cod. *Conſt.*

p. 503. l. 13. *A faucibus incipere* falſum dicit Paawius. Reſpondet Morgagni *Epiſt.* IV. p. 94. Non attendit Paavvius, fauces ad imum usque laryngis cartilaginem pervenire; quæ cartilago in eo, qui ſecundum naturam frequentisſimus & prope asſiduus eſt, capitis & colli poſitu fere ſummæ reſpondet parti osſis pectoris, aut certe non multo ſupra eſt. Non eſt igitur, cur verba, in quibus meæ cunctæ editiones, & codex omnino conſentiunt, propterea mutemus.

p. 503. l. 17. In cod. Medic. ΝΟΑΣ; ſcriptor vero ſimilitudine litterarum O & Θ deceptus alterum omiſit. *Cocchius.*

p. 503. l. 24. Pawius damnat *ad ſcapulas*; reſpondet Morgagnus *Epiſt.* IV. p. 94. Scapulas ibi accipi pro corporis regione.

p. 503. l. 24. *Scoptula operta*) Lego *lata ſcapularum oſſa* 526, 6. 542, 35. 548, 22. Vid. p. 506, 23. & 171, 5. ubi diſerte dicit ὠμοπλάτας Græcorum Latine dici *oſſa ſcapularum*: quare iſta lectio proculdubio mendoſa eſt, cum nunquam alibi hæc vox reperiatur. *Caſaub.*

p. 503. l. 24. *Scutula operta*) Sc. - - - - ſic habet Antiqua ſcriptura cum vacuo ſpatio quinque aut ſex litterarum. Recens: *Sceptula operta.* *Cochius* l. c.

p. 504. l. 5. *Quod propius altera verticis parte modice intumeſcens, ſuſtinet*) Alii ſic, *quo propius alteri verticis parti, intumeſcens ſuſtinet.* Conſt.

p. 504. l. 8. *In eo*) Oſſe, nempe lato ſcapularum. *Conſt.*

p. 504. l. 9. *Inſidit,*) *inſidet.* Conſt.

p. 504. l. 10. *ſeq.* His verbis difficultatem ſubeſſe putavit Morgagnus *Epiſt.* VII. p. 178. Sed ſi ita, ut ego, interpungas, & particulæ *infra* vim Adverbii tribuas, difficultas omnis evaneſcit. K.

p. 504. l. 12. *Cartilagini*) *cartilagine.* Conſt.

p. 504. l. 13. *Humerus*) Βραχίων. *Conſt.*

p. 504. l. 14. Paawius verba *fine medulla* deleri vult; inepte; Celfus enim de fumma parte humeri loquitur. Morg. *Epift.* VII. p. 211.

p. 504. l. 16. 17. Morgagnus *Epift.* VII. p. 215. poftquam multa de lectionum varietate huius loci propofuit, Priorum lectionem a me reftitutam probat.

p. 504. l. 22. *Verticillati fcapularum offi inferitur, ac maiore parte extra id fitum nervis deligatur.*) Manutii in utraque editione ad hunc modum propofuerant: - - - *Verticillatis fcopularum offibus parvo exceffu inferitur: ac maiore parte ex tranfitu nervis deligatur.* Cum his Conftantinus fecit; quamquam in margine adnotavit: *parvo exceffu* deeffe in antiquo codice; aliosque legere *inceffu.* Et Ioannes quidem Cæfarius, atque ante hunc Lucas Ant. Iunta duas illas voces omiferant, cæteroa, ut Manutii, edentes; nifi quod pro *verticillatis* pofuerant, *verticulatis.* Qua in re focios habuerunt Gul. Pantinum, Henr. Stephanum, Bald. Ronffeum, qui tamen *parvo exceffu* non omiferunt; etfi Ronffeus in libri ora, effe, qui omitterent, & qui non *verticulatis*, fed *verticillatis* fcriberent, indicavit. Ronffei fcripturam fecutus eft Pawius, qui in commentario ad hunc locum fuo vocare Celfum ait, *fcapularum offa verticulata, aut quia cervicibus prædita: aut a verticillis exftantium coracoidis & fpinofi proceffuum*; verum enim vero, quænam in his procesfibus partes fint, quas *verticilla* vocemus, non docuit. Hanc ego tantam in eodem loco defcribendo varietatem cum attenderem; pro ea, qua folet, peritia prudentiaque facere exiftimavi V. Cl. Iacobum Facciolatum, cum fe vehementer dubitare, mihi oftenderet, effetne inter latinas voces facile recipienda *verticillatus*, quam nimirum, qui Lexicis inferuere, hoc uno Celfi loco incertisfimæ procul dubio fcripturæ niterentur. Cum vero idem miraretur, cur Almeloveenius *verticillati fcapularum offi* non *verticillato*, aut *verticillatis fcapularum offibus*; edidiffet, ac præterea ex me quæreret, an potius *vertebratis* (quæ Pliniana vox eft libro 11. cap. 37.) *fcapularum offibus* hic legendum effe, cenferem; memini me in ea, quæ paulo fuperius (pag. 503. lin 23.) de fcapularum offibus fcripta funt a Celfo; hunc enim in manibus habebamus; continuo oculos conieciffe, & Viro Doctiffimo refpondiffe, mihi vero omnino videri, *vertici lati fcapularum offis effe* legendum. Hæc enim illis de osfibus tradiderat Celfus: *a cervice duo lata offa utrinque ad fcapulas tendunt: noftri fcutula operta; ὠμοπλάτας Græci nominant. Ea in fummis verticibus*

bus ſinuata, ab his triangula, paulatimque lateſcentia ad ſpinam tendunt: Ex quibus licet intelligi eam horum oſſium partem, quam Anatomici ſolent *ſcapulæ cervicem* vocitare, Corn. Celſum nomine *Verticis* appellaviſſe, ſive quod eam *ſummam* eſſe illo in oſſe, crediderit; ſive quod ut in *triangulo* oſſe oppoſitam baſi, velut locum ſpectaverit, in quo humeri caput vertitur, qua videlicet ratione Polorum uterque (quos alii pariter cardines vocant ab eorum ſimilitudine, circa quos valvæ convertuntur) a Virgilio I. Georgic. *vertex* eſt dictus. Cum igitur ſcapulæ, ſive ut Celſus loqui mavult & in hoc capite (pag. 504. lin. 3. ac l. 11.) & ad finem tum ſeptimi (p. 526. l. 6.) tum octavi (p. 528. l. 6.) & ſub initium tum undecimi (p. 542. l. 33.) tum quintidecimi (p. 548. l. 22.) *lati ſcapularum oſſis* ſinuatam cervicem paulo ante appellaverit *verticem*, quid veri eſſe ſimilius poſſit, quam ut porro traditurus; cui parti eiusdem oſſis, humeri caput inſeratur, ad hunc modum ſcripſerit: *vertici lati ſcapularum oſſis inſeritur*, præſertim cum in eo Librarii, dictata verba excipientes, perſæpe labi conſueverint, ut ex duabus vocibus unam facerent, & primam conſequentis vocis literam ad præcedentis etiam poſtremam addentes, duplicarent, unde facillime nova hæc vox *verticillatis* effingi potuit. Nunc quam in codice ſcripturam offenderim, tibi fideliter deſcribam: *parvo exceſſu vertici latis ſcapularum oſſibus inſeritur. Ac maiore parte: & tranſitu nervis deligatur.* Illud quidem minime eſt diſſimulandum, in verſuum intercapedine auſum eſſe aliquem nonnulla addere, videlicet ſuper ultimam *vertici* literam, literulam S, & ſuper *&*, particulam alteram *ex:* quo de utroque additamento ſi forte quæris, quid ego ſuſpicer; ſic habeto. Primum mihi tum codicem, ac ſupra deſcriptas & Almeloveenii, & cæterorum lectiones, tum ipſam anatomen reſpicienti veri ſimillimum videri, ita a Celſo ſcriptum fuiſſe: *Vertici lati ſcapularum oſſis parvo exceſſu inſeritur, ac maiore parte extra ſitum, nervis deligatur*; neque enim ſumma pars humeri ita in ſcapulæ cervicem, ut ſumma pars femoris in oſſis innominati acetabulum conditur; ſed *parvo* tantum *exceſſu*, id eſt, eius capitis, quod ab interiore latere extuberat, portione immiſſa, *maiore parte extra ſita eſt*, quam etiam ob rem *nervis*, id eſt, ligamentis atque tendinibus, ne facile excidat, *deligatur*. Cum ergo Librarii voces illas *extra ſitum* deſcribendo, ita vitiaſſent, ut alii *& tranſitu*, ut ſcriptor Codicis, alii *ex tranſitu*, ut plerique, quibuscum facere Codicis Emendator maluit, ſcriptum reliquerint: non-

 nulli

nulli denique, in quibus Lindenius & Almeloveenius, integro ea in parte exemplari usi, priores voces restituerunt, nisi quod perspicuitatis addendæ causa, minus, ut puto, necessariam voculam *id* interiecere. Verba autem illa, *parvo excessu* etsi ad rem fideliter tradendam, necessaria sunt, iisque perbelle respondent, quæ sequuntur, *maiore ex parte*; cum tamen aliquo in Codice, ut supra diximus, omissa essent, minus mirandum est, quod in hoc invenerim alium in locum transposita: unde Emendatori occasio data est existimandi, ea cum insequenti voce *vertici* esse coniungenda, quam propterea in *verticis* mutare maluit, haud animadvertens, unde factum esset, ut pro *lati* scriptum esset *latis*, & ne vox hæc minime cohæreret cum voce *ossis*, hanc in *ossibus* esse mutatam; cum tamen non modo alii Codices, quibus Auctoribus Lindenius, & Almeloveenius ediderunt, *Verticillati scapularum ossi:* aliquanto meliorem in parte indicare possent scripturam; sed ipse etiam Celsus, cum videlicet non de utroque, sed de alterutro osse humeri hic loquatur, insitum scribere non *latis ossibus*, sed *lato ossi*, vel, quod eodem recidit, *vertici* lati *scapularum* osfis, debuerit. *Morg. Ep. II.*

In Veneto Codice ita hunc locum scriptum inveni: *parvo excessu locum vertici latis scopularum ossibus inseritur: ac maiore parte ex transitu nervis deligatur.* Non est meæ fidei, quidquam dissimulare: quin etiam Perhumanum ac Eruditum Virum amplissimæ eorum Clericorum Bibliothecæ Præfectum, qui mihi hæc omnia inspicienti describentique officiosissime aderat, rogavi, ut id recognoscere mecum vellet, quod protinus subiiciam. Scilicet inter *Vertici* & *Latis* subobscurum quoddam (qualia in eo exemplari alibi quoque deprehenduntur,) veteris lituræ vestigium est, quasi literula fuisset erasa; eo tamen illud in loco est, ut litera *l* fuisse omnino non possit, sed brevior quædam instar litteræ s. ut mihi *verticis* in hoc etiam codice scriptum facile fuisse; *verticillatis* certe non fuisse videatur. *Morg. in Ep. III.*

p. 504. l. 24. Cod. Mediceus confirmat lectionem *vertici lati.* Antiqua scriptura scriptum fuit: *dixi parvo excessu verticiliati.* Recentiori vero distinctum & expuncto i, emendatum factumque: *dixi, vertici lati ossis.* Cochius.

p. 504. l. 26. *Parvo excessu inseritur) parvo excessu* desunt in antiquo Cod. Alii legunt, *incessu.* Const.

p. 504. l. 27. *Magis etiam) altius etiam.* Const.

p. 504. l. 29. *Brachio)* τῷ πήχει. *Const.*

p. 505. l. 1. *Cubitus)* Ἄγκων. *Const.*

p. 505.

p. 505. l. 5. *Primo vero duo, radii & brachii, &c.*) Non sine vitio esse iis omnibus apparebit, qui paulo ante, (pag. 504. l. 20.) hæc scripta esse, animadverterint: *quæ res sedem brachio præstat: quod constat ex ossibus duobus*, iis nimirum, quæ illico nominat, ut in eo quoque, de quo sermo est, loco, ac describit Celsus, *radio* videlicet, ac *cubito*; ut manifestum sit, cum brachium ipsum constet ex radio, non oportuisse scribere: *Duo radii & brachii, ossa*; sed vel satis fuisse: *Duo brachii ossa*. Verum enim a Celso reapse scriptum sit, haud satis liquet ex scriptura, in aliis omnibus, quæ adhuc vidimus, exemplaribus, in hunc unum modum depravata: *Duobus radiis brachii ossa*. Morg.

p. 505. l. 11. Morgagnus *Epist.* VII. p. 219. putat vocem *eius adiectam* non dignam ibi Celsa videri, sive ad radium, sive ad radii caput velles refere; fortasse igitur scriptum fuisse, *in vicem eius*, id est cubiti sinuatur.

p. 505. l. 17. *Levi*) *lævi*. Const.

p. 505. l. 20. *Prima palmæ pars*) κάρπος, brachiale, cuius ossicula octo non plane solida & absque medulla. Quartum omnium durissimum. Horum figura multiplex. *Const.*

p. 505. l. 25. *Ex his unius*) *ex his veluti unius*. Const.

1. p. 505. l. 27. *Ex manu duo*) *ex hac manus parte duo*. Const.

2. p. 505. l. 27. *In sinus*) *in sinum*. Alii *in sinu*. Const.

p. 505. l. 27. Morgagnus *Epist.* V. p. 106. probat *in sinum*, quia radius nisi unum habet sinum, quo carpi ossicula duo excipiat.

p. 505. l. 29. *seqq.* Morgagnus *Epist.* IV. p. 94. probat animadversionem Paawii, minus recte Celsum tribuisse, metacarpo *quinque ossa ad digitos tendentia* & continuo subiecisse, *digitos externis ossibus constare, omniumque eandem rationem*.

p. 505. l. 30. *Palmam* μετάκαρπιον. Const.

a. p. 505. l. 32. *Interius*) *inferius*. Const.

b. p. 505. l. 32. *In verticem*) *in vertice*. Const.

p. 505. l. 33. *Exterioris*) *superioris*. Const.

p. 506. l. 5. *Desidit,*) *desidet*, vel *desinit*. Const.

p. 506. l. 5. Pro *desidit* Lindenius habet *desinit* Manutii *discedit*, Constantius in margine *desidet*. Morgagno placet *desidit*, quia, æque ac vox *discedit*, aliquid de ossis Sacri concavitate indicare videtur. Hoc enim os illa ossis coxarum descriptione etiam comprehendi adversus Paavium monet. *Epist.* V. p. 125

p. 506. l. 8. *Ad spinam*) *& ad spinam*. Const.

p. 506. l. 11. *Super*) Al. *subter*. Const.

p. 506. l. 15. *Femina*) μηροὶ. *Conſt.*

p. 506. l. 18. *Duos proceſſus*) Trochanterem maiorem & minorem. *Conſt.*

p. 506. l. 20. *Ab inferioribus quoque capitibus*) *ab inferiori quoque parte*, Alii, *Conſt.*

p. 506. l. 20. Neque hic locus prorſus ſanus eſt. Morgagnus putat, ſcriptum fuiſſe *a priore*, aut *ab anteriori* aut ſi ab exteriore ſcriptum fuerit, non tamen *a priore* omiſſum fuiſſe. *Epiſt.* VII. p. 516.

p. 506. l. 24. *Introrſus*) *extrorſus*, Alii. *Conſt.*

p. 506. l. 26. Voculæ *in eo* ſuſpecta eſſe, cum nihil ſingulari numero præceſſiſſet; & pro iis ſcriptum videri *ideo*, Morg. *Epiſt.* VII. p. 217.

p. 506. l. 29. *Patellam vocant.*) Patella, ἐπιγονὶς vel ἐπιγονατὶς, & μύλη, mola. *Conſt.*

p. 507. l. 6. Vox *furæ* pro *fibula* in Lexicis nondum reperiri monet *Morg. Epiſt.* V. p. 107.

p. 507. l. 7. Fibulam tibia *breviorem* a Celſo dici, hoc pertinere ad hallucinationes facile condonandas. Morg. *Epiſt.* IV. p. 94.

p. 507. l. 7. *Sura*) περόνη. *Conſt.*

p. 507. l. 8. *Cui tibiæ nomen eſt*) κνήμη. *Conſt.*

p. 507. l. 14. *Media,*) *medio.* Conſt.

p. 507. l. 15. *Oſſa*) *oſſe.* Alii, *oſſe tali obverſo.* Conſt.

p. 507. l. 16. *Ipſum ſuper os calcis*) Os tali Aſtragalumque *talum* vocat: malleolos vero *talorum oſſa*: exceſſus ἀποφύσεις: procedentia ἐπιφύσεις. *Conſt.*

p. 507. l. 18. Vocem *exceſſus*. Pro *proceſſus* a Celſo poſitam eſſe, ſignificatione in Lexicis non obvia. Morg. *Epiſt.* V. 123.

p. 507. l. 19. *Idque ſine medulla*) Os calcis. *Conſt.*

p. 507. l. 26. Cap. II. & reliqua tituli illius omiſſa ſunt, imo & ſequens contextus in eodem verſu continuatur, marginique duntaxat adſcriptum eſt: capitis oſſa, quaſi iudicium. Sed & omnes interpunctiones verborum et diſtinctionum notæ omnino abſunt ab huius codicis antiqua ſcriptura, adeo ut quæ nunc in impresſis obtinent, ſola recentiorum editorum auctoritate niti credibile ſit; vetuſtisſima enim exemplaria quorumcunque iis carere plerumque videmus. *Cochius.*

p. 507. l. 31. *Vitiatur,*) Fit carioſum & putre. *Conſt.*

p. 507. l. 33. *Loco movetur*) *luxatur.* Conſt.

p. 508. l. 1. *Nigrum*) VII. Aphor. 2. *Conſt.*

p. 508. l. 2. *Super natis*) *ſupernatis.* Conſt.

p. 508.

p. 508. l. 10. *Secedat:*) *recedat.* Conſt.

p. 508. l. 10. Pro *teſta* Lindenius *ſquama*, alii male *ſtatu ſtova*, habere, & l. 30. *ſeqq.* priſcam lectionem quam & reſtitui, reſtituendam eſſe Auctor eſt Morg. *Epiſt.* VI. p. 159.

p. 508. l. 12. *Quæ integrioris,*) nempe *partis.* Conſt.

p. 508. l. 13. *Aridum*) Cruoris expers quod carioſum. Alioqui minus verum hoc pronunciatum ſimpliciter. *Conſt.*

p. 508. l. 15. *Scalpello*) σμιλίῳ potius quam ξυςῆρι. *Conſt.*

p. 509. l. 2. *Febre*) Et aëris frigidi contactu, & medicamentis. *Conſt.*

p. 509. *Urgenda*) Id eſt, *coercenda.* Alii *purganda.* Conſt.

p. 509. l. 15. *Nigrities*) Legendum, *nigrities ad alteram quoque partem,* omiſſis inculcatis vocibus; *eſt, aut ſi caries.* Conſt.

p. 509. l. 15-18. Ex ora libri gloſſema intextum irrepſiſſe manifeſtum eſt. Conſtantinus, Ronſſeus expunctum volunt: *eſt, aut ſi caries.* Paawius vero delet: *Idem- - - poteſt.* Cum hoc facit Morg. *Epiſt.* VI. p. 160.

p. 510. l. 1. *Cap. III.* & omnia inſcriptionis verba abſunt a Cod. Mediceo; imo & contextus continuus eſt in eodem verſu cum ſuperioribus.

p. 510. l. 6. *Si ſpacioſum,*) Vel *ſpatioſus.* Cæſar.

p. 510. l. 6. Χοινίκιον) *Modiolus* (a parvi modi figura) ferramentum eſt ſerratum (ut reponendum pro *ferratum*) vulgoque vocatur *trepan.* Diverſa tamen ἀβάπτιςος τρυπάνη. ut in Lexico obſervavimus. De his inſtrumentis perite & copioſe Botallus libro de vulneribus ſclopet. in quo & figuræ. *Conſt.*

p. 510. l. 10. *Ipſe quoque*) *ipſo quoque.* Sic rectius, niſi forte de modiolo (qui ipſe quoque orbe cingitur) accipias, non de clavo. *Conſt.*

p. 510. l. 12. *Demittitur* in Cod. Med. *dimittitur.* Ibi *terebrarum* ſcribitur continuo contextu, ſed in margine idem vocabulum additum fuit eadem manu, quaſi nota novi capitis.

p. 510. l. 25. *Ut & foretur, & circumagatar,*) *ut & foret, & circumagatur.* Conſt.

p. 510. l. 31. *Modiolo preſſum eſt,*) Leg. *modiolo impreſſum.* Vide infra, *modiolo imprimitur.* Conſt.

p. 510. l. 32. *Ille per ſe agitur.*) Modiolus tum agitur ſine clavo: cujus quidem officium eſt, ut modiolum ſic firmet, ne poſſit oberrare, dum circumagitur. *Conſt.*

p. 511. l. 11. *Excisorius scalper*) ὁ ἐκκοπεύς, *cisem* vulgo. *Const.*

p. 511. l. 18. *Lædit,*) *edit*, Alii *radit*, Cod. *Const.*

p. 511. l. 20. *Integrum, caries per totum*) *in totum, caries persæpe totum.* Const.

p. 511. l. 22. *Foramen*) *ferrumen*, scriptura atramento recentiori renovata, ut quæ antiquitus fuerit, non plane dignosci queat. *Cod. Medic.*

p. 511. l. 22. *Id quoque signi specillo significatur*) Videtur hoc loco Celsus usurpare nomen *specilli*, genere nunc neutro, nunc masculino. *Cæsar.*

p. 511. l. 22. *Signi specillo significatur, qui depressus in id foramen, quod infra solidam sedem habet, & ob id - - - siccus,*) *signo specilli significatur, quod depressum in id foramen, quod infra solidam sedem habet, & ob id - - - siccum.* Const.

p. 511. l. 24. Hoc in loco ausus sum *interdum* ponere pro *integrum.* Nunquam enim sive caries sive nigrities integrum os pertransit. Particula *interdum* aptissime & respondet illis verbis, *vix unquam*, & pro ea *integrum* facile irrepere potuit; recte enim linea præc. legitur. K.

p. 512. l. 1. *Iam alte*) *tam alte.* Const.

p. 512. l 4. *Cura agendum est,*) Ne membrana lædatur. *Const.*

p. 512. l. 7. *Spatium ipsum,*) Quod inane occurrit inter duas testas. *Const.*.

p. 512. l 7. *Sanguis*) E venulis effusus, quæ ossis cavum subeunt *Const.*

p. 512. l. 8. *Habena*) Instar plectri, qua terebra convertitur. *Const.*

p. 512. l. 10. *Suspendendaque*) Ut quam suspensa & levissima minus imprimat. *Const.*

p 512. l. 10. *Attollenda,*) Ducitur habena terebræ manu dextra: terebram imprimit, moderaturque sinistra & attollit, cum opus est. *Const.*

p. 512. l. 12. *Neque periclitemur,*) Ob id ἀβάπτιστα excogitata. *Const.*

p. 512. l. 16. *Media sæpe,*) *media septa* legendum, ut infra cap. 4. *Const.*

p. 512. l. 20. Μηνιγγοφύλακα) Μηνιγγοφύλαξ, membranæ custos. Elevatoria Chirurgis, de qua & cap. 4. *Const.*

p. 512. l. 23. *Quæ demissa est, ut*) *quæ demissa sic, ut.* Const.

p. 512.

p. 512. l. 25. *Scalpro discutiendum est:*) Recte & eleganter, sed minus est elocutus. Plena est oratio: *quod malleolo per scalprum discutiendum est.* Sic apud Livium: *Tribus arietibus aliquantum muri discussit,* i. deiecit, diruit, atque demolitus est. *Const.*

1. p. 512. l. 32. *Levandae*) *laevandae,* i. laevigandae. *Const.*

2. p. 512. l. 32. *Si quis scobis*) *si quid scobis.* Const.

p. 513. l. 1. *Non ora*) *non orae.* Const.

p. 513. l. 1. *Lavandum*) *laevandum.* Const.

p. 513. l. 3. *Aspero ossae*) *aspero ossi.* Const.

p. 513. l. 4. *Sanitatem,*) *Adfert* eleganter supprimitur. Satis est verbum diversis subiectis attributum, alteri respondere: cuius sunt & apud Ciceronem exempla. *Const.*

p. 513. l. 11. *Ab ipso ore*) *ab ipso osse* Cum Hippocr. experientia sic legendum ostendit. Alii *ore* & *ulceris* subaudiunt. *Const.*

p. 513. l. 16. *Eaque fere*) *idque fere.* Const.

p. 513. l. 17. Λεπὶν) Leg. λεπὶς. *i. squama a Graec.* Const.

p. 513. l. 17. *Codex Med.* habet: *squama id est lepis,* antiqua scriptura scriptum, recentiori vero: *squama est idem lepis,* & in margine alia manu λώπις scriptum est, fortasse pro λεπὶς. *Cochius.*

p. 513. l. 20. *Ad summum tamen*) *ad summum tantum.* Const.

p. 513. l. 22. *Lavari*) *laevari.* Const.

p. 514. l. 1. A cod. mediceo. *Cap. IV. Cetrique tituli* absunt & contextus in eodem versu continuatur; in margine tamen haec notatio est ab antiqua manu: *Fractis ossis & cerebri meninga.*

p. 514. l. 3. *Ubi ea pertusa,*) *ubi ea percussa.* Cod. Mediceus Antiqua scriptura habet *percussa,* recentior *pertusa:* Probat Morgagni percussa. *Epist.* V. p. 108.

p. 514. l. 4. Pro *percussa* quidem *perlusa,* & cum his Paawius legit. Sed si *perlusa* scripsisset Celsus l. 16. non addidisset: At si - - an os *fractum sit*; ex Morg. *Epist.* V. p. 108.

p. 514. l. 29. *Nihil leve*) *si nihil nisi laeve.* Const.

p. 515. l. 1. *Hippocrates memoriae tradidit*) Locus est L. *V. Epidem.* Sed eum librum non esse genuinum Hippocratis foetum, existimant eruditi. *Casaub.*

p. 515. l. 5. *Levia ingenia, quia nihil habent, nihil sui detrahunt*) Vid. *Plutarchus* lib. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ. & *Quintil. Inst. Orat.* Casaub.

p. 515. l. 14. *Quae aeque*) *quia aeque.* Const.

p. 515. l. 16. Morgagnus *Epist.* V. p. 114. improbat Lindenii temeritatem mutantis *aperire in deeoperire*, quia veritus sit, ne id, quod de nudando osse dicitur, de terebrando acciperetur.

p. 515. l. 19. *Idem, & naturaliter*) Al. *idem naturaliter.* Const.

p. 515. l. 26. *Id detrahendum.*) *id deradendum.* Const.

p. 515. l. 27. *Nigritiem enim continet, si quid fissum est.*) Alias *fixum est.* Cæsar.

p. 515. l. 29. *Solet etiam evenire,*) Ἀπήχημα vocant hoc fracturæ genus. *Const.*

p. 515. l. 33. *Discussa est,*) *discissa est.* Const.

p. 516. l. 5. *Os fractum*) Hippocr. lib. VII. Aphor. 14. 25. 85. & lib. VI. Aphor. 53. *Const.*

p. 516. l. 12. *Oculos quibus obcæcet.*) Al. *oculosque quibus obcæcet.* Const.

p. 516. l. 16. *Curatio hæc*) Excidendi ossis. *Const.*

p. 516. l. 29. *Ut deinde a singulis procedentibus singulis cutis subsequatur.*) Vel *ligulis.* Cæsar.

p. 516. l. 29. *Accepit,*) *accipit,* Vet. *Const.*

p. 516. l. 30. *Singulis cutis*) *angulis cutis.* Const.

p. 516. l. 32. *Inter quæ*) *inter quos.* Const.

p. 517. l. 5. *Nihil tutius*) Al. *nihilo minus tuto.* Const.

p. 517. l. 19. *Cæterea ex eadem*) *cæterea eadem.* Const.

p. 517. l. 21. *Aut levior,*) *aut lenior.* Const.

p. 517. l. 25. *Rosa*) i. rosaceo. *Const.*

p. 518. l. 1. *Ulcus madet,*) Hic mador πλάδος Hippocrat. cui πλαδαρὸν ἕλκος i. *ulcus madens* Celso. Lege Gal. Comm. III. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν. *Const.*

p. 518. l. 2. *Alitur, & in cervicibus*) Ἀκυρολογία. Talis lib. VII. cap. 27. ubi *ali vulnus* pro σαρκοῦσθαι. Nec enim vulnus alitur, aut ulcus, sed caro alitur, illudque impletur, ut proprie dixit lib. V. cap. 12. *Const.*

p. 518. l. 4. *Ad manum*) εἰς τὴν χειρουργίαν. *Const.*

p. 518. l. 7. *Medium*) Nempe *os.* Al. *media.* Const.

p. 518. l. 8. *Fissum est,*) Hoc ῥογμή. *Const.*

p. 518. l. 9. *Vel quia*) *fere vel quia,* Cod. *Const.*

p. 518. l. 15. *Medium*) Est ἐγγείσωμα Galeno. *Const.*

p. 518. l. 24. *Eius*) *eius rimæ.* Const.

p. 518. l. 26. *Ad similitudinem C literæ, sic ut vertex eius a foramine, basis ad rimas*) Legend. ut habet exemplar MS. *ad similitudinem V. literæ, sic ut - - rimam.* Const.

p. 518.

p. 518. l. 31. *Nihil latens in eo osse concavum est,*) *nihil latens sub eo osse cum cavatum est.* Al. *in eo ossis concavo est.* Const.

ibid. In Cod. Mediceo antiqua scriptura scriptum est: *late sine osse cavum est* recentiori: *latens in eo osse concavum est.* Fortasse erat in primo exemplari *latens in eo osse cavum est.* Cochius.

p. 518. l. 32. *Lædentibus.*) Al. *latentibus.* Const.

p. 518. l. 33. *Ne si fractum*) *nec si fractum.* Const.

p. 518. l. 34. *Sed sive totum*) Ἀποσκεπαρνισμὸς Galeno. *Const.*

p. 519. l. 5. *Quam fecimus,*) Scalpro. *Const.*

p. 519. l. 7. *Septaque*) *Media septa* dixit supra, i. interstitia foraminum hoc loco. *Const.*

p. 519. l. 9. *Lunatum sinum*) Hic convenit figura literæ C. non vero supra. *Const.*

p. 519. l. 13. *Forfice*) *forcipe*, τῇ ἀστάγρᾳ Galen. VI. Method. *Const.*

p. 519. l. 17. *Proposui,*) Cap. 3. *Const.*

p. 519. l. 23. *Sub medicamenti*) *sub medicamentis.* Const.

p. 519. l. 25. *Satis illi*) *satis illis.* Const.

p. 519. l. 33. *Qui supra positus*) Cap. 3. *Const.*

p. 520. l. 3. *Collocandusque is loco intepido.*) Si ita legendum esset, novam vocem *intepidus* in latinis numerare oporteret, & quidem numeratur in Thesauro Fabri 1717. At Gryphii, & Stephani Editio præpositionem *in* separata *tepido.* Et sane non video, quomodo, qui calvariæ fractura laborat, collocandus sit in loco non tepido, cum tepor fracturis omnibus, maxime vero iis, quæ caput lædunt, saluberrimus sit. Qua de re legendus hic noster hoc eodem libro cap. 10. sect. 7. & Hippocrates Aph. 17. & 18. sect. 5. Non est igitur tanta vis inferenda simul Medicinæ, simul latinæ linguæ, sed reponendum cum Gryphio, *collocandusque is loco in tepido*; vel cum Stephano, *collocandusque is in loco tepido.* Morg. *Ep.* III.

ibid. *Loco intepido*) Sic recte habet antiqua scriptura (sc. Codicis Medicei). Nam vi Latinæ compositionis intelligendus est locus aliquantum tepidus, ut frustra manu recenti in hoc ipso Codice mutatum fuerit: *in loco tepido.* Cocchius.

p. 520. l. 7. *Infundenda erit rosa*) *infundendum erit id ros.* (i. rosaceum) *tepidum.* Const.

p. 520. l. 11. *Cervixque molliri debebit*) ne convulsio excitetur. *Const.*

p. 520.

p. 520. l. 27. *His quoque apparebit,*) *hos quoque apparebit.* Cod. MS. *oportebit.* Conft.

p. 520. l. 30. *Spem vero certam faciunt membrana mollis*) Alias *mobilis.* Cæfar.

p. 520. l. 31. *Mobilis*) *Quæ* συςολῆς & διαςολῆς motum retinet. *Conft.*

p. 520. l. 31. *Mobilis* pro *mollis* legendum effe docet Morg. l. 34. K.

p. 521. l. 2. *Acris vomitus,*) *acer vomitus.* Conft.

p. 521. l. 4. *Cæteraque quæ ad*) *cætera quæ ad.* Conft.

p. 521. l. 19. *Ut per omnem*) *ut non per omnem.* Conft.

p. 521. l. 23. *Cicatrix erit folvenda*) Alii *cicatrice erit folvenda plaga,* Conft.

p. 521. l. 25. CAP. V. Cæteraque tituli abfunt (a Cod. Med.) & contextus eft in eodem verfu continuus, cui ad marginem nota accedit: *in naribus.* Cocchius.

p. 522. l. 1. *Quicquid e cartilagine concedit*, nec Morgagno probantur, nec cuiquam acutius videnti facile probabuntur. Priores editores ad unum omnes fcripferunt: *Quicquid in cartilaginem incidit.* Morgagnus verbis a Lindenio fcriptis vult *concidit* fcribi. Sed nihil erat caufæ, quam ob rem priorum editionum verba tollerentur. Eft enim ea loquendi ratio; *quicquid incidit*, Celfo familiaris admodum. Is autem, quibus modis nafi vel cartilago vel os lædi frangique poffet, in fine pag. præc. dixerat. Aptiffime igitur nunc de cartilagine dicere incipiens fubiicit: *Quicquid in cartilaginem incidit.* Quare fiquid mutandum fit, pro *cartilaginem* fcribemus *cartilagine.* Hæc fcripferam in illo fchediafmate. Poftea Codicis medicei variantes me docuerunt, ita omnino effe fcribendum. K.

p. 522. l. 4. *Implicata linamenta,*) Σφηνίσκους στρεπτούς, Aetius. *Conft.*

p. 522. l. 6. *Adiicienda funt.*) *iniicienda funt.* Alii *adigenda funt.* Conft. *Adigenda* Cod. Medic.

p. 522. l. 7. *Penicillo.*) Ἐκ ῥάκους ἑληθέντος, Aetius. *Conft.*

p. 522. l. 8. *Fabrili glutine*) Fabrile gluten Diofcoridi ταυροκόλλα. *Conft.*

p. 522. l. 16. *Media*) *medio.* Conft.

p. 522. l. 17. *Fuligine,*) Sic antiqua lectio. Alii *polline,* i. τῇ μάννῃ. *Conft.*

p. 522. l. 17. *Eaque ultra*) *eaque fupra.* Conft.

p. 522. l. 21. *Exercitatæ nares*) *Excitatæ nares* ipfe Celfus indicat, (quod & ex MS. in Morg. Ep. II. confirmatur) effe

eſſe legendum, ut qui non modo alibi, atque adeo etiam paulo infra (523. 20.) eodem verbo eadem ſignificatione eſt uſus, ſed & paulo ſupra de fracta naſi cartilagine in ſuam ſedem reponenda verba faciens, *quicquid*, inquit, *e cartilagine concedit* (libentius legerem: *concidit*, cum cæteri, quos conſului, libri conſtanter habeant: *Quidquid in Cartilaginem incidit*) *exeitandum leniter eſt, aut ſubiecto ſpecillo, aut duobus digitis utrinque compreſſis:* Mox (p. 522. l. 1.) quæ in nares iniicienda ſint, docet, quæ deſidere cartilaginem, non ſinant; item quæ extrinſecus habena circumdanda ſit', quæ nares ſic excitatas, contineat; poſt quæ videlicet ea continuo ſuiicit, de quibus loquimur, verba. Sed & in cunctis, quot ad hoc tempus inſpeximus, libris, non *exercitatæ*, ſed *excitatæ nares* ſcriptum eſt. *Morg.*

p. 522. l. 33. *Quua callus*) *quum callus*. Conſt.

p. 523. l. 5. *Extrinſecus*) *intrinecus*. Conſt.

p. 523. l. 8. *Ultra*) *ſupra* Al. *Conſt.*

p. 523. l. 8. *Adiicienda*) *adigenda*, quod in veteri codice *adicenda* ſcriptum erat, ut ſolet in veteribus codicibus. *Scal.* Hanc coniecturam codex Medicus confirmat, ubi legitur *adigenda*. K. Nota hæc pertinet ad p. 522. l. 6.

p. 523. l. 25. *Cap.* VI. & cætera tituli abunt a Cod. Mediceo, continuo textu ac margini adſcripta nota *in aure rumpitur cartila*. Cochius.

p. 523. l. 33. *Solidarique*) Κρατύνεσθαι Hippocr. *Conſt.*

p. 524. l. 15. In Cod. Mediceo poſt verba *ut in naribus*, margini adſcripta nota *in maribus*. Unde liquet, huiusmodi notationes non ſemper nova capita in hoc codice indicare. Cochius.

p. 524. l. 16. *Primi temporis*) Leg. *primis temporibus*. Conſt.

p. 524. l. 19. In Cod. mediceo *Cap.* VII. totusque ticulus abeſt, contextu continuo, margini tantummodo adſcriptum eſt *Maxillam*. Cochius.

p. 524. l. 25. *Modo rectum*) Κάταγμα σχιδακηδόν. *Conſt.*

p. 524. l. 27. *Transverſum,*) Καυληδόν vel ῥαφανηδὶν, vel σικυνηδόν. *Conſt.*

p. 524. l. 28. *Obliquum:*) Κατακάρσιον, ſive κατὰ πλάγιον. *Conſt.*

p. 525. l. 1. *Quin etiam aliquando plura fragmenta minuta*) *quin etiam. Cum plura fragmenta minuta*. Hoc fracturæ genus κάταγμα καρυηδὸν ſive ἀλφιτηδὸ vocatur. Et quum a fragmento fragmentum recedit, ἀπόθραυσις & ἀποκοπή.

κοπή. Aliud lunatum, quod εἰς ὄνυχα vel καλαμηδὸν fieri dicitur. *Conſt.*

p. 525. l. 1. verba: *a fragmento* abundare nemo non videt, neque leguntur in Codice Forolivienſi. Morg. *Epiſt.* VII. p. 201.

p. 525. *Fragmento*) *Segmento.* Conſt.

p. 525. l. 9. *Sub qua*) *ſub quo.* Conſt.

p. 525. l. 10. *Excedit*) *excedit.* Conſt.

p. 525. l. 13. *Seta*) Hippocr. τριχὶ ἱππείῃ, ἢ χρυσῷ. *Conſt.*

p. 525. l. 18. *Media*) *medio.* Vide cap. 5. *Conſt.*

p. 525. l. 21. *Ibi deligantur*) *ibi deligentur.* *Conſt.*

p. 525. l. 32. *Fere reſolvuntur*) *fere ſolvuntur.* Conſt.

p. 526. l. 2. *Oſſa conſeruntur*) Συμφύονται, *confervent*, lib. II. cap. 10. *Conſt.*

p. 526. l. 2. *Intra quod quæque oſſa confervent*) Verbum *conferveo*, quod alioqui latinum eſt, & uſurpatur a Palladio de re ruſt. Lib. 1. tit. 35. apud Celſum tamen non ita bene habitat, ut oppugnatoribus careat. Hic enim quinque Editiones meæ habent *conſeruntur.* Rurſus repetitur eodem libro c. 10. ſect. 1. *Quo os quodque confervet.* Et ſect. *Inter ſe oſſa confervere.* Sed hoc ſecundo loco alii legunt *cohærere*, alii *coaleſcere*, ut ipſe quoque Almeloveenius monet; in priore autem reliquæ Editiones meæ habent *confervet*, non ſine aliqua cæterorum verborum varietate. Ego quidem malo *confervet*, idque omnino retineo. *Morg. Ep.* III.

Morgagnus in *Ep.* V. p. 526. denuo hanc ſuam ſententiam ſimulque Lindenium defendit adverſus I. H. Schulzium. Laudat tamen etiam eum, quod ex Hippocraticis monumentis locum exhibet, unde colligi poſſit, *duas partes tertias* his ſignificari.

p. 526. l. 6. *Latus, os*) *latum os.* Conſt.

p. 526. l. 6. *Pectus* Celſo dici *os pectoris*, monet Morg. *Epiſt.* IV. p. 93.

p. 526. l. 7. *Coxarum, os tali;*) *coxarum os, tali.* Conſt.

p. 526. l. 8. *Inter*) *intra.* Conſt.

p. 526. l. 16. Veriſimile eſt, quod dicit Morgagnus aut verba: *neque quicquam edendum* a Celſo non eſſe, aut poſt *quicquam* periiſſe verbum: *durius;* laganum enim *comeſtum* fuiſſe ex *Acrone* in *Horat. Lib.* 3. *Sat.* 6. intelligi. *Epiſt.* VII. p. 181.

p. 526. l. 22. In Cod. Mediceo *Cap.* VIII. & cætera tituli omiſſa, continuo contextu, cum nota margini eadem manu adſcripta: *iugulum.*

p. 526.

p. 526. l. 24. *Sine iunctura*) *ſine vinctura.* Conſt.

p. 526. l. 26. *Fereque id quod a pectore ſub id quod ab humero eſt in qoſteriorem*) *fereque id quod ab humero eſt, ſub id quod a pectore in poſteriorem* &c. ex Hippocr. *Conſt.*

p. 526. l. 31. *Sub id humerus*) Scribendum *ſubinde humerus.* Alii *ſuper id humerus.* Conſt.

p. 526. l. 32. *Priorem partem*) *priorem poſterioremve partem.* Conſt.

p. 527. l. 6. *Manu plane*) *manu placide,* Al. *Conſt.*

p. 527. l. 24. 25. Aut *diducantur* (ſcil. fragmenta) ſcribendum eſt, aut omittendum *quæ.* K.

p. 527. l. 30. *Ala ſua*) *ala ſana.* Conſt.

p. 527. l. 30. *Faſciari*) *faſcia dari,* Vet. *Conſt.*

p. 527. l. 30. *Sub ala ſua faſciari debet*) V. C. *Sub alas faſcia dari debet. Faſciare* non dicitur, ſed *faſciatus* raro. *Scal.*

p. 528. l. 6. *Latus, os*) *latum os.* Conſt.

b. 528. l. 17. Cap. IX. &c. tituli, omiſſa, contextu continuato. Cod. mediceus.

p. 528. l. 29. *Leniter*) *leviter.* Alii, *graviter.* Conſt.

p. 528. l. 30. *Quæ ſupra ſcripta ſunt,*) Circa finem capitis præced. *Conſt.*

p. 529. l. 9. *Quicquid vel tuſſim*) Κεγχνώδες Hippocr. lib. III. Articul. *Conſt.*

p. 529. l. 10. *Ne ſpiritum*) *nec ſpiritum.* Alii, *næ ſpiritum.* Vide infra. Conſt.

p. 529. l. 15. *Spuitur*) *exſpuitur.* Conſt.

p. 529. l. 24. *Polyarchi*) Vide p. 253. Conſt.

p. 529. l. 25. *Roſa*) *roſ. oleo,* i. roſaceo. *Conſt.*

p. 529. l. 26. *Faſciæ a mediis orſæ,*) Hippocrates (ex quo hæc omnia) duobus faſciæ a medio orſæ capitibus ligandum præcipit. *Conſt.*

p. 530. l. 3. *Idem*) *item.* Conſt.

p. 530 l. 6. *Qnoque reſolvetur,*) Legend. *quoque reſolventur. Alternis diebus* Hippocrates, non *quotidie.* Conſt.

p. 530. l. 13. *Quæ ſi modus erit*) *quod ſi metus erit,* Cod. Alii, *non metus erit.* Conſt.

p. 530. l. 21. *Pus ſubit,*) *pus ſubeſt.* Conſt.

p. 530. l. 21. Pro *caput* Lindenius habet *tumor* cum vero in omnibus editionibus & codice legatur *caput*; Plinius etiam de furunculis dicat, *priusquam capita faciant,* & alibi *ſi nondum caput fecerint,* & Dalechampius ad hæc loca annoter. *ſi nondum in acutum faſtigium ſublati fuerint, ſi nondum in acumi-*

acuminatum verticem extuberaverint; videri omnino vocem *caput* præferendam esse, scripsit Morg. *Epist.* V. p. 116.

p. 530. l. 25. *Eaque uri*) *isque uri,* nempe locus, vel *ea,* scilicet pars. *Const.*

p. 531. l. 7. *Si id ex*) *si id quod ex,* Vet. Cod. *Const.*

p. 531. l. 7. Priorem lectionem, quam restitui, veram esse, & his ipsis verbis significari vertebræ processum, res ipsa loquitur, & Morgagnus monet *Epist.* V. p. 123.

p. 531. l. 11. *In interiorem*) Al. *in anteriorem.* Const.

p. 531. l. 14. *Plurima parte*) Al. *prima parte.* Const.

p. 531. l. 16. CAP. X. totusque ille titulus abest, contextu continuato, marginique adscriptum est *umeris.* Cod. Med.

p. 531. l. 20. *Rursus ex magna parte*) Ubique femoribus humeros, crura brachiis comparat, coxasque scapulis. Vide p. 407. imo & plantas palmis, ibid. & p. 444. pedem manui: tibiam cubito. *Const.*

p. 531. l. 24. *Minime*) *minus.* Const.

p. 531. l. 28. *Ea maxime*) *earum maxime.* Const.

p. 531. l. 30. *Pessima ubi,*) *pessimum ubi.* Const.

p. 531. l. 31. *Nonnunquam autem*) Vide p. 401. *Const.*

p. 532. l. 3. seqq. Locus hic ante me corruptus erat. Lindenius edidit: *Si suis sedibus sunt* mota, *resima* &c. Priores vero sic: *Si suis sedibus mota resimam* &c. Pro *resimam* Codex mediceus habet *resinam.* Quarum lectionum nulla sensum verborum clarum reddit. Ex omnibus tamen genuinus sensus erui potest. Hoc enim loco de signis fractorum ossium in suis sedibus remanentium, in subsequentibus l.. 4. 8. de signis eorundem suis sedibus non remanentibus Celsus verba facit. Si itaque mecum legas: *Si suis sedibus sunt, mota resonant, punctionisque* &c. habes notas fractorum ossium in suis sedibus remanentium. Nam hæc ita sequi chirurgi norunt. Verbum *resonant* vero facile in resimam vel resinam transire potuit. K.

p. 532. 5. *Fit ubi*) *fit sæpe ubi.* Const.

p. 532. l. 7. *Latere*) *e latere.* Const.

p. 532. l. 9. *Depressum*) *deprehensum,* Cod. *Const.*

p. 532. l. 13. *Intendit*) *intenderit.* Const.

p. 532. l. 15. Duo fuere non omittenda, alterum, plerorumque libros non habere: *cum mitissime agitur,* sed *ut diutissime alatur,* Manutiorum: *ut mitissime alatur,* Constantini scriptum calamo: *agatur;* ut proclive sit suspicari, scripsisse Celsum: *ut mitissime agatur;* alterum, in iisdem omnibus, imo ipsius quoque Lindenii libro non *distentionem* nervorum legi, sed *distentio.* Morg.

p. 532. l. 17. *Cancer*) Hic quoque cancri voce abutitur. *Conſt.*

p. 532. l. 17. *Certum, ut diutiſſime alatur pus*) Lego, *vel certe ut diutiſſime alatur pus.* Codex. *agatur.* Conſt.

p. 532. l. 28. *Faſciis*) ὁποδ-σμίδες, binæ faſciæ primæ. Reliquæ ἐπίδεσμοι, Galen. *Conſt.*

p. 533. l. 3. *Linteos*) *lineos.* Conſt.

p. 533. l. 4. *Sex opus eſt*) Hippocr. duobus. Tot involucra a peritis Chirurgis improbantur. *Conſt.*

p. 533. l. 6. *Quaſi in cochlea ſerpat,*) Leg. *quaſi in cochleam ſerpat*, i. quaſi cochleatim & claviculatim, κοχλιηδὸν καὶ ἑλικοειδῶς. *Conſt.*

p. 533. l. 6. Translator Britannus mentem Celſi non aſſecutus putat voculam *ter* l. 6. abundare neque a Celſo ſcriptam eſſe; doctiſſimum virum in luculentiſſimo loco hæſitare miror. K.

p. 533. l. 3. *Longiore, eaque qua parte os eminet, ab ea ſi totum æquale eſt, undelibet ſuper*) *longior ea, quæ qua parte os eminet aut ab ea, ſi totum æquale eſt, vel undelibet*) *ſuper.* Conſt.

p. 533. l. 13. *In ſuperiore*) Deeſt *parte*, aut ſupplend. *Conſt.*

p. 533. l. 15. *Latiore linteo*) Σπλῆνα vocat Hippocr. Reliqui σπλήνιον, Scribon. Largus *Splenium, plagulas* Chirurgi. Et περὶ τῶν σπληνῶν ἐπιβολῆς lege Galenum VI. Methodi. *Conſt.*

p. 533. l. 23. *Quod adſtrictum eſt,*) *quod nimis adſtrictum eſt.* Conſt.

p. 533. l. 24. *Alienatur, & cancro opportunum eſt:*) ἀλλοιοῦται καὶ σφακελίζεται Hippocr. *Conſt.*

p. 533. l. 24. *Alienatur*) Ita infra p. 539, 7. *quanto facilius & alienari & occupari cancro vulnus poteſt.* Caſaub.

p. 533. l. 29. *Iunctura*) *vinctura.* Conſt.

p. 534. l. 1. *Sexto faſciis*) *ſexta faſcia.* Conſt.

p. 534. l. 8. 9. Ante Lindenium in hoc loco tantummodo vitium latebat in verbis *vel levius*, pro quibus is poſuit *vel tenuius* & præterea *ab eo* pro ad eo, male. Planiſſima & præcedenti orationi maxime congrua lectio a me poſita. K.

p. 534. l. 21. *Citra articulum*) *circa articulum.* Conſt.

p. 534. l. 24. *Spatio*) *temporis* ſubaudi. *Conſt.*

p. 534. l. 26. *Nullus*) *ſi nullus.* Conſt.

p. 534. l. 27. *Temporis: quod os quodque confervet*) *temporis, quo os quoque confervet,* (ut & poſt 10. *ſi oſſa non conferbue-*

ferbuerint) pro quo dixit cap. 7. *offa conferuntur*, i. quasi ferrumine conglutinata coalescunt. *Const.*

Titulus nullus contextu continuato Codex Mediceus.

p. 535. l. 6. *seqq.* Locus hic est ex iis, quibus lucem intulit Lindenius. Nil igitur nisi omissionem verbi *est* l. 6. suadeo. Morgagnus quidem in explicando loco eo hæret, ac pæne pro *baculum* vult *brachium* legi, quod in codice invenerat. Sed qui possis *brachium* legere? Quo enim modo minister ab eius qui curatur, occipitio positus, demissum inter eius, qui curatur, tenere poterit? Hæsitasse autem viri eruditissimi videntur, quia baculi usum non perceperant. Qui mihi nullus alius videtur, nisi ut minister ab eius, qui curatur, & alto sedili collocatus est, occipitio positus habeat, cui innitatur, si brachio suo sub fascia porrecto, hanc ipsam simulque humerum curandum attollit tum, cum se ipsum extollit et erigit. Non solus autem Morgagnus sed Foesius quoque hoc in loco offendit. Locum enim eum cum vidisset contaminatum, pro *porrecto* non *correpto*, ut alii ante & post eum, sed *correptum* legit, quod tamen ipse ordo & concinnitas verborum plane respuunt. Pro *curatur* l. 21. legit *ducatur*, quod certe sensum magis perspicuum reddit quam *sumatur*, quod Lindenio priores omnes scripserunt. K.

p. 535. l. 12. *Super caput*) Exemplar vetus *super cubitum*, i. πῆχυν. *Const.*

p. 535. l. 13. *Iuncto*) *vincto*. Const.

p. 535. l. 14. *Inter se iunctis*) Al. *inter se vinctis*. Const.

p. 535. l. 21. *Palmam iniicit dextram: si sinister, sinistram: si dexter humerus curatur,*) Al. *planam iniicit dextram, si sinister: sinistram, si dexter humerus sumatur*, Cod. *Const.*

p. 535. l. 32. *Figurandum:*) *figuratum sit*. Const.

p. 536. l. 13. *Eminentia*) *eminentiam*. Const.

p. 536. l. 14. *Breviores sunt*) *sint* rectius. *Const.*

p. 536. l. 15. Titulus abest contextu continuato, Cod. Medic.

a. p. 536. l. 30. *Habitus sit*) *habitus est*. Const.

b. p. 536. l. 30. *Itaque involutum mitella*) Brachium mitella involutum excipere, & ex cervice suspendere, vulgo dicitur, *porter un bras en écharpe*. Est vero mitella parva mitra & calantica, latior instarque fasciæ, ex cuius lateribus tæniæ redimiculaque dependent. Angli mitella noctu caput redimiunt. *Const.*

P. 537.

p. 537. l. 3. Titulus abeſt contextu continuato. Cod. Medic.

p. 537. l. 4. *Ex ſummo cubitu id factum*) *in ſummo cubito id fractum*, Cod. *Conſt.*

p. 537. l. 6. *Ac ſi*,) *at ſi.* Conſt.

p. 537. l. 9. Titulus abeſt contextu continuato. Cod. Medic.

p. 537. l. 13. *Is canalis*) Σωλῆνος i. *canalis* (quod chirurgicum eſt inſtrumentum, rotundum, oblongum, cavum, in quo crus aut femur fractum coniicitur & continetur) deſcriptio. Vide Hippocratem περὶ ἀγμῶν, & Galen. Comment. II. Differt a gloſſocomo. *Conſt.*

p. 537. l. 20. *Detineat*) *detineatur.* Conſt.

p. 537. l. 21. *Si femur, uſque ad coxam: ſi iuxta ſuperius, caput femoris, ſic ut ipſa quoque ei coxa inſit.*) Lego, *ſi femur uſque ad coxam iuxta ſuperius caput femoris, ſi ut ipſa quoque in eo coxa ſit.* Conſt.

p. 537. l. 24. *Neque tamen ignorari oportet,*) Ex auctoritate Hippocratis hoc perpetuo verum non eſſe, iam convicit Tagaultius Chirurgiæ lib. IV. *Conſt.*

p. 537. l. 27. *Inſiſti, ſed multa tamen femori*) *inſiſti. Sed multa tum femori.* Conſt.

p. 537. l. 29. *Fortunæ*) Galli dicunt *a cet accident.* τῇ τύχῃ. *Conſt*

p. 537. l. 31. *Surculum*) Alii *ferulam*, ego *funiculum* legendum contendo ex antiqui Codicis fide. Alii reponunt, *ad imum fulcrum.* Conſt.

p. 538. l. 1. Titulus abeſt contextu continuo. Cod. Medic.

p. 538. l. 5. *Rurſus illa*) *rurſus iſta.* Conſt.

p. 538. l. 11. *Longior ulterioribus*) *longior exterioribus.* Conſt.

p 538. l. 14. *Uſus*) *uſus paulatim.* Conſt.

p. 538. l. 20. *Ceſſerunt,*) *receſſerunt,* ut cap. 20. *Conſt.*

p. 538. l. 23. *Conſervatur*) *conſeritur,* Cod. id eſt, συμφύεται. Sic & lib. VIII. cap. 7. *Conſt.*

p. 539. l. 1. *Quemadmodum*) ὃν τρόπον, *quo vel quali modo.* Conſt.

p. 539. l. 4. *Cætera*) *ceterum.* Conſt.

p. 539. l. 7. *Eſſet, quanto*) *eſſet. Quando,* Cod. *Conſt.*

p. 539. l. 25. *Vulneri quam oſſi*) *vulneris quam, oſſis.* Conſt.

p. 539. l. 31. *Eius longius*) *eius ſi longius.* Conſt.

p. 539. l. 32. *Scalpro limandum, tum ipſum*) *ſcalpro limatum ipſum.* Conſt.

p. 539. l. 34. *Vulſella*) Vulſellam dixit & fabros. Hippocrates tamen μοχλίσκους & λατύπους, i. vecticulas & latomos. *Conſt.*

p. 540. l. 1. 2. Lindenius pro *recte ſe habenti capiti* ſcripſit *acutæ oſſis prominentis cuſpidi* &c. Quibus ſane verbis ſequentia parum recte reſpondent. Priores omnes ſic ut ſcripſi, niſi quod quidam *habendi*, alii *capite*, Cæſarius etiam *habente* habeant. Recte ſe habens caput videtur hic extremum oſſis, cuius fragmentum prominet, firmum & idoneum ad ſuſtinendum vulſellæ illius vectem, ſignificare. Nec *acutæ - - cuſpidi* legendum eſſe verba Celſi p. 539. l. 30.-33. Vid. & Morg. *Epiſt.* V. p. 129. K.

p. 540. l. 3. *Sima*) *curva.* Cod. *Conſt.*

p. 540. l. 5. *Cinguntur*) *cingitur.* Conſt.

p. 540. l. 6. *Oportet ea*) *oportet eas.* Conſt.

p. 540. l. 9. *Prodeſtque ea*) *poteſtque ea.* Conſt.

p. 540. l. 19. *Excidat, aut cum iam*) *excidat. Ac cum.* Conſt.

p. 540. l. 20. *Diutiuſque*) *latiuſque.* Conſt.

p. 540. l. 21. *Sæpe enim integra cutis oſſe*) *ſæpe enim integra cute os.* Et quidam τὸ *enim* expungunt. *Conſt.*

p. 540. l. 23. *Quæ ſolvere*) *quam ſolvere*, ſupple *plagam.* Conſt.

p. 540. l. 30. *Neceſſe*) *habet* vacat. *Conſt.*

p. 540. l. 32. *Ubi ictus protinus*) *plagam* deeſt vel ſubauditur. *Conſt.*

p. 541. l. 3. *Leviſſimi*) *læviſſimi.* Conſt.

p. 541. l. 14. De verbo *conferbuerunt* legeſis Morgagnum *Epiſt.* III. p. 63. Locus autem hic mihi ſuſpectus eſt, quamvis & priores Editores eadem quæ Lindenius ſcripta habent, niſi quod omnes l. 15. pro *quia* legunt *quæ*, Ronſſeus in ora quoque *quod* notavit. Sed non de hoc præcipua mihi dubitatio exiſtit. Verba l. 17. *Si vetuſtas occupavit*, itemque verbum *dividenda* probare nequeo. Quodſi enim oſſa non conferbuerunt, diviſa ſunt; ergo non dividenda. Oſſa præterea diviſione a ſe invicem removentur, ergo tandum abeſt, ut concurrant, ut potius a ſeſe recedant; itaque ſi non concurrunt, ne aſperari quidem poſſunt. Pro *dividenda* fortaſſe ſcripſit, *dimovenda*; ſic enim oſſium fractorum capita inter ſe dimota concurrendo exaſperabuntur. Linea vero 16. 17. ita ſcribendum reor: *Poſſunt enim coire, niſi vetuſtas occupavit. Mem-*

Membrum &c. Perſpicuum enim eſt, oſſa fracta, quæ non conferbuerunt, coire non poſſe, ſi vetuſtas occupavit, h. e. ſi fractorum oſſium capita iam callo ſunt obducta. Neque, enim tanto inter dimoveri poſſunt motu, quo callus atteri, & oſſa concurrendo exaſperari posſint. K.

p. 541. l. 15. *Quæ ſæpe ſoluta, ſæpe mota ſunt*) *quod ſæpe mota, ſæpe ſoluta ſunt.* Conſt.

p. 541. l. 16. *Poſſunt enim coire*) *poſſunt enim diu quieſcendo coire.* Conſt.

p. 541. l. 20. *Ut ſi quid*) *& ut quid.* Conſt.

p. 541. l. 30. *Solent tamen interdum diverſa inter ſe oſſa cohærere.*) Vel *coaleſcere.* Cæſar.

p. 541. l. 31. *Oſſa cohærere*) *oſſa conſervere.* Cod. *Conſt.*

p. 541. l. 31. Prolixam Morgagni ad locum hunc diſſertationem vid. *Epiſt.* VI. p. 163. *ſeqq.* ſcripſerat Lindenius *adverſa* pro *diverſa;* ſed falſo. Adverſa enim oſſa ſi conſervent, membrum brevius non ſit; itaque aut cum plerisque Editoribus prioribus *diverſa*, aut cum codice *tranſverſa*, (quod etiam per *obliqua* aliquando exponi poteſt) aut *non adverſa* ſcribendum eſt. K.

p. 542. l. 1. *Dirigi*) *dirimi.* Conſt.

p. 542. l. 8. *Involutam lana regulam obiicit*) Vel *tegulam.* Cæſar.

p. 542. l. 11. *Oſſa coeperunt*, *oſſa cohæſerunt.* Conſt.

p. 542. l. 11. *Nonnunquam*) *F. non unquam.* Vide p. 13. *Caſaub.*

p. 542. l. 12. De verbo *conferbuerunt* vid. Morgagnus *Ep.* V. p. 111.

p. 542. l. 21. *Sinapi, quod cum ficu*) *ſinapi cum ficu.* Conſt.

p. 542. l. 26. CAP. XI. Et cætera tituli abſunt contextu continuato Cod. Medic.

p. 542. l. 28. Elegans obſervatio Morgagni *Epiſt.* V. p. 119. eſt, in textu Celſi verbum *luxare* indeque deducta nusquam legi; quamvis tot alii modi loquendi inveniantur: *de loco.* aut *ſedibus ſuis moveri*, *excidere*, *elabi*, *prolabi*, *loco ſuo non eſſe*, *expelli*, *propelli*, *procidere*, *delabi*, *incidere*, *recedere*, *promoveri*, *labi*, *prorumpere*, *prodire.* Ex quo manifeſtum eſt, capitum inſcriptiones a Celſo non eſſe.

p. 542. l. 31. *Inter ſe dehiſcunt.*) Hoc διάστασις vel διάστημα Hippocr. *Conſt*

p. 542. l. 32. *Ab humero*) A ſummo humero ἀπὸ τοῦ ἀκρωμίου. *Conſt.*

p. 542. l. 33. Pro *ab humero* legendum *ab ingulo* esse verosimillima est Morgagni observatio *Epist.* VII. p. 209. Hoc enim loco Celsus de ossibus immobilibus inter sese dehiscentibus verba facit. Ibidem Morgagnus laudat Lindenium, quod l. 12. pro *mollibus* posuit mobilibus. K.

p. 543. l. 1. *A saltu*) *saltu*, vel *e saltu*. Const.

p. 543. l. 1. *Talo*) *astragalo*. *Const.*

p. 543. l. 7. *In talis*) *in talo*. Const.

p. 543. l. 8. *Cancros*) γαγγραίνας, sic solet exponere. *Const.*

p. 543. l. 9. *Qui caput scapulis*) ὀπισθοτόνους. *Const.*

p. 543. l. 10-15. Locus hic paulo difficilior explicatu a Lindenio propterea mutatur, a me vero restitutus est. Tetigi eum in Schediasmate olim. Sed ibi proposita a me divinatio mihi ipsi iam improbatur. Locus ut a me nunc ex prioribus editionibus restitutus est, utcunque explicari potest. Nimirum symptomatum, (paulo ante dictorum) *vitandorum* caussa idem faciendum quod in simili affectu fieri debet, si os mobile læsum est. Verba autem: *ubi aliquid incidit* non ad symptomata referri debent; est enim hæc Celso familiaris formula loquendi, quando antea, (uti p. 542. l. 31. p. 542. l. 3.) de pluribus casibus morbi vel læsionis cuiusdam dixit. K.

p. 543. l. 9. *Ossibus mollibus*) Leg. *mollioribus* (nullum enim os molle, nisi comparate: talusque os est solidissimum durissimumque. Alii *molibus* legunt, ut de molis casu læsis) *læsis, ubi aliquid incidit, his loc. sunt, ut protinus dolor.* Const.

p. 543. l. 15. *Diducta ossa*) *diducta hæc ossa*. Const.

p. 543. l. 17. *Decoris eo loco sit, nihil usus admittitur*) *Decoris eo loco, sic nihil us.* Cod. Alii, *loco sit, nihilominus usus admittitur*. Quidam, *dedecoris usus amittitur*. Const.

p. 543. l. 19. *Et vertebra*) *& vertebræ*. Const.

p. 543. l. 25. *Et in exteriorem*) Concisa brevitas, qua & contraria intelliguntur (*posteriorem*, *& interiorem*, quin & *superiorem & inferiorem*) nisi malis hæc duo opposuisse exempli caussa, cætera omisse. *Const.*

p. 543. l. 32. *Alia vero si in singulis. Quæ simulatque*) Legend. *alia vero in singulis, quæ simulatque*. Const.

p. 544. l. 1. *Articuli non possunt*,) *articuli possunt*. Const.

p. 544. l. 2. *Caput enim nonnunquam*) *caput enim non unquam*. Const.

p. 544.

p. 544. l. 9. *Neque reposita*) *neque repositi*, scilicet prolapsi articuli i. ἄρθρα, ossium capita, quæ aliorum finibus conduntur. *Const.*

p. 544. l. 11. *Caro ea increscit,*) *caro in ea magis increscit.* Const.

p. 544. l. 15. Vid. Cochii animadversio de antiquitate codicis illius Medicei. l. c. p. 168.

p. 544. l. 22. *Tum conquiescat;*) Legend. *dum conquiescat, lacessendum non est.* Cod. *tum conquiescat. Cessandum enim est.* Const.

p. 545. l. 6. *Ex die quinto fovere aqua*) *ex* reponito in suam sedem sic: *ex aqua.* Const.

p. 545. l. 9. *Infrictionem*) *frictionem* Alii. Ego antiquam receptamque lectionem retineo. Est vero infrictio, valida vehemensque frictio, sic ut intus sentiatur. *Const.*

p. 545. l. 16. CAP. XII. & cætera Tituli omissa in Cod: Mediceo.

p. 545. l. 32. *Scorteo pulvino*) Pulvinum scorteum vocat Criticus προσκεφάλαιον σκύτινον ἢ δερμάτινον i. *coriaceum.* Const.

p. 545. l. 32. *Eoque caput*) *eiusque caput.* Const.

p. 546. l. 18. *Motu oris per nervos lædat*) *motu, oris nervos perlædat.* Const.

p. 546 l. 19. Lindenius sine causa *temporum* pro *per* posuit, Constantinus vero inusitatum verbum *perlædere* fixit; etiam sine causa. Etenim maxilla inter loquendum, pro vario oris motu per suorum identidem musculorum tendines agitata lædit articulos. Morg. *Epist.* V. p. 130.

p. 546. l. 20. CAP. XIII. & cætera Tituli absunt contextu continuato. Cod. Medic.

p. 547. l. 3. CAP. XIV. &c. absunt contextu continuato. Cod. Mediceus.

p. 547. l. 4. Claviculæ luxatæ curationem omisit. *Const.*

p. 547. l. 7. *Nisi ex medulla*) *nisi & medulla.* Const.

p. 547. l. 9. *Processus*) Lib. VII. cap. 29. *Const.*

p. 547. l. 10. *Per duos a lateribus processus*; hæc verba illustrat locum p. 502. l. 4. vid. Morgagnus *Epist.* V. p. 126.

p. 547. l. 12. *Si in utramque partem*) *sed in utramvis partem.* Const.

p. 547. l. 27. *Id intus*) *idque intus.* Alii, *eamque*, supple *vertebram.* Const.

1. p. 548. l. 1. *Quidem posse,*) Nempe excidere. Alii legunt, *quidem redire posse.* Const.

2. p. 548. l. 1. *Si propulsum*) *si quid propulsum.* Const.

p. 548. l. 5. Cap. XV. etc. Tituli absunt contextu continuato. Cod. Mediceus.

p. 548. l. 9. *Et victus*) In MS. *ei vinctus*. Alii *eiectus*. Const.

p. 548. l. 10. *Rursum*) *rursumque*. Const.

p. 548. l. 24. *Sub ala eius cogere*) *sub ala digitorum nodis versus latus os cogere* diceret Hippocrates. In antiquo libro manu exarato sic, *humerum genu sub ala eius cogere, simul & illo latum os* &c. Confirmatur hæc lectio cap. de femore 20. pag. 553. *Const.*

p. 548. l. 25. Locus hic in priscis vexatus, a Lindenio Constantini lectionem approbante editus, a me non mutatus est. Putat Constantinus, lectionem hanc confirmari C. 20. p. 555. l. 2. sed hic locus spectat c. 16 p. 551. l. 11. Itaque dubia quodammodo monet lectio hæc. Retinui tamen, quia locus sic satis perspicuus est, et quodammodo in modo ope spathulæ sede motum humerum reponendi l. 39. seqq. argumenti genus latet. K.

p. 548. l. 28. *Spathula*) *Spatha*. In antiquo *scala*. Hippocr. vocat ἄμβην. Vide Galen. 1. Comment. περὶ ἄρθρων. *Const.*

p. 549. l. 27. *Hominis sinistra*) *humeri sinistra*. Const.

p. 550. l. 2. *Caput eius*) Humeri in suam sedem compulsi. *Const.*

p. 550. l. 3. *Profectus*) *profecta*. Const.

p. 550. l. 6. *Id*) Caput ossis repositi. *Const.*

p. 550. l. 7. *Continetur*) Alii malunt ita legere, *continetur, qui adductus quoque ad latus, ad id fascia deligatur*. Const.

p. 550. l. 10. *Cap. XVI.* et cætera Tituli omissa contextu continuato. Cod. Mediceus.

p. 550. l. 17. *Trahitur*) *distrahitur*. Hoc διάστασις, sive διάστημα Hippocrati. *Const.*

p. 550. l. 18. *Quatuor partes*) Vide cap. 11. *Const.*

p. 550. l. 20. *Priorem*) *posteriorem*. Const.

p. 550. l. 21. *Posteriorem,*) *priorem*. Const.

p. 550. l. 31. *Longa testa*) *testa* i. ὄστρακον. Hic translate pro eo, quod Hippocrati κοτύλη, id est, sinus, qui τὸ ἄρθρον ossisque processum cavitate sua excipit. *Longa* vero *testa* dicitur, ad differentiam τῆς γλήνης, qui sinus ossis non altior, sed in superficie tantum depressus. *Const.*

p. 550. l. 32. *Partes extendere,*) *partes oportet extendere*. Const.

p. 551.

p. 551. l. 4. *Valent, aut offa huc illucve federunt.*) *Valent, aut offa huc illucve fe dederunt,* Cod. Alii, *ceciderunt.* Conft.

p. 388. l. 15. *Cubito*) *humero* potius. Vide cap. 10. in humeri fracti curatione. *Conft.*

p. 551. l. 18. *Tantum*) *tamen,* Codex. *Conft.*

p. 551. l. 20. *Diutius*) *et diutius.* Conft.

p. 551. l. 26. *Cap. XVII.* & cætera tituli omiffa continuo contextu. Cod. Medic.

p. 551. l. 28. *Quatuor partes*) Pag. 390. 2. *Conft.*

p. 552. l. 3. *Renitentem ex altera parte intendi manus, ex altera brachium*) *renitentem extendi manus altera parte, altera brachium.* Conft.

p. 552. l. 9. *Brachium in contrarium repellendum eft*) Quidam legunt, *ut & brachium, in contrarium repellenda eft.* Conft.

p. 552. l. 12. *Durum aliquid,*) *molle* tamen Hippocrat. *Conft.*

p. 552. l. 15. Cap. XVIII. De cætera Tituli omiffa contextu continuato. Cod. Medic.

p. 552. l. 29. Cap. XIX. & cætera tituli omiffa contextu tamen non continuato, ut in aliis, fed alio verfu initio facto. Cod. Medic.

p. 553. l. 3. 4. Maxime perfpicuus locus hic mire mutatus, absque ulla necesfitate eft. Sc. digitis Medici reftitui debent elapfi digiti. K.

p. 553. l. 6. *Cap.* XX. &c. Tituli omiffa contextu continuato. Cod. Mediceus.

p. 553. l. 10. *Siquidem etiam in hoc cafu*) Vide fupra cap. 10. *Conft.*

p. 553. l. 18. *Vaftius eft;*) Legendum ut in MS. *valgium eft.* Conft.

p. 553. l. 20. *Brevius rarumque fit, & intus inclinatur,*) *brevius varumque fit, & pes intus inclinatur.* Ubi *valgus* five *valgius,* qui & *vatius,* i. στρεβλὸς & βλαισσὸς opponitur ei, qui *varus,* i. ῥαιβός & ῥοικὸς Hippocr. Varo Compernem ita Lucilius oppofuit lib. XVII. Satyr.

Compernem aut Varam fuiffe Amphytryonis coniugem Alcmenam. Conft.

p. 553. l. 24. *Priore crus extenfum eft, implicarique non poteft, alteri cruri*) *priorem, crus plicari non poteft, extenfumque alteri cruri.* Conft.

p. 553. l. 31. *Pes eft. Sed &*) *pes etiam fedet, fed fi in pofteriorem, extendi ---- ubi confiftit.* Al. *infiftit.* Conft.

p. 554. l. 10. *Andreas Nileus,) Andreas, Nileus.* Conſt.

p. 554. l. 11. *Faber quoque quidam)* Hæc verba non habent Florentina, Princeps Veneta, Pinzi, Iuntae, Pariſina. Neque reperta ſunt in Codice Mediceo, ſed pro iis ſcripta: *Quid Quavi.* Earum vocularum loco verba illa: *faber quoque* quidam ab aliis librariis ſubſtituta eſſe, & ſal inſulſe quidem, opinatur Ant. Cochius in *Dell' Anatomia Diſcorſo* pag. 86. quamvis neſcius ſit, *Fabri* machinamentum τὸ τῦ ΤΕΚΤΟΝΟΣ καλȣμενον, ut ait Galenus, antiquis Chirurgis in uſu fuiſſe, cuius deſcriptio eaque ampla habetur apud Oribaſium ex Heliodoro. Tot enim claris Medicis obſcurum fabrum iungere minime decere. In eoque conſentientem habet Morgagnum *Epiſt.* VII. p. 188. An vero usque adeo dedeceat fabrum iungere Medicis, qui diu eius invento uſi ſunt, alii iudicent. Interim Cochius illa Celſi verba prope e Græcis videri translata Heraclidis Tarentini, quæ nobis ſervavit L. IV. de *artic.* p. 653. edit. Baſil. & adeo ſimilem de eadem re ſententiam prodere; in quibus multa inter antiquos clariſſimos Medicos obſcuri & ſine nomine fabri mentio facta eſt, ſed eius loco ἄλλοι δὲ τινὲς *aliique quidam* cæteris iunguntur.

p. 554. l. 20. *Si validius)* Videtur ignoraſſe σωλῆνος μηχανικȣ̃, id eſt, γλωσσοκόμȣ, ut nondum reperti uſum commodiſſimum. De quo Galen. IX. Meth. & II. Comm. de fract. Oribaſius libro de machinamentis. Celſus vero de canali, qui σωλῆν, cap. 10. *Conſt.*

p. 554. l. 30. *Et muſculos) ſed & muſculos.* Cod. *Conſt.*

p. 555. l. 1. *Extentis in priorem) extentis ſi in priorem,* Cod. *in brachii parte,* nempe humero. Vide cap. 15. *Conſt.*

p. 555. l. 6. *Complicari)* Al. *plicari.* Conſt.

p. 555. l. 11. *Contra inde coxam)* Sanam: ne dum pellitur os in ſuam ſedem, corpus cedat. Hoc nominatim præcipit Hippocr. in luxatione extrorſum facta. *Conſt.*

p. 555. l. 11. *Poſito) repoſito,* ut cap. ult. *Conſt.*

p. 555. l. 25. *Quoque caput) caput quoque.* Conſt.

p. 555. l. 28. Cap. XXI. &c. tituli omiſſa contextu continuato Cod. Medic. Atque usque ad finem libri ſimile prorſus factum.

p. 556. l. 1. *Cætera vero manibus ſimul, tum oſſa in diverſas partes compelluntur) cætera vero manibus ſimul iunctis, oſſa inde verſus partes compelluntur.* Conſt.

p. 556. l. 5. *In omnes) in quatuor.* Conſt.

p. 556. l. 9. *Talus)* Eſt in antiquo *caſus.* Conſt.

p. 556. l. 11. *Inſanus eſt, minusque is opus eſt:) ignavus minusque id opus eſt,* cui translate plaga maior opponitur: alioqui

alioqui legiſſem, *manibusque his opus eſt.* Soli enim ægri inſiſtere & ingredi nequeunt, & pro plaga *planta:* nam in antiquo unica eliſa litera adhuc legitur *plana*, resque in hoc caſu ita legi permittit. *Conſt.*

p. 556. l. 21. *Iunctura*) Pro *iunctura* repone *vinctura.* Conſt.

p. 556. l. 26. *Conduntur*) Pro *conduntur*, *reconduntur*, ut lin. 1. *Conſt.*

p. 556. l. 29. *In medio*) *a medio.* Conſt.

p. 557. l. 5. *Conditus*) *reconditus.* Conſt.

p. 557. l. 5. *Canaliculo*) σωληναρίῳ. *Conſt.*

p. 557. l. 15. *Ac ſi repoſita*) Al. *at ſi repoſita.* Conſt.

p. 557. l. 17. *In utroque*) Nempe femore & humero: aut repoſitis & non repoſitis oſſibus. *Conſt.*

p. 557. l. 29. *Debet ante*) *debet niſi ante.* Conſt.

p. 557. l. 30. *Cum iam vetus res*) *cum iam vetus luxatio.* Poſt 9. aut 11. dies. *Conſt.*

p. 558. l. 12. *Quæ ſola eſſe*) *quæ ſolum*, vel *ſolum quæ.* Conſt.

DAN. WILH. TRILLERI
OBSERVATIONES CRITICAE
AD
CORNELIUM CELSUM.

IN
PRAEFATIONEM.

Pag. 1. *Ut alimenta ſanis Corporibus* &c.) Vid. huc doctam & lectu dignam Exercitationem in hunc ipſum Celſi locum, Iac. Palmerii, in Miſcellan. Obſervat. Crit. Vol. X. Tom. III. pag. 336. *ſqq.*

p. 2. *Bonos mores vitiarunt.*) *Bonos mores Icti vocant, quando quie a pene et gula abſtinet*, recte inquit Scaliger, in Scaligeran. p. 273. atque hoc ipſo ſenſu ſæpius ſumunt Seneca, L. VII. Nat. Quæſt. c. 31. Epiſt. 97. & alibi, Columella, VIII, 16. Lactant. Lib. III. Iuſt. Liv. c. 15. Cic. Salluſt. & alii plures. De verbo emphatico *Vitiare*, vid. Drekenborch. ad Liv. III, 15.

ibid.

ibid. *Corpora afflixerunt.*) Huc appofite Florus, III, 12. *oper atque divitiæ afflixere ſæculi mover:* ubi vid. Interpretes apud Græyium, & inprimis Arnold. in Comment. ad Catonis Diras, p. 282.

p. 3. *Vir & arte & facundia inſignis.*) Ita ſæpius Græci: Polybius Lib. XV. in Excerpt. Valeſ. p. 65. ἀνὴρ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανὸς, ἀνὴρ δεινὸς λέγειν καὶ πράττειν, Procopius & Nicephorus. ἀνὴρ ἱκανὸς καὶ πρᾶξαι καὶ εἰπεῖν, Dio Chryſoſt. Orat. 48. p. 531. & ſic Herodianus, Xenophon & alii. Notum quoque illud Act. Apoſt VII, 22. ἀνὴρ δυνατὸς ἔργῳ καὶ λόγῳ, ubi vid. Io. Clerici Additament. ad Hammond. p. 333. Morum, in N. T. p. 111. aliosque Interpp. apud Wolfium.

ibid. *Agitare Conati*) Eleganter pro *Cogitare*, unde & ſæpius inter ſe confunduntur, vid. Drakenborch. ad Liv. XXV, 36. XXXI, 46. & XLIV, 18. & Cort. ad Salluſt. Catilin XX, 5. Celſus vero hoc ipſo verbo ſæpius delectatur, ut ex ſequentibus patet.

p. 4. *Increvit*) Malebat hic Scaliger, *Increbuit*; acute quidem; ſed tamen non neceſſario: magis enim emphaticum illud eſt *Increvit*, quam hoc *Increbuit*, ut cuivis notum.

ibid. *Non ſatis potentem*,) Forte leg. *patentem*, quas quippe voces ſæpius in Vett. Codd. inter ſe confundi ſolere, nemo Criticorum fere ignorat. Nolim tamen quidquam mutare, quia & illud bonum ſatis ſenſum efficit.

p. 4. *Continentium Cauſſarum*) Hoc eſt συνεκτικῶν, non vero συνεχῶν, ut hic Conſtantinus interpretatus fuerat, quem inde hic reprehendit Scaliger in Scaligeran. I. p. 141.

ibid. *Unde hi ſint*) Forſan pro *Hi*, rectius legeretur *Geniti ſint*; ſed nihil definio.

p. 5. *Aditum fieri poſſe*) Ἀρχὴν λαβεῖν, eodem ſenſu dixit Hippocrates Lib. de decent. Ornatu. de quo obſcuro & mendoſo quoque loco, nos alibi.

ibid. *Initio occurſurum*) Illud quidem *initio*, mihi hic nonnihil otioſum videtur, quare ſcripſerim, ſi liceat, potius *Vitio*, vel *perniciei*, vel denique *citius*.

p. 6. *Digeruntur*,) Malebam aliquando, *diriguntur*, quoniam hæc duo verba in Vett. Litt. ſæpiſſime inter ſe confundi ſolere, pridem notatum eſt a Voſſio, ſola & aliis. Sed obſtat hic potiſſimum Seneca, qui Lib. I. Controverſ. p. 55. eodem plane modo loquutus: *Nec patiebatur alimenta per ſomnum quietemque æqualiter digeri.* Quomodo & Plinius, Cicero, Quintilianus & alii ſæpius loquuntur. vid. Scaligeran. I, 74.

ibid.

ibid. *Acceduntque*) Ad hi Asclipiadis æmuli non accedunt reliquis autoribus modo laudatis; sed in contrarium potius ab illis, sententiam discedunt, ut mox manifesto patet. Quare parum abest, quin legam: *Occinuntque*, vel *Absceduntque*; senu nunc perspicuo & huic loco maxime convenienti.

ibid. *Perceperit,*) *præceperit* potius legendum esse, ipse huius loci sensus exigit & ita recte etiam dudum iam emendavit Scaliger. Inprimis quum nihil fere frequentius sit in antiquis Libris, ista quidem permutatione inter *percipere* & *præcipere*, ceu ubicis notissimum.

p. 7. *Confractum*) Mire hic variant Editt. Vett. Notante ill. Morgagno, qui tamen merito præfert *Contactum*, h. e. κοινωνίαν, ut hic habet Galenus, de Ord. Libror. suor. ad Eugenian. Tom. I. p. 50. ubi de eadem re loquitur: Et sic vox *Contactus* eleganter sumitur Tacito Lib. I. & II. Histor. Ciceroni, Senecæ & aliis, ceu notum. B. vero Schulzius, in Diss. erudita de ossibus confervent. legere malebat, *Confrutum*, ingeniosa magis opinor, quam probabili, coniectura, quam tamen ibi multis defendere allaborat, ubi de hoc ipso loco controverso uberius tractat.

ibid. *Dolor intus incidit*) Malim *insidit*, commodiore huic loco, verbo: præsertim quam sæpius infra, eadem confusio observatur inter *incidit*, & *insidit*, ut passim notabimus.

p. 9. *Graviores factor.*) Forte *praviores*, h. e. κακοχυμένους, ut Hipp. Galen. & alii loqui amant. Sic tamen dixit Cæl. Aurelian. Lib. II. de Morb. acut. c. 32. p. 149. *post acceptum cibum, gravari*, & alibi sæpe, item Plin. Seneca, Apuleius & alii plures. Quemadmodum & Græci ipsi dicunt ὑπὸ σιτίων βαρύνεσθαι, *Cibis gravari*, ut Hippocr. de Vet. Med. & alibi, Plato, Aristoteles, Aelianus, & plures alii, præsertim Basil. M. Greg. Naz. & Chrysost. Ideo nihil forte hic mutandum.

ibid. *Diligentes,*) Forte & legendum, *diligenter;* sed hoc leve, & in transitu.

p. 10. *Itaque ingenium*) Scriptum forte olim fuerit: *Ita quidem*, consueto more.

p 11. *Ipsa trucidatione*) Videtur Pleonasmus: præcessit enim modo: *gravissimis vulneribus*. Quare forsan legendum, *scrutatione*, vel *perscrutatione*, dum nempe spirantia adhuc & viventia extra anxie perscrutantur crudeles illi & latrocinantes Medici, de quibus mox agitur.

ibid. *Ne uterum quidem &c.*) Hæc & seqq. per quam obscura sunt & sensu commodo carent. Meliorem ergo & evidentio-

dentiorem lectionem e Cod. MSS. Vet. Medic. hic protulit & Cocchius, in Append. ad Orat. de Anatome, de qua vid. Act. Erud. de A. 1747. p. 32. Illa vero hæc eſt: *Nam ne uterum quidem, quo minus ad rem pertineat, ſpirante homine poſſe diduci.* Quæ ſane egregia eſt.

ibid. *Latrocinantis Medici*) *Lancinantis* potius, hic e MS. Florent. vetuſto, legebat Io. Rhodius, approbante Iac. Phil. Tomaſino, Lib. de Donar. Cap. 4. pag. 45. quæ lectio ſane ſpernenda non videtur, præſertim quum iſta voce ita ſæpius utantur Seneca, Lib. III. de Ira, cap. 20. & 40. de Brevit. Vit. c. 13. I. Nat. Quæſt. cap. 6. & in Epiſt. 32. prudentius peri Stephan. Tertullian. & Arnob. Lib. II. ubi plura vid. apud Elmenhorſt. pag. 107. item Barth. Adverſ. pag. 80. & p. 1725. & Bartholin. Epiſt. med. 82. Cent. I. p. 351. Pontan. etiam ad Macrob. Somn. Scip. p. 617. & Cangium denique in Gloſſar. Latin. voc. *Lancinare* & *dilancinare*, ut alia iam taceam argumenta.

p. 12. *Contentionis diſputationes*) de his vid. Io. Rhodii Lexicon. Scribon. p. 366.

p. 13. *Ars coniecturalis*) τέχνη ςοχαςικὴ, pariter Græcis, ita Nemeſius, de Nat. Hom. c. 34. p. 253. inter τὰς τέχνας ςοχαςικὰς, refert quoque τὴν ἰατρικὴν, item Sext. Empir. p. 232. ipſe Plato, Max. Tyr. Iſidorus peluſ. Epiſt. 125. Lib. IV. p. 61. ubi vid. Rittershuſ ut & Meibomius in Iusiurand. Hippocratis, pag. 200. Quin & ipſe Cicero, Epiſt. ad Fratr. Medicinam noſtram inter Artes refert, *quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles.* Sapientisſime profecto & verisſime.

p. 15. *Idem alias*) *Iidem*, legit hic Heuſinger. Lib. II. Emendat. c. 3. p. 189. forte non male.

p. 14. *Excogitare, detracta tali Verecundia*) Scribendum videtur *Excogitari*, & illud pro mendo typographico habuiſſem, niſi complures Edit. exhiberent: Mox etiam mallem, *fatali*, vel *ferali verecundia.* Illud enim vulgatum *tali*, mihi admodum hic languere videtur. Sed iudicent Eruditi.

p. 15. *Unum, adſtrictum, alterum fluens*) Hæc ſibi contraria Græci pariter vocant ςέγνωσιν καὶ ῥύσιν, *adſtrictionem & fluxum:* de quibus multa Galenus, Lib. de Sectis, c. 6. p. 291. T. II. & inprimis de opt. Sect. capp. 15. 16. ſqq. pag. 362. item Iſagog. cap. 2. add. Iſidor. Peluſ. Lib. IV. Epiſt. 25. & Sextum Empir. ibique Fabric. pag. 63. ut alia iam mittam, utpote notiora.

p. 17. *Communia intuentem*) Ita & Methodicos dixisse κοινότητα καὶ διήκειν, observat. Sext. Empir. pag. 64. ubi hunc ipsum Celsi locum scite in Notis illustrat summus Fabricius, modo laudatus.

p. 18. *Frigidam aquam ingessit.*) Hunc ipsum Celsi locum, cum aliis, docte illustrat Cl. Markland, Epist. Crit. ad Francisc. Hare, p. 69. sqq. Ceterum vero similem simplicem & pariter felicem curationem enarrat Willisus, Tract. de Febribus, cap. 8. pag. 110.

p. 19. *Facilius hieme, quam aestate*) Aut Celsi, hic est error, aut scribentis: Ipse enim Hippocrates, Aph. 15. Sect. I. ex quo hic locus ipse desumtus, contrarium potius docet, cum ipsa experientia. Quin & ipse noster infra Lib. I. cap. 3. p. 33. rectius in contrarium, asseruit: *Hieme plus esse convenit:* Conf. Plin. L. XI, c. 53. Theophrast. Lib. de Igne, pag. 425. Galen. Aeginet. & Plutarch. plures alios, res enim nota. Quare hic inverso ordine, legendum videtur, *facilius aestate, quam hieme:* vel, quod ego quidem malim, *Haud facilius Hieme quam aestate*, aut denique *difficilius Hieme, quam aestate.* Certe unum eligendum.

p. 20. *Positum et ordinem*) Ita et infra cap. 1. Lib. VIII. *posituram* vero eodem sensu dixerat supra, p. 7. quemadmodum *nervorum articulorumque positionem*, Seneca, Controvers. 34. Lib. V. pag. 152. Conf. Arnold. ad Catonis divas, p. 241. Eundem vero in modum dicunt etiam Græci θέσιν καὶ τάξιν, ut Galenus de Administ. Anat. passim, Dio Chrysost. Orat. 33. p. 395. philo Iud. de Spec. Legg. p. 613. Io. Chrysost. Tom. I. in Vet. Test. p. 141. quorum loco, eodem sensu, Democritus in Epist. ad Hipp. p. 917. Tom. II. opp. dixit φύσιν καὶ θέσιν. Sed hæc sufficiant.

AD
LIBRUM PRIMUM.

Cap. I. pag. 20. *Sanus homo* &c. *usque ad adolescentiam alit.*) In elegantem hunc locum elegantem quoque Orationem habuit Ern. Gotthold Struve, editam Kilonii, 1737. et dudum, ante ipsum, Casp. Hofmannus, Orat. II. ipsius praxi med. adiectam. Conf. et alterum nostrum Frid. Hoffmann. Opp. med. Tom. I. p. 240.

p. 21. *Frequens Concubitus solvit*) Consuetum hoc verbum emphaticum de nimio Veneris exercitio: Inde impium illud Ovidii votum: *Solvar et inter opus.* Sed nolo plura de re

nota:

nota: vid. interim Elmenhorſt. ad Arnob. Lib. III. p. 112. et ad Apuleii Lib. II. p. 161. ut et ibidem Pricæ. pag. 103. Sic et Græci pariter λύεσθαι, ἀναλύεσθαι, et ἐκλύεσθαι, vid. Plutarch. apud Stob. pag. 544. Ariſtot. in problem. 22. Sect. IV. Lucian. Epiſt. Saturn. pag. 966. et alios plures: Inde et apud Poetas ἀφροδίτη λυσιμελὴς, *a membris reſolvendis*, quaſi dixeris *Venus membriſolva*, ſi liceat ὀνοματοποιεῖν.

ibid. *Valetudinis adverſa præſidia*) τῶν παθῶν φυλακὴν, eodem modo dixit Theodoretus, et Ariſtides, Orat. Platon. II. p. 288. Tom. II.

Cap. II. p. 22. *Exercitatio antecedere cibum debet*) Et hæc ſalutaris ſententia depromta eſt, ut innumeræ fere aliæ, ex Hippocrate, L. VI. Epidem. Sect. IV. p. 809. Sic enim ibi: πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, *Labores cibos præcedent*: quæ ita expresſit Clemens Alex. Lib. III. Pædagog. cap. 10. p. 178. πόνους σιτίων ἡγεῖσθαι ἄριστον, *Labores cibos præcedere optimum*: Galenus quoque hanc ipſam ſententiam ſæpius laudat, ut Lib. II. ſalubr. et Tom. VI. Conf. Xenophon. Cyropæd. Lib. VIII. p. 182. Plutarch. præcept. ſanitat. imo ipſum Homeri Il. XI, 86. ſqq. vid. et Spondan. ad Homer. Odyſſ. XVII. p. 249. Mirum vero, ipſos Celſi noſtri Editores et interpretes, quos equidem vidi, ipſum ſacrum Hippocrat. fontem, unde hanc ſuam gnomen hauſerat Celſus, non indicaſſe. Sed deſino mirari, quoniam centies et amplius, hoc in negotio neceſſario, iuſto negligentius verſatos fuiſſe, paſſim animadverti, de quo infra.

Cap. II. p. 23. *Qui aſſuetus eſt*,) Non incommode hic etiam legi poſſet, *Qui aſſiduus eſt*, ſcil. in labore, quod ex antecedentibus eſt intelligendum: Nihil tamen temere mutare volumus.

ibid. *Clara lectio*) De hoc ſalutari claræ lectionis vocisque exercitio, vid. ſi placet, quæ olim diximus in Not. ad Celſi noſtri Lib. IV. cap. 6. in Append. ad Libellum noſtrum, de pleuritide, p. 139. quibus nunc add. Cic. Ep. 18. ad Famil. Lib. XVI. Senec. Epiſt. LV. et Plat. apud Stob. Serm. 99. pag. 549. ut alios plures iam ſtudio prætercam, laudatos iam a Mercurial. L. VI. de Arte Gymnaſt. c. 6. p. 359. ſqq. ubi data opera, de hoc ipſo lectionis exercitio accurate et copioſe tractat.

p. 24. *Inani corpore*) *Inani ventre* dixit pariter Horat. Sat. 6. L. I. *Ventris inanitas*, apud Plautum. ἄσιτον σῶμα et κενὴ κοιλία, apud Hippocrat. vid. Linden. Select. Med. p. 504.

ibid.

ibid. *Futura inedia est*) Forſan legendum, *profutura eſt*, niſi fallor.

Cap. III. p. 25. *Laboris neceſſitas*) δι' ἀνάγκας καρτερίη πόνων, dixit Hippocrates Lib. de Humor. p. 321. T. I. unde Celſus deſumſit, ut ſemper et ubique ſolet, nunc bene, nunc male, ut paſſim monebimus.

ibid. *Os amarum eſt, vel oculi caligant.*) Apud ipſum Hipp. Lib. de Victu acut. p. 280. T. II. Unde hoc iterum petitum, legitur hodie: τὸ ςόμα πικραίνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, *Os amareſcit & Oculi cavi fiunt.* Aut igitur Celſus olim in ſuo Hipp. exemplari aliter legit, nempe pro κοιλαίνονται, *Cavantur*, κελαινῶνται, vel μελαίνονται, aut σκοτοῦνται, *nigreſcunt, obſcurantur* & *caliginoſi fiunt*: aut quod mihi veriſimilius, quia bene hic novi Celſum, non intellexit ipſum Hippocratem, aut certe male intellexit. Aliud enim ſunt ὀφθαλμοὶ κοιλαινόμενοι, et aliud rurſus, ὀφθαλμοὶ μελαινόμενοι, aut ἐπισκοτούμενοι, ceu notum. Niſi forte in ipſo Celſo legendum fuerit, *Oculi cavi fiunt, cavi ſunt*, aut *cavantur:* quod tamen mihi vix probabile videtur. Igitur fateamur potius, Celſum ſolennia peccaſſe, et Hippocratem feſtinanter nimio inſpexiſſe, indeque perperam vertiſſe: uti nempe centies fecit. Intra enim L. II. c. 6. p. 54. ὀφθαλμοὺς κοίλους, ex Hipp. ipſo recte vertit *oculos concavos.*

Cap. III. p. 26. *Quotidianum Cubile tutiſſimum eſt; inſolitum contra laſſat.*) Vid. huius Conſuetudinis exemplum in ipſo Vlyſſe, apud Homer. Odyſſ. XIX, 337. ſq.

ibid. *Quod contra Conſuetudinem eſt* &c.) In eundem fere ſenſum Auguſtinus: *Conſuetudinis mutatio quantum utilitate adiuvat, tantum novitate perturbat.* Omitto ſimilia plura, apud Theophraſtum, Andronic. Rhod. Plat. Cic. Senec. aliosque plures, in hanc ſententiam pasſim obvia. Conf. interim Gataker. in Adverſ. poſtum. c. 40. p. 839. ſqq. et ad Marc. Antonin Lib. X. p. 303. ſq.

ibid. p. 28. *Somnus non multum nimis longus.*) Hic valde equidem deſidero conſuetam terſam puramque Celſi Latinitatem. Inde et longe meliorem huius loci lectionem e veteribus Editt. annotarunt ill. Morgagnus, & poſt eum, Heuſinger, in Emendat. p. 189. Sed forte totus hic locus ita conſtituendus: *Somnus plenus & non tumultuoſus, minus longus:* Vel &, quod magis placet, *non tumultuoſus ſomniis longus.* Ipſe Noſter infra in hunc ſenſum dixit, Lib. VIII, c. 4. p. 518. *Somni per ſomnia tumultuoſi ſunt*, & Plinius, Lib. XXVI, c. 8. pariter *ſomnia tumultuoſa*: & ſic ipſe No-

ſter infra II, 12. p. 48. quemadmodum ipſe Hippocrates ſæpius eodem ſenſu, τὰ θορυβώδη ἐνύπνια, item τεταραγμένα, & ταραχώδη, id eſt, *turbulenta inſomnia*, ut legitur apud Petron. cap. 100 aut *furiales ſomni*, apud Plin L. XIV, cap. 22. quod & apud Ariſtotel. Plutarch. Artemidor. Philon. Iud. Syneſium, aliosque frequentiſſime legitur. Quale θορυβῶδες ἐνύπνιον & illud vel maxime erat Pilati, Matth. XXVII, 19. πολλὰ ἔπαθον κατ' ὄναρ, ubi videndi interpretes, & præſertim Io. Chryſoſtomus.

p. 29. *Vomitus utilior hyeme*,) Sed contrarium eſt apud ipſum Hipp. Aph. 4. Sect. IV. ubi æſtate vomitus præcipit, & purgationes hyeme; igitur & hic ſuum ducem iterum male deſeruit Celſus; cuius tamen aphoriſmum ante oculos habebat, quam hæc ipſa latine verteret, aut rectius, inverteret.

ibid. *Inutilis eſt gracilibus*,) Et hic rurſus contra Hippocratis ſententiam, aliud nobis exhibuit Celſus: Ille enim contra, rectius dixerat Aph. 6. Sect. IV. τὺς ἰσχνὺς καὶ εὐημέαν, ἄνωφαρμακεύειν, *Graciles & facile vomentes ſurſum purgare decet.* Igitur hic ſummam ipſius Hippocratis auctoritatem rectius prudentiusque huic ipſi interpretationi Celſianæ male fidæ prætulit præſtantisſimus Ballonius, Lib. de Virgin. & Mulier. Morb. p. 78. Tom. III. Opp. ubi plura de hac ipſa controverſia.

p. 31. *Humidant corpus*) Inter barbara aut certe dubia verba, refert hoc verbum *Humidare* Morgagn. & Heuſinger. Attamen Apuleius Metamorph. VIII. p. 205. dixit, *lacrymis emanantibus decoras genas cohumidat:* ubi videndus Elmenhorſtius, p. 254. qui ibi lectionis quidem diverſitatem annotavit: Sed *Cohumidat* tamen etiam ex ſuo vetuſtisſimo Cod. exhibuit Pricæus. Sed & Gloſſæ veteres a Stephano collectæ & Laurenbergii Antiquario adiectæ p. 516. habent: *Humido*, διαβρέχω, *irrigo*, ad quas etiam provocat Cangius in Gloſſar. ubi tamen forſan memoriæ lapſu, ſcripſit, hoc verbum ipſi Plinio notum eſſe, imo Celſo, potius, dicere voluiſſe videtur. Igitur ego hoc verbum *Humidare*, haud prorſus reiecerim, aut ad barbariem inclementer nimis relegaverim, quoniam ſcilicet nec omni auctoritate caret, nec ipſa inprimis analogia, quam diligenter hic oſtendit Reineſius, in Var. Lect. p. 196. & p. 675.

p. 32. *Creta figularis*) Scaliger hic legebat, *Creta figuralis*, ingenioſa magis coniectura, quam vera, aut neceſſaria: Nihil enim adhunc Celſi locum, iſta *figuralis mancipiorum*

creta.

creta. Simplex potius lutum illud album figulorum, sive argillam, aut cretam figularem, vim adstringendi & refrigerandi habere, testantur omnes Medici Veteres & recentiores. Sic *figularem cretam* pariter commendat Columella, VI, 17. & Plinius Lib. XXXI, c. 3. & alibi: item *figulinam cretam*, Varro, Lib. V, c. 9. de R. R. *Lutum figulorum* vocat Theodorus Priscian. Lib. I, cap. 14. Neque profecto aliter Hippocrates ipse, qui frequentissime, ubi opus, adhibendam suadet τὴν γῆν κεραμικὴν ψυχρὴν, *terram figularem frigidam*; ut Lib. de Intern. Affect. p. 206. & passim alibi, item γῆν κεραμίτιδα, Lib. I. & III. de Morb. et aliis locis, Conf. Foes. Oecon. Hipp. pag. 84. item Act. L. II, c. 3. p. 26. ut et Galen. Aeginetam, Alex. Trall. et alios. γῆν λευκὴν κεραμικὴν pariter habet Aristides, Tom. I. pag. 323. et Athenaeus, adeo, ut de vera Celsi lectione a Scaligero frustra tentata, amplius non sit dubitandum. Ceterum de re ipsa vid. Cael. Aurel. II, 37. de Morb. Acut. p. 162. et passim in sequentibus.

Cap. 6. pag. 37. *Vinum salsum*) Graeci οἶνος Θαλασσίτης, aut θαλασσίας, item θαλάσσιος, et τεθαλασσωμένος, cuius frequens mentio apud Vett. Athen. Plut. phot. Aeginet. Galen. Script. Geopon. et alios, item Columell. Plin. Theodor. Priscian. Lib. de Reb. med. et de diaeta, aliosque multos, imo rursus apud ipsum Celsum, infra, III, 6. et in seqq. Quo et inprimis pertinet illud Coelii Aurel. Lib. II. de Morb. acut. c. 39. p. 176. *Vinum salsum, quod appellavit* τεθαλασσωμένον. De quo plura vid. in Scaligeri Not. ad Propert. Lib. IV. pag. 282. & in Scaligeran. I. pag. 148. item Linden. Select. Med. p. 290. add. inprimis Stuckium, ut et Baccium, Turnebum, Sachsium, aliosque, qui de Vinis data opera, scripserunt. Res enim nimium nota.

ibid. *Ad consuetudinem redire*,) πρὸς τὸ ἔθος, aut ἐπιτήδευμα, ἀναβῆναι, sic pariter Graeci dicunt, ut Plato, Plutarchus, Theophrastus et alii plures, imo ipse noster Hippocrates.

Cap. 7. p. 37. κόλον *nominant*,) Rectius hic κόλον scripsisse, pro vulgato κῶλον, Almeloveenium, operose hic docet Heusinger, in Emendat. p. 191. nempe nimis sero, post ipsum Salmas. Lib. de Ann. Climact. p. 372. Lindan. in Physiol. Mercurial. Riolan. & alios, quos dudum iam hanc in rem ipsam produximus, in Comment. in Hipp. Lib. de Anat. pag. 27.

Cap. 8. pag. 38. *Per tenuem fistulam*,) ἐκ βομβυλίου μὴ εὐρυστόμου, aut στενοστόμου, ut apud Hipp. est Lib. III. de Morb. pag. 113. uti nobis ibi legendum videtur: De quo parco & moderato

derato bibendi more, vid. Basil. M. Homil. XIV. in ebrietat. & luxum, pag. 426. Tom. I. præsertim vero Casaub. ad Athen. p. 456. sq. & p. 810. Bulenger. de Conviv. L. IV, c. 17. p. 386 Salmas. Exercit. Plin. p. 274. Cang. in Gloss. Lat. v. *Fistula*, & alios: Prodiit quoque de hac ipsa re singularis dissertatio, Helmstadii, nisi fallor, ubi et præsertim de sacro ritu docte tractatur.

ibid. *Magnam potionem*) Imo leg. *portionem:* nempe magna Vini portio erat bibenda, sed sensim et parce, per siphonem, seu tenuem fistulam, non pleno et aperto ore; igitur *potio* vix hic locum habere potest commodum. Accedit vel maxime, perpetuam fere confusionem inter *potionem* et *portionem* una tantum litera differentes voces, observavi passim apud ipsum Celsum nostrum, vid. manifestum iterum exemplum infra V, 27, 7. p. 312. et alibi, Plinium et alios, præsertim vero, apud Cælium Aurelianum: de qua vid. Guther. Lib. I. de Iure Man. c. 26. p. 157. Turneb. et Salmas.

AD
LIBRUM SECUNDUM.

Cap. I. pag. 43. *Corpus habilissimum quadratum*) Ita Hippocrates II. Prædict. p. 497. στῆθος ἐπαινεῖν χρὴ τετραγώνον, *pectus quadratus laudare decet*, quem locum ipse Noster infra producit, c. 8. p. 67. Sed non satis accurate latine conversum: Hesych. Στραβάλοι, ὁ στρογγυλίας, καὶ τετράγωνος ἄνθρωπος, idem fere apud suidam. Notum est illud Suetonii de Flav. Vespasiano, cap. 20. quod præsertim huc facit: *Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris*, ubi plura de hac statura quadrata seu τετραγώνῳ diximus in nostro Comment. dudum ad prelum parato. Vid. interim Cuper. Obs. Var. I, 11. p. 79. Gruter. Thesaur. Crit. Tom. II. pag. 520. Lindan. Select. med. p. 680. et Erasmi Adag. 35. Chil. IV. Cent. VIII. p. 1060. ut alios plures iam taceam, alibi a me laudatos.

p. 44. *Quidquid sudore hominem resolvit*) Hic vero Noster iterum Hippocratis mentem minime assequutus, τὰ ἵδρωα, seu *pustulas æstivas ex nimio sudore natas*, Aphor. 21. Sect. III. vage, et frigide vertebat, per *quidquid sudore hominem resolvit*, recte quoque sic iudicantibus Mercuriali, Lib. de decorat. c. 22. et Var. Lect. L. VI, cap. 22. p. 131. item Dieterico, Iatr. Hipp. pag. 547. Foesio aliisque. Longe rectius et accuratius igitur τὰ ἵδρωα, seu ἱδρῶα, Latine

Latine reddidit Plinius L. XXIII, c. 4. per *papulas ſudorum*; quemadmodum Pollux græce illas vocat ἐξανθήματα θερινὰ, item Theophraſtus, Lib. de Sudoribus, ubi plura, quæ huc ſpectant. Conf. Stephani Dict. med. p. 583.

ibid. ϛραγγυρίαν quam) Illud *quam* delendum censet Heuſinger, Obſ. p. 192. quaſi etiam non ita ſcribere potuerit Celſus; quum utrumque conſuetum valde et obvium ſit. Sunt minutiæ ſteriles.

ibid *Exerceant*,) *Exercent* potius, et rectius, mea quidem opinione, legit hic Cl. Markland. Epiſt. Crit. ad Hare, pag. 116. ubi plura de ſingulari huius verbi *exercere*, emphaſi et pondere.

p. 45. *Ver pluvias exhibet*) Diſplicet hoc verbum hic Scaligero; ſed neſcio quare; quum paullo poſt iterum legatur, *æſtatem exhibet.*

ibid. *Neceſſe eſt multum ſudorem in febribus ſubſequi.*) At id non dixerat Hipp Aph. 6. Sect. III. quem tamen locum hic exprimere voluit Celſus, ſic enim ille: ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προςδέχεσθαι χρὴ, h. e. *Sudores in febribus multos expectare oportet:* Sed quidquid expectatur, aut timetur, non neceſſario ſemper ſequitur; ſed adhuc in dubio & incerto eſt. Quæ hic iterum negligentiæ recte Celſum accuſat Mercurialis, & Dtetericus, Iatr. Hipp. p. 1072. Forſan autem pro προσδέχεσθαι Celſus feſtinanter legerit, προσέπεσθαι, vel προστύχεσθαι, aut προσέχεσθαι, aut ſimile quid.

p. 46. *Durioribas inſtare poſſunt aridæ lippitudines.*) Hic iterum more ſuo, longius a Magiſtro ſuo diſceſſit Noſter. Ipſe enim Hippocrates Aph. 14. Sect. III. unde hæc tranſumta, habet tantum: τοῖσι δὲ λοιποίσιν ὀφθαλμίαι, κ. τ. λ. Unde ergo illud ſuum *durioribus*, deſumſit Celſus, quum nihil tale apud Hippocratem ipſum? Forſan ergo ibi legerit pro λοιποῖσιν, ἀλίπεσιν, vel λεπτοῖσιν, aut σκληροῖσιν, aut λεποσάρκοισιν, h. e. *duris, macris & pinguedine & carne carentibus.* Sed et illud ipſum λοιποῖσι apud Hipp. vage et obſcure nonnihil videtur dictum: qui enim quæſo ſint iſti λοιποὶ? Quare ipſe Hippocrates Lib. de Aer. Aq. et Loc. p. 344. ubi hic ipſe Aphoriſmus iterum occurrit, diſtinctius et accuratius χολώδεσι, *bilioſis*, habet pro λοιποῖσι. Quod proinde et in hoc ipſo Aph. reſtituendum videtur; niſi forte omiſſum fuerit a properantibus ſcribis, quum ipſe Hipp. ſcripſiſſet τοῖσι δὲ λοιποῖσι χολώδεσι; vel et pro λοιποῖσι, ὑποχόλοισι, aut ἐπιχόλοισι; quod nempe idem eſt, ac χολώδεσι, ceu notum et apud ipſum Hipp. alibi occurrit, teſte in oecon. Foeſio.

Quidquid tamen horum ſit; hoc interim certum eſt, Celſum noſtrum rurſus Hippocratem haud bene cepiſſe, atque inde male convertiſſe; quum illud *durioribus* ex ſuo ingenio, ipſi dure et audacter obtruderet.

ibid p. 46. *Circa umbilicum inflammationes*) Mallet hic Heuſinger p. 193. legere *inflationes*, quæ quippe voces ſæpius confunduntur apud ipſum Celſum Cæl. Aurel Theodor. Priſcian. et alios, quod et in Scribonio Largo obſervavit Rhodius, pag. 187. et pag. 271. Sed neſcivit hic Vir iſte bonus, apud ipſum Hipp. Aph. 24. Sect. III. unde Celſus ſumſit, legi manifeſto: ὀμφαλȣ̃ φλεγμοναὶ, unde nihil prorſus hic mutandum. Quamvis interim non negandum, et ὀμφαλȣ̃ ἐμπνευμάτωσιν, occurrere apud Veteres medicos, Galen. Aeginet. Aet. et alios. Sed hæc ipſa umbilici inflatio frequentius accidit adultis tantum et ſenioribus, ut foeminis gravidis, aut difficile puerperium perpeſſis, item hydropicis, tympaniticis, et omphalocele, aut exomphalo affectis, ut notum; rariſſime vero teneris infantibus contingit, tanto frequentius autem umbilici inflammatio, ut præter quotidianam experientiam, multis docet Mercurialis, Lib. de Morbis pueror. 7. p. 127. ſqq. ne iam ad alios provocem, quia tædet notisſima operoſe docere.

ibid. *Gingivarum exulcerationes*) At hic in Hipp. ipſo, Aph. 25. Sect. III legitur ȣ̈λων ὀδαξισμοὶ, ſenſu plane alio. Ὀδαξισμοὶ ȣ̈λων enim ſunt ſtimulantes et cum moleſtia pungentes et irritantes pruritus gingivarum, ceu notisſimum. Vid. Heſych. Suid. Foeſ. oecon. Dieterici Sat. Hipp. p. 883. ſqq et alios *Exulcerationes* autem *gingivarum* græcis Medicis potius dicuntur ȣ̈λων ἑλκώσεις, item ἐκπυήσεις,, et σηπεδόνες, et plane diverſæ ſunt ab illis ὀδαξισμοὶς, qui ſine exulceratione ſunt, et ex tuberculis duris, rubentibus, urentibus et prurientibus oriuntur, per quæ dentes adhuc intus latentes, ſummo cum miſellorum infantum dolore, interdum Vitæ etiam cum periculo, prorumpere tentant. Inde male omnino et hic interpretatus eſt Hippocratem Celſus, iudicante quoque ſic recte Mercuriali et Dieterico.

ibid. *Vetebrarum, quæ in ſpina ſunt, aliquo, ſeu aliquæ inclinationes.*) Nec hic melius boni et accurati interpretis officio perfunctus eſt Noſter, alia enim plane hic apud Hippocratem ipſum, Aph. 26. Sect. III. ex quo ſua ille deſumſit Sic enim ipſe: σπονδύλȣ τȣ̃ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, *verticuli in occipitio introrſum extruſiones.* Ἰνίον nempe non eſt *ſpina*, ſed *occipitium*, ſeu pars ſuprema colli, vel cervicis, nervoſa, ceu

ceu omnibus notum: vid. Hes. Suid. Pollux, Foes. Oecon. Dieter. lat. Hipp. *Spina* enim potius dicitur ῥάχις, item & ἄκανθα; nunquam vero ἰνίον, seu occiput, quod spinæ potius insidet; non autem ipsa spina est, ut omnibus constat. Deinde vero nescio etiam, quid proprie in hoc ipso loco sint *aliquo*, vel *aliquæ inclinationes*: quoniam hoc vage admodum obscure dictum videtur. Forsan ergo ipse olim Celsus hic scripserit, *oblique*, aut *obliquæ*, sensu nisi fallor, perspicuo & commodo. Græci enim pariter eiusmodi obliquas vertebrarum inclinationes, scite vocant λοξὰς, ἢ λορδὰς ὤσεις, item una voce λοξώσεις, & λορδώσεις, vid. Hipp. de Artic. Fract. & alibi, item Galen. & Aeginetam.

Cap. II. p. 48. *Suspecta habere bona sua debet,*) Eandem fere sententiam habet Florus, IV, 2. quanquam ibi ad ipsum Cæsaris nimium felicis animum relatam: *Nimiam prosperorum suspectam habens continuationem;* ubi plura similia loca in Notis adfert Freinshemius. Ceterum in hunc ipsum Celsi locum elegantem, eruditam olim scripsit dissertationem amicus quondam noster eheu! desideratissimus, B. Schulzius, *de nimium bonis bonæ valetudinis periculosis*, quales etiam in eundem ediderunt Alberti atque Adolphi: *de solvendo bono corporis habitu*, ceu doctis, opinor, notum.

ibid. p. 49. *Num cui - aliquid eveniat*) *Numquid sæpius horum aliquid*, hic ex Vett. quibusdam Editt. reducere mavult Heusinger, p. 193. perquam exigua certe differentia, & eodem manente sensu. Tædet fere λεπτολογίας.

Cap. III. p. 49. *Cutis plana*) *plena* hic potius legunt Constant. & ipso Opæus, p. 764. quoniam nempe ipse Hippocrates hic dixit πάχος ἔχειν, & forte non inepta hæc est coniectura, inprimis quum infra cap. 4. huius Libri II. inter mala ægrotorum signa, relatam videam *Cutem macram*, cui hic inter bona illorum signa, rectius opposita videtur *cutis plena*, quanquam & *plana* forte toleranda hic, si nempe apposite explicetur.

p. 50. *Reddit mollia figurata*) Scite hic noster illud Hippocratis II. prædict. p. 496. expressit: διαχωρέειν μαλθακὸν ἐκτετυπωμένον, qui locus utique cum hoc nostro diligenter conferendus.

ibid. *Alvus coacta.*) Idem ibidem dixit κοιλίαξυνεστηκυῖα, & alibi κόπρος ξυνεστηκυῖα, Lib. nempe VII. Epidem. p. 862 Infra quoque cap. 8. laudatur rursus *alvus coacta*: de qua vid. Scaligeran. I. p. 52.

ibid. *In fine morbi*) πρὸς κρίσιν, hic rectius habet ipse Hippocrates, aliud enim est in fine morbi, & aliud circa tempus instantis Criseos, seu morbi iudicationis, ceu cuivis notum.

Cap. IV. p. 50. *Porrectis manibus & cruribus,*) At ipse Hippocr. habet in prognost. p. 450. unde hæc petita, σκέλεα ξυγκεκαμμένα, καὶ διαπεπλεγμένα, hoc est *crura contracta, & complicata*, quod contrarium potius est. *Porrecta* enim & *tensa crura* vocantur rectius σκέλεα ἐκτεταμένα, ibidem apud Hipp. & alibi, & sunt plerumque instantis mortis indicia. Ipse Noster mox infra cap. 6. huius Libri II. p. 55. inter mortis indicia refert ex eodem Hippocr. *genua contracta*, quum vertere græcum ἐκτεταμένα debuisset potius *extenta*, sive *porrecta*. Ibi igitur *porrecta* rectius legendum; hic vero *contractis*, vel *correptis manibus & cruribus.*

p. 51. *Caput & pedes manusque* calidas *habere - lateribus frigentibus* · *Calida* vero ac *frigida* hic festinanter nimis miscuit Celsus, contra sui Magistri mentem, qui in prognost. pag. 164. ita prorsus contrario modo: κεφαλὴ, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες ψυχρὰ ἐόντα, κακὸν, τῆς τε κοιλίης, καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ὄντων. Legit igitur inverso plane ordine Celsus: θερμὰ, pro ψυχρὰ, & deinde rursus ψυχρῶν, pro θερμῶν: vid. huc Opsop. in Not. p. 589. Sed in Editt. Celsi Almeloveen. rectius ad mentem Hipp. item ipsius Naturæ, verba ista, male a Celso versa & inversa, rectius expressa sunt. Sic enim semper apud Hipp. ipsum τὰ ἄκρα ψυχρὰ, & ἀκρέων ψύξιι. ut Lib. II. Epid. p. 740. & p. 741. & Lib. VII. p. 872. & passim in omnibus illis Libris, fere ubique.

p. 52. *Post arquatum morbum febrem oriri,*) Rursus contra ipsam Hipp. sententiam & ipsam experientiam; Ille enim in prognost. & Coac. probe monente, præstat, *post arquatum morbum, febrem oriri, quam post febrem, arquatum morbum:* per ipsam enim febrem icterus sæpius tollitur; succedente autem febri ictero, morbus augetur & cachexia sæpius inde nascitur. Inde ergo Opsopoeus hic p. 781. acute notavit: *Hippocratis menti convenientius legeretur. Periculosum est, arquatum morbum post febrem, oriri.* Sed dubi;it to tamen, an sic ipse scripsert Celsus.

ibid. *Quasi fila quædam.*) At ipse Hippocrates hic in prognost. p. 457. & in Coac. prænot. p. 582. alibique sæpius πέταλα habet, & οὖρον πεταλῶδες. Πέταλα vero non sunt *fila*, sed *folia*, ceu notum. Inde Celsus aut male rursus vertit Hippocratem, aut, si eum a culpa ista liberare potius placeat, forte scripsit hic *folia*, seu *phylla*, unde pronus facilisque

lisque lapsus in *fila*, ut liquido patet. De illis vero πετάλοις, sive *foliis*, vel *laminis*, in urina conspicuis, exactius tractat Theophilus, de Urinis, cap. XIX. p. 129. ibique in doctis Notis, pag. 226. Guidotius, item Galenus & alii plures. conf. Foes. in oecon. Ceterum hanc ipsam de *Foliis*, coniecturam, iam dudum præoccupasse Constantinum didicis ero ex Notis, Celso in fine adiectis, postquam hæc ipsa iam scripta essent.

ibid. *Ex furfuribus factas*) οὖρον πιτυρῶδες, ibidem vocatur ab Hipp. de quo plura idem Theophil. ibidem cap. XXI. p. 131. ibique rursus Guidotius, p. 227. & Foes. Data vero opera quondam de *Pityriasi Vesicæ* commentati sumus, ubi de his Hippocratis, Theophili, Celsi, aliorumque locis, accuratius egimus, & inprimis apud Cælium Aurelian. Lib. I. de Morb. chron. cap. 4. p. 570. legendum esse, liquido, nisi fallor, docuimus, *vesicæ* πιτυρίασις, pro male hactenus vulgato, φθειρίασις. Sed hæc obiter.

p. 52. *Perliquidum, aut albidam, aut pallidum, aut spumans*) Hic iterum Celsus ante oculos habuit Hippocr. prognost. p. 456. ubi hæc sunt verba: ἢ λευκὸν, ἢ χλωρὸν, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, ἢ ἀφρῶδες. Quæ omnia satis bene hic Latine expressit Noster, excepto tamen unico illo ἰσχυρῶς ἐρυθρὸν, maximi tamen momenti; quod aut plane omisit; aut perperam reddit per *perliquidum*. At ἰσχυρῶς ἐρυθρὸν, est potius, *vehementer rufum*, quam *perliquidum*, ut nemo, puto, nescit. Quare credibile est, ipsum hic festinanter nimis legisse, ῥυτὸν, aut ῥεῖθρον, quod est *fluidum*, aut *liquidum*, pro isto Hippocratico, ἐρυθρὸν. Nisi quis forte ad defendendam malam ipsius causam. scriptum olim ab ipso fuisse, crediderit, *perrubidum*, aut *perlucidum*, sive denique *perluteum*; Mihi tamen prius longe probabilius est: novi enim intus & in cute bonum nostrum Celsum, optimis interpretibus vix anumerandum.

Cap. V. p. 53. *Quod inter febres, aliqua parte abscessit* &c.) Hic Celsus Aph. Hipp. 51. Sect. IV. vertere voluit; sed adeo obscure atque negligenter, ut nullus pæne commodus sensus inde emergat. Longe enim aliud ibi dixit Hippocrates ipse, ut cuivis, qui bina illa loca inter sese comparere voluerit, protinus spero, ad oculum patebit.

ibidem *Miculas*.) Constantin. hic legere malebat aculas, voce nova & inaudita, recte hinc reprehensus a Scaligero, in Not. & in Scaligeran. I. p. 109. alii vero legerunt *maculas*, adhuc peius. Forte ergo, rectum hic est *miculas*; nisi quis

legere malit, *carunculas;* ut infra c. 7. p. 60. apud ipsum Nostrum diserte legitur, σαρκία enim habet ipse Hippocrates, Aph. 76. Sect. IV. & alibi de quo vid. Foes. Oecon. item Dieteric. Iatr. Hipp. occurrit pariter apud Galen. Actuar. Theophilum & alios. Res enim satis nota.

Cap. VI. p. 54. *In Oculis Venulæ pallent,*) Ipse vero Hippocrates hic in progn. p. 449. in contrarium scripserat, πέλια φλέβια ἢ μέλανα, *venulas lividas* aut *nigras*, sed non *pallentes.* Alias enim ipse Hippocrates scripsisset φλέβια χλωρὰ aut ὑποχλωρά. Unde igitur illas suas *venulas pallidas* desumsit noster Celsus? id equidem nescio; illud contra melius scio, ex ipso Hippocrate non esse depromptas. Nimis ergo festinanter inspexit ipsum Hippocratem, nimisque negligenter illum inde convertit: Nisi ut eum aliquantisper iuvemus, forte ipse olim scripserit non *pallent;* sed potius, *pullæ sunt*, aut *fiunt*, quod nempe Latine idem est, ac græce, πέλια, ἢ μέλανα, ut vulgo notum: Licet ceterum non nesciam, τὸ πέλιον etiam a Vett. Grammaticis, ut Hesychio & aliis nonnullis, interdum exponi per χλωρόν, ἢ ὠχρόν: hic tamen pro synonymo τοῦ μέλανα, potius sumtum esse, ita, ut minus significet, quam μέλανα, nempe *lividum*, aut *plumbeum*, ex ipso quidem Hippocrate manifesto patere, utique arbitror. Verum quid horum sit; male tamen in sua versione, τὸ μέλανα, omisit Auctor. Sed hæc sufficiant.

ibid. *Neque id fluens alvus expressit* &c.) Audiamus hic, si placet quidem, bonum Heusingerum, ita de hoc loco, p. 194. severe, aut ridicule potius & immature, pronunciantem: *Verba: neque id fluens alvus expressit, alienissimo loco, ex glossa posita, ubi nihil significare possunt, etamsi expressit, interpreteris, effecerit, coegerit.* Hæc quidem ille; sed alienissimo profecto loco, & alienissimo simul ab ipsa veritate & experientiæ iudicio. Sic enim manifestissime ipse Hippocrat. prognost. p. 449. Aph. 52. Sect. VI, & alibi: ἢν τί ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ. μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι, *si albi quid subtus appareat, cui non ex alvi profluvio est:* quæ hic Celsus optime expressit, omissis licet, pro more, nonnullis aliis momentis, ab Hippocrate ipso hic simul notatis. Hæc igitur hic interiecta observatio, seu singularis exceptio, non erat sane *inepta* aut *aliena glossa*, ut infeliciter plane, confidenter nimis hic iudicabat Heusinger, rerum medicarum prorsus expers; sed monitum potius erat summe necessarium, & maximi profecto momenti, quippe quod singulare & decretorium veluti discrimen constitueret inter ipsius Vitæ periculum

eius-

eiusque securitatem. Temerarium ergo & inexcusabile prorsus erat facinus; falcem obtusam in alienam messem immittere, & negotium plane incognitum inconsiderate nimis ac præcipitanter tractare. Sed hæc obiter.

ibid. *Genua contracta*,) Iam supra, ad c. IV. monui, male hic Celsum convertisse illud Hippocraticum σκέλεα ἐκτεταμένα, per *Genua contracta;* quum reddere potius debuisset, per *genua porrecta seu extenta*: qualia nempe moribundi & mortui habere solent: quibus scilicet inde *porrectos* & *extentos pedes*, recte tribuunt Catullus, Horatius, Virgilius, Martialis, Persius, Lucanus, Statius & alii plures. Sicut & poetis græcis, ut Homero, Euripidi, Sophocli, Lucillio, aliisque mortui eodem sensu, eleganter dicuntur ἐκχυθέντες, ἐκταθέντες, & τανυσσάμενοι, sive *porrecti*, vel *extenti*; & de iisdem sæpius dixit idem Homerus, τέταται, ἐκτέταται, & ἐξετάθη, id est, *porrectus* seu *extentus iacuit*. Sed plura de hac consueta Veteribus loquendi formula, vid. si placet, apud Scaligerum, observat. ad Catull. p. 93. Heraldum, ad Martial. pag. 187. & Cerdam aliosque interpretes ad Virgil. Aen. IX. præsertim autem Gevartium atque Barthium ad Papinii Statii Lib. I. Thebaid. ut plures alios iam sileam: quoniam hæc iam abunde, spero, sufficient ad loci huius Celsiani explicationem.

p. 55. *Floccos legit* &c.) Καρφολογίαν καὶ κροκιδισμὸν, hic intelligit Celsus, quomodo funestum illum phreniticis plerumque affectum, aut mentis depravationem, præeunte Hippocrate, scite vocant Medici græci & Latini, ut Cælius Aurel. & Theodorus Priscianus. De quo ipso nos ante aliquot annos, data opera accuratius tractavimus in Exercitat. ad locum illum Plinianum controversum, *de Morbo, per Sapientiam mori.* Ubi & hunc ipsum simul Celsi locum ab ineptis ieiunisque nasuti nimis Verderii obiectionibus serio solideque, opinor, vindicavimus. Sed hæc obiter.

p. 56. *Talis deterrima est*) Putem hic scribendum potius esse: *Letalis nigerrima*, vel *aterrima:* Ita enim prorsus Hippocrates ipse, prognost. p. 457. ex quo hic locus Celsi desumtur: τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, quem & vid. in sequentibus pag. 478.

Cap. VII. p. 58. *Ad ea transibo*,) *Eo transibo*, potius hic legendum esse, præcipit Heusinger, p. 194. magna scilicet differentia, aut maiore elegantia. Sed ipse potius transeat cum sua λεπτολογία, cuius nos merito tædet.

p. 59.

p. 59. *Pedes tument*) *Turgent*, hic legendum censet Opsopoeus, in Aph. pag. 806. quoniam nempe in Hipp. prognost. p. 163. est οἱ πόδες οἰδέουσι; sed, ut ingenue fatear, haud satis perspicio huius quidem emendationis necessitatem, quum perquam exigua sane sit differentia inter *Tumere*, & *Turgere*, ceu cuivis notum.

ibid. *Voluntas desidendi*) Sed maioris aliquanto momenti eiusdem est Opsopoei coniectura, pag. 589. p. 807. hic potius legentis: *Voluntas tussiendi*, quoniam nempe ipse Hippocrates in prognost. p. 454. hic habet: βῆσσαι, vel βῆχες, τε καὶ θυμοὶ ἐγγίνεται, *Tussiendi cupido*, aut *voluntas accedit*, quomodo ipse Noster infra, in fine huius capitis, dixit: *Cupiditas tussiendi est*. Igitur hæc ipsa coniectura haud plane spernenda videtur. Licet interea simul ingenue fatendum, ipsum Celsum hunc Hippocratis locum non satis accurate convertisse; sed varia potius miscuisse.

p. 60. *Si mulier a partu* &c.) Audiamus hic iterum Opsopoeum, p. 817. Celsum ita increpantem: *videtur Celsus depravatis Codicibus hic usus esse, aut legendum: Si similiter caput*, nempe ex Hipp. prognost. p. 196. εἰ ἡ ὀδύνη κεφαλῆς ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, κ. τ. λ. Ibi sane nihil prorsus de ista muliere a partu vehementer dolente, dixit Hippocrates; & tamen istum locum sic transtulit Celsus, aliud nempe agendo, & ipsum suum magistrum obiter tantum ac negligenter inspiciendo: quod non hic solum commisit, sed locis aliis pæne innumeris, quod fateri piget. Ceterum autem mihi ista Opsopoei coniectura, utpote violentior, non probatur: quid enim ibi: *Si similiter*? Magis ergo mihi credibile videtur, ipsum Celsum per nimiam forte festinationem, aut ἀβλεψίαν, legisse hic, in ipso Hippocrate, εἰ ὠδίνουσα ὑπερβαλλόντως ἀλγεῖ, h. e. *Si mulier recens a partu*, *vehementius dolet:* quum legere debuisset: εἰ ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι, lapsu profecto facillimo, inter ὠδίνουσα, & ὀδύνη. vocem vero ὠδίνουσαν & *parientem* significare, & ipsam quoque *puerperam*, seu *partum iam enixam*; non est, quod multis doceam, quia id doctis iam notum arbitror.

ibid. p. 60 *In faucibus ulcus*) omisit hic βδέλλαν, quod Hipp. habet II. prædict. p. 506. aut βδέλλαν hirudinem, male interpretatus est per *ulcus*, cum veteri Dioscoride: quem tamen recte refellit Gal. cum aliis. Vid. huc. Foes. Oecon. Opsop. in Hipp. prædict. p. 680. sq. Marsil Cagnat. Var. Obs. 2. Lib. II. & alios. Sed ea de controversia nos alibi plura.

ibid.

ibid. p. 60. *dolorem metumque morbi,*) At ipse Hipp. ibidem II. prædict. p. 495. habet ὀδύνην καὶ ἔπαρσιν, *dolorem & tumorem.* Aut ergo male rursus hic Celsus legit forte πτόησιν, *metum,* pro ἔπαρσιν, *tumorem:* Aut legendum forsan: *tumoremque* ibi, pro *metumque morbi.* Sed prius mihi verisimilius videtur. Præterea quoque de suo addidit, *circa viscera;* de quo tamen nullum vestigium extat in ipso Hippocrate.

ibid. *dolorem ingentem,*) At in ipso Hippocrate, prognost. p. 197. legitur: ὀδύνη νεαρὰ, dolor recens: Itaque dudum ita hic legendum esse vidi: dolorem recentem, pro ingentem. Idem quoque iam ante me acute suspicatus est laudatus modo Opsopoeus, pag. 817. qui ipse Hippocratem cum Celso diligentissime ubique contulit, ut decebat sane vel maxime probum ac diligentem utriusque interpretem.

p. 63. *Signa nascuntur*) Malim hic legere *noscuntur,* quod antecedentia, de *futurarum rerum notis,* ita suadere videntur.

Cap. VIII. p. 67. *Tantulum cibum,*) Forte melius, dandum cibum, de quo sæpius infra, ubi de febribus tractat Auctor.

ibid. p. 69. *Resolutum membrum*) Iterum contra mentem Hipp. II. prædict. p. 518. vid. Opsop. p. 690.

p. 70. *vel fortuita, vel etiam petita*) Apud ipsum Hipp. II. prædict. p. 324. hic extat ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, καὶ ἐξ ἀνάγκης, h. e. *vel sua sponte manans* (sanguis,) *vel & coacte.* Prius ergo hic sat bene reddit Celsus; posterius autem tanto peius: quid enim illud frigidum hic & languidum *petita?* & quemnam obsecro sensum commodum inferat? τὰ ἐξ ἀνάγκης γενόμενα, ea Hippocrati dicuntur, *quæ per artem medicam fiunt, & per adhibita remedia coguntur & promoventur,* atque semper opponuntur, τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως γενομένοις. Sic mox in hoc ipso Libro legitur, παύεται καὶ πρὸς ἀνάγκας, καὶ αὐτόματα, eadem nempe antithesi: plura vid. apud Foes. sub utraque voce, Dieter. in Iatr. Hipp.

ibid. p. 70. *Bilosa alvus potest*) Malim *prodest;* apud Hipp. enim Aph. 28. sect. IV. est παύεται. præsertim quum magna sæpius sit confusio inter has binas vicinas sibi voces, *potest,* & *prodest,* & apud ipsum Celsum nostrum, & præsertim apud Cels. Aurelianum. Nisi dicere velimus, Celsum hic exprimere voluisse illud familiare Hippocrati dictum: μέγα δύναται πρὸς ἄκεσιν, *multum potest,* aut *valet ad sanationem.* Igitur hoc sensu illud *potest,* forte hic tolerari potest. Vertere igitur hic potius debuisset Noster: *vel fortuita,* aut *spontanea; vel & etiam arte & imperio medici coacta & promota.* Quare & hic iterum merito Celsum increpuit Opsopoeus, pag. 689.

p. 73.

p. 73. *Cui si dolent,*) *Sic*, hic legit Heusinger, p. 195. magnus in parvis.

ibid. *Tormina vetera esse coeperunt.*) Malim *vehementiora*, aut *vehementescere coeperunt*, ut Cael. Aurel. loquitur. Ceterum autem totam hanc sententiam de suo addidit Celsus; non vero ex ipso Hipp. II. prædict. p. 509. desumsit, ubi illa non extat; cuius tamen locum alias sat bene interpretatus est.

ibid. p 75. *Aut vere, aut autumno*) At ipse Hipp. II. prædict. p. 520. rectius habet ἐς τὸ ἔαρ τε καὶ θέρος, *vere & æstate*. Coxendicum enim morbi, de quibus hic sermo, vere potius & æstate solvuntur, si solutionis adhuc spes est, quam autumno, aut hieme. Quin potius frigido & humido autumno, aut oriri, aut ortos iam augeri, quotidiana docet experientia, contra quam tamen hic sua perversa versione gravissime peccavit Celsus, fatente quoque Opsopeo, p. 691. & p. 832.

Cap. XI. p. 83. *Spiritus adductus*) Forte *eductus*; sed & illud ferendum.

Cap. XII. p. 86. *Morbum ipsum mollit*) Forsan *tollit*; quoniam sæpius hæc bina verba inter sese permutantur, ut notum; sed nec vulgatum sperno.

Cap. XIII. p. 87. *potui datur*) Quidam hic legunt *vomitui*; haud prorsus male: nisi forte quis eodem sensu malit: *pro vomitu, datur*. Ceterum de ipsa hac phrasi, *potui dare* sæpius apud Nostrum, Plinium & alias obvia, egregie multis differit, eamque contra Vossium strenue defendit doctissimus Borrichius, in Cogitat. de Ling. Lat. pag. 200. *seqq.*

Cap. XIV. p. 88. *Antiquiores aliquos*) Illud quidem *aliquos*, hic mihi languere nonnihil videtur: forsan ergo scripserit ipse olim Celsus: *aliquo usu*, aut *alicuius usus:* sensu, nifallor, egregio & perspicuo: Certe id dicere voluit ipse Celsus, ut ex antecedentibus patet.

Cap. XV. p. 92. *Se gerere debent,*) *Se gererent*, potius his ex Vett. quibusdam Editionibus, reducendum censet Heusinger. p. 196. & anxie ibi probat, bene sic dici: de quo nemo facile, credo, dubitabit. Sed perinde est profecto, sive quis *gereri* legerit, sive *gerere debeant*, aut *deberent*. Et tædet profecto talium minutiarum: quales ibi permultæ.

p. 91. *In alto mari*) *Mari* hic pro glossemate habet Morgang. Et verum est frequentius illud omitti, ut Cerda & alii notant ad Virg. Aen. III. *altum tenere rates.* Sæpe tamen etiam additur, v. apud Plin. *Mare præaltum*, & *altissimum,*

ſimum, qui tamen frequentius etiam *Mare* omittit. Igitur tamen uſus ſit promiſcuus; nec hic expungendum cenſeo *Mari*: pro *navi* vero, malim *navigare*, vel potius *vehi*, quod elegantius, ſic Plinius: *Profectus navigio in altum*, & alii.

Cap. XVII. p. 94. *Reſiſtere*) Forſan *Reſidere*, ut ſupra, Lib. I, c. 3. p. 25. *In tepidario reſidere.* Atque id ipſum ſuadet etiam Hippocrates ipſe.

pag. 95. *Acceſſerunt*) Forte clarius: *Succeſſerunt:* vel *Acceſſerunt* hic idem forſan, ac *Succeſſerunt.* Sed hoc quidem leve.

Cap. XVIII. p. 98. *Lacertus*) *Scombrum* hic intellexiſſe Celſum, putat Paul. Iovius. Lib. de Romanis piſcibus, cap. 19. & ibidem cap. 24. *Oculatam* Celſi, per *Melanurum*, explicat, quoniam nempe ille more ſuo, reformidaverit quaſi dictionem græcam *Melanuri.* Sed hoc in medio relinquimus. Vid. Sallengre Theſaur. Nov. Antiq. Rom. T. I. pag. 870. et p. 872.

Cap. XXVI. p. 105. *Pomis,*) At hæc vel maxime inflare, notum eſt, et ipſe Celſus alibi affirmat, cum Plinio, Galeno, Cæl. Aurel. et aliis; res enim et vulgo notiſſima. Forſan igitur hic legendum *opſoniis*, quæ nempe minime inflare et facillimæ quoque concoctionis eſſe, ubique creduntur. Vid. Gronov. ad Plin. p. 788. Nonn. et alios. Accedit frequentem lapſum eſſe inter *poma* et *obſonia*, ut notum.

Cap. XXIX. p. 106. *Oſtrea, Pelorides &c. alvum movent,*) Hæc omnia λύειν τὴν γαςέρα, ſeu *alvum ſolvere*, adnotavit quoque Artemidorus, Lib. II. Onirocrit. cap. 14. pag. 103. ubi vid. Rigalt. pag. 51. qui Horatium addit Sat. 4. Lib. II. Sed plura de his vid. apud Io. Rhodium, ad Scribon. Largum, p. 173. ut alios plures ſtudio nunc prætereamus.

ibid. p. 106. *Aurata pura*) In Vett. Editt. legitur hic, *aurati piſces, neque ſolum aurata pura.* Sed ii *aurati piſces* hodie plane ignoti ſunt. Forſan ergo quidam memoria aut obſervationis cauſſa, in margine, ex Plinio potiſſimum, notaverat *auratæ, piſces*, h. e. genus piſcium, quod alter forte pro vitio grammatico habens, correxerat *aurati piſces*, et tertius deinde contextui ipſi ſecure intulerat. Hoc ſatis probabile. Sed videtur tamen ſequens mox antitheſis illa, *neque ſolum aurata pura* indicare, quidquam præceſſiſſe de aliis ſic dictis *auratis.* Obſervavit ergo hic Paul. Iovius in raro admodum Lib. de piſcibus Romanis, cap. XI. alios quoque piſces, ut ſcaros, ſargos et ſapphiros, &c. veris illis et proprie ſic dictis Auratis adnumeratos olim et in foro piſcario

permi-

permiſtos et divenditos fuiſſe. Quæ ſi vera ſint; uti equidem arbitror; poteſt omnino iſta Celſi lectio defendi, qua ſcilicet diſtinxiſſe videtur Auctor inter *auratas piſces* vulgo ſic dictos et *auratis* adnumeratos, et inter *auratas* puras et κατ' ἐξοχὴν ſic proprie dictos. Ceterum autem *Auratæ* ſcribendum duco, non *Aurati*, quoniam ſemper ita ſcribunt, Plin. Martial. et alii, quin et ipſe Noſter ſupra II, 18. pag. 98. et alibi. Græcis vero, ut Galen. Athen. Aelian. et aliis *Aureta* eſt χρύσοφρυς, ceu notum.

Cap. XXX. p. 107. *Ambubeia,*) *Ambula* potius hic legendum, ſcil. ab *Ambulando*, multis docet Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 583. et Harduin. qui ad omnes Plinii Codd. MStos hic provocat. *Ambuleiam* tamen in Celſo, legere mavult Io. Bod. a Stapel, ad Hiſt. Plant. Theophraſti, Lib. VII. p. 855. *Ambugiam* denique ſcribendum putat Fornerius, Lib. III. Rerum quotid. cap. 30. pag. 123. autoritate Plinii, Lib. XX, cap. 8. potiſſimum inductus, ubi tamen Harduinus aliter ſentit, ut diximus. Videtur igitur *Ambula* reliquis lectionibus merito præferenda: præſertim, quum et in Gloſſario antiquo legatur *Ambuia*, κιχώρια, vitioſe nempe pro *Ambula*, quoniam literas l. et i. in vetuſtis Codicibus, millies confundi ſolere, doctis Criticis utique eſt notisſimum. Conf. infra dicenda ad Lib. III. c. 24. ubi locus et iocus pariter confuſa leguntur.

ibid. pag. 107. *Aqua dura &c.*) Vid. huc Hippocrat. de Aer. Aq. et Loc. ad quem hic provocat Rhodius, ad Scribon. Larg. pag. 273. ubi hunc ipſum Celſi locum explicat: add. Vitruv. Senec. Quæſt. Nat. Plin. Galen. et alios, qui de diverſa Aquarum Natura ſcripſerunt.

Cap. XXXII. pag. 108. *Somno aptum, Lactuca*) Quod ſuo exemplo olim docuit Tacitus imperator, *qui præ omnibus oleribus affatim miniſtratis, Lactucis impatienter indulſit: Somnum enim ſe mercari illa ſumtus effuſione, dicebat*: ut eleganter de eo refert Flav. Vopiſcus, in ipſius Vita cap. CI. pag. 613. Tom. II. Scriptor. Hiſt. Aug. ubi vid. in Comment. Casaubonum & Salmaſium. Sed res nota.

Cap. XXXIII. pag. 109. *Apium ſolanum,*) Non coniuncte *apium ſolanum*; ſed potius disiuncte, *apium*, *Solanum*, hic legendum eſſe, prudenter ſcil. monet Heuſingerus, p. 197. quaſi vero hoc cuidam doctorum, præſertim autem Medicorum, ignotum eſſet, ut inde ab ipſo doceri deberet. Sed hic ſæpe nodum in ſcirpo quærit Vir alias doctus.

ibid. *Tamarix,*) Vid. huc inprimis Rhod. ad Scribon. Larg. p. 202. et p. 291. ubi plura de Tamarice, et hoc ipſo Celſi

loco:

loco: item Io. Bod. a Stapel ad Theophraſt. Lib. IV. p. 410. ſqq. et Salmaſ. in Ex. Plur.

ibid. pag. 110. *Simplicibus et permixtis*) Hoc eſt φαρμάκοις ἁπλοῖς, καὶ ἀνακεκραμένοις, ut ipſe Hippocrates dixit Lib. de Decenti ornatu, ex noſtra quidem veriſimillima, niſi fallor, emendatione: de qua vid. ſi lubet, Obſervat. Crit. Lib. III. cap. 25. pag. 256. Eodem ſenſu βοηθημάτων τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα, dixerunt Alexander Trall. Lib. I. c. 1. Galenus, Aegineta, Dioſcorides, & alii plures. Frequentisſima enim eſt hæc ipſa diſtinctio ſeu oppoſitio, ceu notum. Quare nihil amplius addimus.

AD
LIBRUM TERTIUM.

Cap. I. pag. 111. *Cito tollunt hominem, vel cito finiuntur*) Ita prorſus et Seneca, ſedulus Celſi imitator, Epiſt. 78. p. 240. *Brevis morbus ac præceps, alterutrum faciet, aut extinguetur, aut extinguet:* et Cap. VI. de provident. *Dolor aut ſolvetur, aut ſolvet*; quod proxime quidem accedit ad acutam Celſi ſententiam; fert & Græci ita pari elegantia. Sextus Empiricus contra Ethic. cap. V. πόνος ἀκρότατος ἢ ἀναιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖται, *dolor ſummus aut tollit, aut tollitur,* Celſiana prorſus ſententia, imo & ipſis Celſianis verbis: ubi vid. in Not. Fabric. p. 718. item Gataker. ad Marc. Antonin. L. VII. 33. pag. 219. ubi plures in hunc ſenſum Veterum collegit ſententias: ſed & nos alibi plura.

ibid. *Plus fortuna*) Malebat hic legere Natura, Mercurialis, Var. Lect. II, 12. infelici, niſi fallor, coniectura, quam quippe dudum ſolide confutavit ipſe Hippocrates, quem Noſter hic recte ſequitur, Lib. de Loc. in Hom. p. 398. ſq. & Lib. de Morbis p. 8. ſqq. ubi nempe ſapienter docet, fortunam ſibi haud plus vindicare poſſe, quam artem, artem vero haud plus, quam ipſam Naturam: quod & veriſſimum. Conf. huc Heiſteri Diſſertat. *de Fortuna Medici.*

ib. *Repugnante Natura*) Scite hic illud expresſit Hipp. in Lege, p. 41. φύσιος γὰρ ἀντιπραττούσης, κενεὰ πάντα, *Natura repugnante, vana omnia*, quod & repetit Aretæus, & Galenus ſæpe. Idem dixit Seneca, Cap. VI. de Tranquill. Animi; *Reluctante Natura, irritus labor eſt*, ſcil. ex ipſo Hippocrate, vel Celſo, quem ſæpius ſequitur. *Repugnare Naturæ*, pariter apud Cic. I. de offic. 31. de Senect. 19. & alibi ſæpe; Ita & Curtius, VI, 6. *Irritus labor, obſtante, Natura*, ſeu ut

 Seneca,

Seneca, ſupra. Sed ſtudio iam omitto plura, apud omnes fere Auctores utriusque linguæ, in hunc ſenſum ſæpius obvia. Vid. interim Gataker. ad M. Anton. II. p. 37. Gruter. ad Publ. Syri ſentent. p. 283. petit. ad Aret. p. 288. Wedel. Exercit. Med. philoſ. V, 10. & alios plures.

ibid. *Profectus tempore expletur,*) Ita rurſus Seneca Epiſt. 69. forſan ex hoc ipſo Celſi loco: *Plurimum continuata remedia proficiunt.* Et iterum Epiſt. 40. *Remedia non proſunt, niſi immorentur.* Simile quoque occurrit Epiſt. 58. & alibi, ut & apud Plinium, et alios. Vid. & Plutarch. & Galen. Sed deſino plura.

Cap. II. pag. 113. *Quam proximæ*) Putem hic forſan excidiſſe *Fini*, ita ut plenius legendum ſit: *Quam fini proximæ*, aut *proximæ fini*, ſenſu perſpicuo. Conf. ſupra Lib. II, cap. 4. pag. 52. Ipſe Hippocrates pasſim eodem modo ἐγγύτατα τȣ̃ τέλȣς, aut πρὸς τὸ τέλος, πρὸς τὴν ἄνεσιν, & ſimilia, ceu notum.

pag. 114. *Spatium affecturi mali,*) Sat bene quidem hoc; nec ſenſu carens: Malim tamen: *affuturi*, aut *adventuri*, quod de morbis ingruentibus, frequentisſime dici ſolet, ut ſatis cognitum. Tale illud poetæ ubivis notum: *Venienti occurrite morbo.* Omitto plura.

ibid. *Quies & abſtinentia*) Hæc bina ſimplicia remedia præſtantisſima ſæpius commendat Noſter, poſt Hippocratem ipſum, ut ſupra I, 3. pag. 31. II, 16. p. 92. inprimis autem infra, VI, 6. p. 348. & 349. alibique ſæpius. Dixit quoque Seneca de Ira III, 39. *Initia morborum quies curat*, quod & alibi in Epiſtolis repetit: quo & notisſimus pertinet locus Livii elegantisſimus, XXII, 18. de quo nos alibi. Præſertim vero huc ſpectat illud Andronici Rhodii, in Paraphraſ. Ethic. Ariſt. Lib. X, c. 12. pag. 515. καθόλȣ μὲν γὰρ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία: *In univerſum, febre correpto conduit abſtinentia & quies.* Conf. Fabric. ad Sext. Empir. pag. 20. Menag. ad Diog. Laert. pag. 274. & alios plures, alibi a me laudatos.

pag. 115. *Pro modo terroris,*) Malim *Torroris*, quod de intenſo febrium æſtu, frequentius dici, notum eſſe arbitror. Ita ipſe Noſter infra cap. 7. huius Libri, p. 134. *Si ardens febris extorret:* item Iuvenalis Sat. IX, 15. *Quem* (ægrum) *Torret quarta dies.* Ovidius quoque Epiſt. Heroid. XXI, 169. *mihi torrentur febribus artus*: Seneca pariter Epiſt. 78. *febrem præcordia ipſa torrentem*, eleganter dixit. Sicut & Plinius Epiſt. I. Lib. VII. *febre ardentisſima peruſtus* & *febribus*

bribus ureris. Minucius Felix, p. 103. ubi vid. Var. Not. Sed prætereo iam plura, apud Quintil. Apulei. Martial. & alios sic passim obvia; de quibus interim vid. Pricæ. ad Apul. Met. X. p. 633. & p. 735. Cuper. obs. Var. II, 15. p. 240. Not. ad Iuvenc. L. II. p. 183. petit. ad Aut. pag. 179. Sed & eodem modo febres millies Hipp. dicuntur καίειν, ἐκκαίειν, διακαίειν, φλέγειν, πυρῦν & διαπυρῦν; & ipsi febricitantes, καυθέντες, φλεχθέντες, & πυρωθέντες, & sic quoque apud omnes reliquos Medicos græcos, Hippocratem ipsum sequutos: Conf. huc Reines. Var. Lect. L. II. cap. 3. p. 142. sqq. & Foes. in Oecon. Ceterum, ne id hic taceamus, hæc ipsa vox *Torror*, apud antiquissimos quidem Auctores haud facile occurrit; legitur tamen sic *corporis Torror*, apud Cæl. Aurel. Lib. III. de Morb. chron. c. 6 p. 464. & rursus Lib. V, c. 4. p. 576. *Solis Torror*, & alibi: item apud Tertullian. Apulei & alios nonnullos serioris ævi auctores. Non indigna tamen prorsus ista vox emphatica est ipso Celso; præsertim, quum et alias ille voces sæpius adhibuerit, quæ in reliquis vetustis auctoribus haud facile inveniuntur, de quibus alibi dictum. Facillimum autem et frequentissimum esse lapsum inter *Terrere* et *Torrere*, atque inter *Terrorem*, ac *Torrorem*, doctis quidem Criticis notius esse iam dudum arbitror: quam ut hic multis incassum a me nimis profecto fero, doceri debeat. Sed hæc satis.

Cap. III. p. 117. *Neque de re, sed de verbo, Controversiam movent*) Ita prorsus et Seneca, Celsum alias sæpissime imitatus, quod primi forsan observavimus, Lib. II. de Clement. c. 7. *de Verbo controversia est; de re quidem convenit*; add. et Epist. 78. Idem dixit Galen. Tom. VII. p. 33. Lib. de Symptomat. different. ἐν ὀνόματι μόνῳ, καὶ οὐκ ἐν πράγματι, διαφωνήσουσιν ἡμῖν, *In solo verbo, non in ipsa re, a nobis dissentient*, quod et ibi in sequentibus sæpius repetit. Sed talia plura passim.

Cap. IV. p. 117. *Id votum est*) Elegans loquendi ratio, quæ et infra recurrit VI, 6. p. 348. et alibi, item apud Senecam, Cap. V. de Brevitate Vitæ, et passim alibi. Græci pariter scite dicunt: εὐχῆς ἔργον ἐστὶ, item εὐκταῖον, vid. Isid. Pelus. Epist. 172. Lib. II. p. 284. et passim ibi, item Max. Tyr. Plutarch. Marc. Antonin. et alios.

ibid. p. 120. *Si artifex est*) Scaliger hoc pro glossemate interiecto habet; sed frustra: Necessarium enim, bonum medicum esse in sua arte artificem quod inprimis docet Hippocrates, ipse summus artifex, de Medico, p. 45. et in Præ-

cept. p. 63. pasſimque alibi. Forſan tamen haud ſuo loco poſitum commode fuerit hic illud, *ſi artifex eſt:* vel levi mutatione legendum: *qui artifex eſt, idoneum eſſe, ſi non multum ab ægro recedit.* Sed hoc leve, & facile, opinor, intelligendum.

Cap. V. pag. 125. *Remiſſius matutinum tempus.*) Ita & Cæl. Aurel. L. II. de Morb. chron. c. 14. p. 427. *acceſſio veſpertino tempore aſperetur, atque luce ſurgente, levigetur*, & alibi ſæpius, item & Theodorus Priſcian. Sed frequentisſima hæc eſt obſervatio notatu dignisſima, apud ipſum Hipp. in prognoſt. & Epidem. præſertim Libris, ut II. V. VI. & VII. & ita pasſim. Occurrit quoque elegantisſimus eandem in rem locus Antylli, apud Stobæum, Sermon. 99. p. 546. Conf. Append. ad Libellum noſtrum de pleuritide, pag. 201. Sed res hæc notisſima etiam vulgo.

Cap. VI. pag. 129. *Metus* & *Ira*) Malim Motus, ut infra, VIII, 9. p. 529. pariter coniunguntut *Ira & motus vehementior.* Quod ſi vero forſan hoc incertum videatur; certius tamen aliquanto hic infra, in ſequentibus, legendum mihi videtur: *Calor excitatur Motu, ſolicitudine*, pro vulgato quidem *Metu?* quoniam non calent, qui metuunt; ſed frigent potius & pallent. ceu notum: Conf. Obſerv. Crit. noſtr. cap. I. Lib. I. Frequentisſimam vero eſſe in priſcis Libris, confuſionem, inter *Motum*, & *Metum*. præclare ex Petronio, Cicerone & Eutropio, oſtendit Cl. Vonck, in Obfervat. Miſcellan. Cap. 26. pag. 109. item Barth. Voſſ. & alii.

Cap. VII. p. 134. *donec albeſcant*) Non damno quidem hoc, quoniam revera albeſcunt oleum & aqua, inter ſe diutius agitata, ſicut notiſſimum: Forte tamen haud peius legatur: *Coaleſcant*, facili lapſu; ſed & ſenſu niſi fallor.

Cap. IX. p. 137. *Suillam aſſam*) Προσάγειν ὕεια ὀπτὰ, Hippocrates inquit VI. Epid. p. 803. & de Victu Acut. p. 317. ſeqq. add. Galen. Tom. X. p. 165. & inprimis Suidas. I. p. 616. in Δομνῖνος, de quo notat, eum quidem ſuilla carne omnes generatim ægrotos curaſſe, aut rectius, ridicule curare voluiſſe. Abeant iſti medici ad ſues, excepto tamen Hippocrate, qui prudentius nempe commendat ſuillam carnem.

C. X.

C. X. p. 138. et id *ingerere*) Ineptissimi hominis glossema hoc vocat hic Scaliger; & videbitur forte ita etiam aliis doctis; posset enim sine sensus detrimento, commode utique abesse. Sed ut retineri illud apte hic possit, forte scribendum: *& ita digerere*, vel, *& quidem integre*, nempe rosam & acetum miscere oportet, quod scilicet præcessit; sensu utrinque satis commodo ac perspicuo. Omitto iam alias coniecturas mihi super hoc quidem loco quodam subnatas.

Cap. XII. p. 141. *Veteraverunt*) *Inveteraverunt*, malebat hic Rittershus. ad Phædrum I, 2. quem autem tacite refellit Gronovius ad Senec. Consol. ad Marc. I. p. 53. Sed contra monet Rhodius, in Lex. Scribon. p. 398. in ipso Cod. MS. Florent. vetustissimo, hic omnino legi: *inveteraverunt*, unde recte confirmatur ipsa Rittershusii coniectura. Scilicet promiscue usurpantur hæc bina verba *veterare*, & *inveterare*, apud Plinium, inprimis Senecam, & alios; imo frequentius *inveterare*, quam *veterare*, ut vel ex solo Plinio patet, qui *inveterare* centies, & amplius, dixit; et semel tantum aut bis, *veterare*. Quin & ipse Noster, infra c. 21. huius Lib. III. p. 161. rursus scripsit: *Si malum inveteravit:* Cuius loci si opportune meminisset Gronovius; fortasse mitius sensisset de coniectura Rittershusiana, aut istam observationem perquam levem, fortasse rectius plane omisset.

p. 142. *Pertinacia*,) sensu hic bono & laudabili; de quo plura Pincierius, in parerg. Otii Marpurg. L. II, c. 34. p. 257. seqq. ubi tamen inter complures Auctorum Veterum locos, ibi citatos, huius Celsiani primarii non meminit.

Cap. XV. p. 145. *Concidet*) Id est penitus emaciabitur, viribus omnibus privabitur, elegantissime quomodo iam supra, cap. 6. *protinus venæ conciderunt*, & passim, infra, in seqq. Ita Ovidius, XXI. Heroid. 215.

Concidimus macie, color est sine sanguine,

Ubi nihil tamen, quod mirum, observarunt, varii interpretes apud Burmann. item Seneca III. de Ben. 9. *Cadentes venas vino refecisse*, & Epist. 95. *vino fulcire venas cadentes*, & ita alibi. conf. Lips. ad ipsum Senec. L. III. de Ira, c. 9. p. 558. Huc et Petronius, C. II. *ut Corpus enervaretur, & caderet:* Ubi tamen male legebat Heinsius, *areret*, & peius laudabat idem Burmann. nam *caderet*, ibi longe efficacius est, quam *areret*. Sed & Græcos pari elegantia & energia, hoc sensu,

 sæpius

sæpius dicere *πίπτειν*, *συμπίπτειν*, & *ὑποπίπτειν*, præclare docet celebr. Abresch, in Annotat. ad quædam Nov. Test. loca, p. 539. sq. adiectis ipsius Animadversionibus in Aeschylum lectu dignissimis. Ita Hipp. Lib. de Humor. p. 318. *σώματος ξύμπτωσιν* ut & passim sæpius, conf. & Aph. 3. Sect. & Epid. II. *ξύμπτωσιν φλεβῶν* edit. Epid. VI. p. 803. plura Foes. Oecon.

ibid. p. 145. *Morbus remanebit,*) Fortasse hic clarius legendum, Remeabit, intelligit enim *morbi recursum*, seu *τὴν ἀναδρομὴν τῆς νόσου, ἢ πυρετοῦ*, ut Hippocrates sæpe loquitur, item Aretæus, Galenus, Alex. Trall. ut alios iam taceam, res enim nSta.

p. 146. *Dareque operam oportet*) Illud *oportet*, pro mero glossemate habet Scaliger: sed nescio, quare, quoniam tolerari potest. Nisi forte pro *opportet*, scribendum, *opportune*, sensu sane opportuno, aut ita legendum: *dareque operam operi*, id est occupatus debet esse in opere aliquo faciendo, ita ut ex isto *operi*, demum tamen factum sit, *oportet*. Sed docti hic iudicent.

Cap. XVIII. p. 148. *Quæ & acuta, & in febre est.*) *Quæ & acuta in febre est*, legere hic malebat Keuchenius in Not. ad Seren. samnon. p. 114. Sed nescio, qua necessitate, aut ratione.

ibid. *Aliena loqui*) Quod phreniticorum scil. proprium, ut notum illa Ovidius, Lib. III. Trist. Eleg. 3. 19. de se ipso in febre delirante:

Quin etiam sic me dicunt aliena loquutum.

Ulpianus quoque l. 4. §. 1. ff. de ædilit. edict. *Si propter febrem, loquantur aliena*, & ibidem l. §. 9. *si servus inter fanaticos, aliena profatus esset*, ubi male, me iudice, vulgo legitur, *aliquo profatus*, sine sensu. Sed Græci, ut Hippocrates ipse, Aretæus, Galenus, & alii plures, illud latinum *Aliena loqui*, unica voce composita, elegantius exprimunt per *ἀλλοφάσσειν*, & *ἀλλοφωνεῖν*, de quo vid. Foes. in Oecon. Eustach. ad Erotian. Petit. ad Aret. pag. 160. & nostras Observat. Crit. Cap. 28. Lib. IV. pag. 476. seq. item Drackenborch. ad Liv. III, 48. pag. 737. T. I. Opp.

ib. p. 149. *Miserabiliter loquatur,*) Sic fere *miserabiliter rogantibus*, dixit Seneca, L. II. de Benef. c. 14. & alibi.

Forte

Forte tamen rectius hic legatur, ni fallor, *mirabiliter*, ob antecedens nempe *prudenter;* præsertim, quum perpetua pæne observetur inter utrasque has voces, confusio & permutatio, docentibus Heinsio & Burmanno, ad Ovid. Torrenio, ad Val. Max. Oudendorpio, ad Lucan. L. IX. Drackenborch. ad Liv. V, 45. & aliis passim.

p. 153. *Silanus*) *Saliens*, hic quondam legebat Constant. sed infelicissime, & hinc rectissime reprehensus a Scaligero, in Scaligeran. p. 138. proba sane & elegans ista paulo ignotior, vox *Silanus*, legiturque apud Lucret. Tertullian. Festum & paucos alios; de qua vid. de la Cerda, & III. Georg. Virg. p. 463. Gifan. Ind. Lucr. p. 405. Turneb. Adversar. 28, 6. Casaub. ad Sueton. Aug & nos ibidem: præsertim autem Gyraldi Var. Crit. Dial. 18. p. 895. T. II. opp. ubi hunc ipsum Celsi locum scite illustrat, & post hos, novissime ill. Morgagn. Epist. I. in Cels. p. 16. seqq. Arabibus vero סילן Silan, aut סיאלן, *Sialon*, a סיל *sil*, *fluxit*, *fluxus*, est *fluxus aquæ*, teste Erpenio, & apud Buxtorf. in Lex. Rabb. philos. סלן *Silan*, & סלון *Silon*, *Fistula est*, *unde aqua fontana effluit*, quibus hic ipse Celsi locus egregrie illustratur. Vid. Vossii Etymolog. p. 471. item Martin. & Hoffmann.

p. 154. *Imaginibus*, *non mente*, *fallunt*,) Malim *falluntur*, nisi ipse fallor.

Cap. XIX. p. 158. *In alvum ptisanæ vel alicæ cremorem.*) primam fore clysterum nutrientium mentionem hic fecisse Celsus videtur, notante quoque hic ill Morgagno, Vatero, Bergero & aliis. Sed. vid. huc, nisi grave, nostram Exercitationem, *de clysterum nutrientium antiquitate & usu*, Witteberg. 1750. ubi de hoc argumento, & hoc ipso Celsi loco primario, disertius accuratiusque egimus.

Ibid. *naribus æstuantis*,) Malim *nauseantis*, de nausea enim illa & perpetuo vomitu, resoluti stomachi, antecedentia agunt manifeste; ideo hæc lectio forte admodum verisimilis videbitur nonnullis, ut certe speramus.

p. 161. *Quies*) Imo leg. *Inquies*, ut seqq. docent. per Quietem enim augetur Hydrops, non tollitur.

Cap. XXI. p. 162. *Alvum moliri*,) Probum hoc quidem est; forte tamen commodius hic, opinor, legeretur, *molliri* ut supra II, 12. *cibi*, *qui ventrem molliant*, & ita sæpissime

Plinius, *alvum iucundius molliri*, ut Lib. XXII, c. 21. ut reliqua taceam: quemadmodum & Græci, & Hippocrates ipſe, eadem elegantia & verecundia, ſæpius dicunt μαλάττεσθαι τὴν κοιλίαν, aut τὴν γαστέρα, & inde κοιλίαν μαλαχθεῖσαν; qua de re vid. ſi placet, Obſ. noſtr. Crit. p. 382.

p. 163. *Uva taminia,*) Tacite hic Celſum reprehendit Plinius, XXIII, & XXVI, & 13. cum Plinio Petitus, ad Aret. p. 234. Sed defendit Celſum Bod. a Stapel, ad Theoph. Lib. IX. Hiſt. plant. p. 1140. Mox ibid. *Iunci quadrati & rundi flos*) Vett. Editt. hic *ſemen* habent: inde oritur dubium, quid rectum ac præferendum ſit? Sed utrumque ferri poteſt; laudat enim *iunci* huius *florem* & *ſemen* Plinius XXI, 18. Galenus, Theophraſtus & alii: *Florem* vero Scribonius Largus & Dioſcorides: quanquam rariſſimi apportatos fuiſſe flores, iam ſua ætate conqueſtus ſit ipſe Galenus; de quo plura vid. apud Salmaſ. de Homon. Hyl. Iatr. cap. 86. p. 121. & Bod. a Stap. ad Theophr. Lib. IX. p. 1008. ubi & hunc ipſum Celſi locum laudat, & *ſemen* legit pro *flore*. Sed quum & infra *Floris* meminerit Celſus; nec *Florem* hic expungendum cenſeo, præſertim quum Medici Vett. Græci ſemper fere dicant σχοίνου ἄνθος, obſervante l. c. Salmaſio. Forſan ergo illud adiectum in Celſo, *ſemen* eſt ſcholion illius *Floris;* vel coniunctim legendum *Flos,* vel *Semen.*

Cap. XXII. p. 167. *Inuſitatos & inutiles cibos aſſumſit*) Ita Salluſtius apud Donat. *Morbi graves, ob inediam inſolita veſcentibus.* Qualia exempla plura occurrunt paſſim apud Tacitum, Quintil. Senec. Lucan. Plut. Appian. Ioſeph. & alios plures, de quibus vid. ſi lubet, Exercit. noſtr. *de Macie Corporis ex Obſidione contracta*, ubi plura, quæ huc ſpectant.

p. 168. *Idem facere*) Fortaſſis hic aliquanto legendum: *Tumefacere;* hic enim potiſſimum ſcopus illius cutis attractionis & relaxationis.

Cap. XXIII. p. 173. *Terrentium*) Quid ſi hic legendum *Torrentium*, rapidorum enim & ſtrepitantium Torrentium curſum vel maxime vitandum eſſe Epilepticis, docent Cæl. Aurel. Morb. chr. I, 4. p. 293. Galen. L. III. de Loc. af. c. 12. p. 446. T. VII. & T. X. p. 488. in Conſilio pro puero epileptico, Alex. Trall. & alii plures: Res enim vulgo etiam nota.

Cap.

Cap. XXIV. p. 176. *usu, loco, ludis* de) Mihi non dubium, legendum hic esse *lusu*, *ioco*, vel *risu*, *iocu;* Sicut Trebellius Pollio, in Victorina, seu Victoria p. 341. Tom. II. Script. Hist. Aug. *cum risu & ioco posuisse*, quomodo & alibi sæpe, ceu notum. Præsertim, quum multis doceat Drakenborch. ad Liv. I, 5. & Cort. ad Sallust. Iug. 66. *iocum*, *ludum & lasciviam*, apud Veteres sæpissime coniungi: quomodo & Seneca de Tranquill. animi, c. 15. *nisi voluptatem haberet lusus iocusque*, & sic alibi sæpius. Frequentissimum autem lapsum esse inter *iocum* & *locum*, dudum observavit Scaliger ad Auson. I, 12. Burmann. ad Phædrum, p. 71. & p 162. item ibi Rittersh. ut & Swartius I. Analect. c. 6. p. 16. Turnebus, Benthleius, & alii, Conf. & Comment. nostr. ad Somn. scip. p. 475. T. I. poem. Male vero hic Vossius, in Etymol. p. 57. Dietericus, in Iatr. Hipp. pag. 554. Keuchen. ad Seren. Sammon. pag. 287. qui habet peius *clauso loco uti*, ex Vett. Editt. aliique legerunt *Clauso loco*, qui nihil sane facit ad præcedens *cultius conclave*, & vitandus potius ictericis, in moerorem ac solitudinem iam per se, ex morbi indole, propensis, cui notum, & a nobismet ipsis quondam observatum.



INDEX
SCRIPTORUM ET MEDICORUM
A CELSO LAUDATORUM
COLLECTUS A
CL. IO. ALBERTO FABRICIO
Pag. 444. *novi supplementi Biblioth. Latinæ.*

Empe-

Metho-

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Ἄφθαι

B.

Concu-

Exulce-

G.

H.

I. Ἰχὼρ

I.

L.

Medica-

N.

Παρακο-

Sangui-

Sternu-

Vulneris





OMNIUM QVAE IN CELSI LIBRIS CONTINENTVR, ALIMENTORVM ET MEDICAMENTORVM

INDEX

LOCVPLETISSIMVS.

Numerus primus paginam, secundus lineam designat.

A.

Anethum

B.

Cinnamo-

D.

E.

Elaterii

H.

I.

L.

Mulsum

N.

O.

 Opopana

Sinapis

Styrax

Titiones

Lege p. 10. l. 3. *experientia*. p. 16. l. 10. *morbum*. p. 84. l. 27. *Alvus*. p. 91. l. 11. *nulla*. p. 125. l. 19. dele *incifi notam*. p. 127. l. 22. *præcipue*. p. 188. l. 21. *experimentum*. p. 216. l. 3. *poteft* pro *poft*. p. 216. l. 5. *maxime*. p. 237. l. 34. *quidem*. p. 258. l. 2. *fefcunciam*. p. 267. l. 18. *fingulorum*. p. 271. l. 10. *vero*. p. 273. l. 33. *fquamæ*. p. 276. l. 12. *fileris*. p. 284. l. 19. *quodcunque*. p. 286. l. 1. *in aliam*. l. 18. *liene*. p. 298. l. 5. *tarde*. p. 331. l. 26. *intortum*. p. 342. l. 5. ponatur minor diftinctionis nota. p. 350. l. 1. *noctu*. l. 21. *deliganda*. p. 356. l. 16. *fiffus*. p. 380. l. 31. *qui*. p. 489. l. 6. *eædem*. p. 504. l. 9. *offis*. p. 532. l. 2. *certæ*. p. 546. l. 18. *per nervos*. p. 552. l. 1. *reponi*.